¹⁴ See Div. 2, § 52, note 11; § 54, note 4. At this period (not first under Lewis the Bavarian) Dante Alighieri defended this claim in his *Monarchia*, lib. iii. (in S. Schardii *Syntagma Tractatum de Imperiali Jurisdictione*. Basil, 1566, and Argent, 1609, fol. p. 80), when he endeavored to prove, *Monarcham Romanum de jure esse Monarcham mundi, et immediate a Deo dependere, non ab aliquo Dei vicario vel ministro, quem Petri successorem intelligo*. Henry himself decidedly asserted this idea in a law issued at Pisa in 1312 (*Extravagantes, quas nonnulli xi. Collationem appellant*, Tit. I. at the end of the *Codex Justin.*): *divina praecepta, quibus jubetur, quod omnis anima Romanorum Principi sit subjecta.*

¹⁵ Clement wrote to Henry and Robert (Raynald. ann. 1312, no. 44), *quod cum ipsi Reges, ejusdem Ecclesiae specialissimi filii, sibi juramento fidelitatis et alias multipliciter essent adstricti, ipsius Ecclesiae debeant esse promptissimi defensores*. Henry, on

firmness gave reason to expect a wide-reaching struggle,¹⁶ when sudden death carried him off at Buonconvento, in the territory of Siena (24th August, 1313);¹⁷ and now Clement could publish the

the other side, caused a declaration to be made in public instruments, *se non fore cuiquam ad iuramentum fidelitatis adstrictum*.

¹⁶ When Nicolaus, Ep. Botrontineusis, who had accompanied the Emperor so far, warned him at leave-taking (cf. *ejusd. Relatio de Henrici itinere Italico in Baluzii, PP. Aven. ii. 1228*, and in *Böhmer's fontes rerum Germ. i. 136*), *quod caveret summe de occasione quacumque, per quam Ecclesia Romana haberet causam ipsum offendendi directe vel indirecte*, the Emperor answered, *ridendo et quasi me confortans: Sitis consolatus. Nos audivimus consilium nostrorum Clericorum juratorum, utrum defendendo nos Deum offendamus, et utrum teneamur facere justitiam et delinquentes punire: ex quo Deum non offendimus praedicta faciendo, sed magis offenderemus ipsum contrarium facientes*. When the legate announced to him that, in case of an invasion of Naples, *Papa excommunicatum vos denunciabit, et postea procedet ad vestram depositionem, sicut factum fuit de Frederico, qui fuit ditior, nobilior, et potentior et minores rebelles habuit, et plures amicos, tamen finaliter Ecclesia ipsum destruxit: then he answered: Si Deus pro nobis, nec dominus Papa, nec Ecclesia destruet nos, ex quo Deum non offendimus*. The ban did not follow till August 6, 1313 (*Raynald. ad h. a. no. 22*), a few days before the Emperor's death.

¹⁷ According to common report he died of poison, which is supposed to have been administered to him by the Dominican Bernardino of Montepulciano in the Lord's Supper. True, the Italian historians of the time mostly allow him to have died of disease (Albertinus Mussatus, the Dominican Ptolemaeus Lucensis, Ferretus Vicentinus, Giov. Villani), and some contradict expressly the tale of the poisoning: only Giovanni di Lelmo, likewise a contemporary, in his Chronicle of S. Miniato (in *Lamii Deliciae Eruditorum, Florent. 1740, p. 106*), records it in plain language. On the other hand, among the German retainers of the Emperor, the story was generally believed; and from this circle the author of the *Gesta Balduini*, lib. ii. c. 17 (*Gesta Trevir. ed. Müller et Wytenbach, ii. 230*), who was closely connected with the Emperor's brother, Baldwin, archbishop of Trèves, reports it in a decided and circumstantial manner (*viz. postea sui prudentissimi intelligentes medici ipsum nulla infirmitate alia, quam intoxicationis materia graviter laborare, sibi indicarunt, devotissime supplicarunt, quod hanc intoxicationis materiam sineret eos per inferendum sibi vomitum radicitus revocare. Quibus fertur respondisse: malo migrando ad Dominum diem claudere extremum, quam generare scandalum in sacrum dominicum et detrimentum Christianorum*); and Henry, high-steward of Diesenhofen, canon of Constance, and chaplain to Pope John XXII., states in his additions to Ptolemaeus Lucensis (comp. *Docen in Büchler's u. Dümge's Archiv d. Gesellschaft f. altere deutsche Geschichtskunde, ii. 26*): *intoxicatus fuit per quandam Fratrem de Ordine Praedicatorum in speciebus corporis Christi, ut a suis audivi, qui secum fuerunt*. Thus all the German chronicles of the 14th century and many poems (*Romantiae, chronicae et cantilena ac moteti*, in the so-called *Diploma* of King John of Bohemia) record this story of the poisoning; in some it is further stated that the instigators of the poisoning were the Pope and certain Italian cities (Closener, s. 52), or only the cities hostile to the Emperor (*Vitoduranus, p. 20*), or Engerrannus de Marigny, *thesaurarius Regis Franciae* (*Chron. Corn. Zantfliet in Martene et Durand Ampl. Collectio, v. 163*). The Dominican Order afterward endeavored to clear itself of this disgrace by evidence, for instance by the evidence of John, king of Bohemia, son of the Emperor Henry; this evidence, however, was first brought forward in Hermann Korneri (a Dominican at Lübeck, about 1438), *Chronica Novella* (in *Eccardi Corp. Historic. Med. Aevi, ii. 984*), who had discovered it as copied in the archives of his monastery. In the 17th century it was published from the Dominican archives at Luxemburg, in *Bertelii Histor. Luxemb. p. 49*, from those at Verdun in *Baluzii Miscell. i. 162*. As it is, now, quite incredible that the originals, being of such vast importance to the Dominicans, should have been lost, and

new doctrine of a Papal sovereignty above the Imperial power, in a solemn Bull,¹⁸ dated 21st March, 1314, without encountering any immediate resistance.

that these witnesses should not have been brought forward in the 14th century, if they had been in existence; so, besides, their spuriousness is manifested even by the difference of the copies from each other. The evidence of John of Bohemia is dated 1326 in one copy, in the other 1346, and, nevertheless, is authenticated in Körner by John, bishop of Strasburg, in 1314. The way in which these evidences arose is explained by a passage of a manuscript in the Vatican Library, which Höfler (*Munchener gel. Anz.* February, 1846, s. 222) contributes. After the mention of a report of poisoning, it proceeds: *Quod tamen falsum esse asseruit illustrissimus Rex Bohemiae, Heinrici praefati Imperatoris filius, plenissime Praedicatorum habens excusatum. Similiter illustrissima domina Beatrix praefati Imperatoris genitrix vivae vocis oraculo excusat publice coram civibus Metensibus intra Missarum solemniam praedictum confessorum cum multis aliis, quod Imperatori erat cordatissimus; omnes Imperatorem affirmant sine omni suspitione toxici naturali morte quiete vitam finivisse. Quae omnia publice praedicari praecepit Episcopus Johannes Argentinensis in eadem dioecesi, de quibus literae sunt sane sigillatae in conventu Ordinis Praedicatorum in Nuremberga.* Thus, at first a document from John, bishop of Strasburg, was shown, in which this evidence was stated as given by word of mouth; afterward the evidence of John, king of Bohemia, and others, was drawn up in writing, which must have been authenticated by John, bishop of Strasburg. The question whether Henry was poisoned could only have been solved by an inquiry instituted immediately after his death, but now it can not be decided at all. As it was wrong to maintain the affirmative, first out of hatred to the Order, with a view to make the misdeed of an individual member the crime of the entire society, afterward to use the charge in the Protestant controversy against the (Roman) Catholic clergy (see especially Mart. Dieffenbach, *De Vero Mortis Genere, ex quo Henricus VII. Imp. obiit, Francof. 1685. 4.*); so, on the other hand, it does not admit of absolute denial with Barthold (*Römerzug K. Heinrichs v. Lutzelburg, Th. 2, Beil. s. 3.*), and Böhmer (*Regesta Imperii* from 1246 to 1313, s. 311). Either way it is a fact of less historical importance, whether the Dominican did commit this crime or not, than that general opinion, in Germany, attributed it to him with great consistency, and in part even accused the Pope of instigating the deed.

¹⁸ In the first place he repealed the sentence of outlawry pronounced by Henry upon Robert, by the Bull *Pastoralis* (Clementin. lib. ii. tit. xi. c. 2: the ancient text is in Doenniges *Acta Henrici VII.*, ii. 241; cf. praef. p. xlii.), not only because the king, as, *noster et Ecclesiae Romanae*—notorie subditus homoque ligius et vasallus, was not subject to the Emperor, but also, *tam ex superioritate, quam ad Imperium non est dubium nos habere, quam ex potestate, in qua, vacante Imperio, Imperatori succedimus, et nihilominus ex illius plenitudine potestatis, quam Christus—nobis—in persona b. Petri concessit.* These two bold assertions were again vindicated in two special Bulls. The first (Clementin. lib. ii. tit. ix.: the ancient text is in Doenniges, ii. 237; cf. praef. l. c.), *Romani Principes—non reputaverunt indignum,—Romano Pontifici, a quo approbationem personae, ad imperialis celsitudinis apicem assumendae, nec non unctionem, consecrationem, et Imperii coronam accipiunt, se adstringere vinculo juramenti.* Then, as Henry had denied that this *juramentum* was an oath of fealty; nos,—ne quis in Romano assumptus Principem, vel in posterum assumendus, an *juramentum hujusmodi—fidelitatis rationabiliter dici possit, in dubitationem ducere audeat, vel super hoc contrarium adstruere veritati: auctoritate apostolica de fratrum nostrorum consilio—declaramus, illud juramentum fidelitatis existere ac censi debere.* The other, dd. ii. Id. Mart. 1314 (in Raynald. ad h. a. no. 2), ad Robertum Regem Sicil.: *Nos, ad quos Romani vacantis Imperii Regnum pertinere dignoscitur, attendentes, quam avide Italiae partes, praesertim quae ad Imperium ipsum pertinent, rectorem exigant. Te de fratrum nostrorum consilio in partibus ipsis—vicarium in temporalibus usque ad sedis apostolicae beneplacitum constituimus generalem, etc.*

§ 99.

JOHN XXII. (7TH AUGUST, 1316-4TH DECEMBER, 1334.)

After a long, interrupted, and stormy election,¹ John XXII. became Pope; notwithstanding his former promise, he likewise abode at Avignon.² Dependent upon France, and haughty toward the Empire as his predecessor, he quickly found, in the contested imperial election³ between Lewis of Bavaria and Frederick of Austria, a favorable opportunity for vindicating the newly-devised sovereignty of the Pope over the Imperial throne. He was a quiet spectator of the contest between the two candidates for the crown, that in the mean time he might rule as an arrogant administrator of the Empire, especially in Italy,⁴ and afterward hand over the

¹ Compare the contemporary Joannes Canonicus s. Victoris in vita Joannis XXII. (Baluzii, PP. Aven. i. 113): *Cardinales apud Carpentras, ut de pastore providerent Ecclesiae, convenerunt. Sed effusa est contentio super Principes, nec poterant concordare. Italici talem eligere intendebant, qui ad Romanam sedem curiam revocaret. Quod Cardinales Gascones facere formidabant: quia cum sui de Gasconia Italicis multas injurias irrogassent, certi erant, quod si in manibus Romanorum inciderent, aequipollentiam sustinerent. Fuerunt ergo diu in tali discordia, licet inclusi multa incommoda sustinerent, quia cibaria eorum subtrahebantur, et domus eorum desuper dissipatae. Tandem haec Wascones non ferentes ignem in palatio posuerunt, per quem combusta est pars maxima civitatis. Et sic dispersi Cardinales.* According to the *Epist. Encyclica of the Italian Cardinals* (in Baluz. ii. 286) many of their people were killed, and they themselves could save their lives only by flight. The business of the election was resumed at last in Lyons by means of French mediation. [*Comp. M. Bertrand, Recherches Historiques sur l'Élection de Joh. XXII. Pape, etc., 8. Paris, 1856.*]

² *Quinta vita Jo. XXII.* (Baluz. i. 178): in sua electione—juravit se nunquam ascensurum equum vel mulum, nisi iret Romam. Quod et servavit, quia navigio ivit usque ad Avinionem et pedes ascendit palatium, de quo postea nisi intrando Ecclesiam majorem, quae contigua palatio est, non exivit.

³ With reference to the struggle which ensued between Lewis and the Pope, see Georg. Herwart ab Hobenburg (Privy Councilor of Bavaria) Ludovicus IV. Imp. defensus, Bzovius injuriarum postulatus. *Monachii. III. Partes 1618-19. 4. Chr. Gewold* (Aulic Councilor of Bavaria) *Defensio Ludov. IV. Imp. Ratione Electionis contra Bzovium. Ingolst. 1618. 4. Joh. Dan. v. Olenschlager's Erlauterte Staatsgesch. des Röm. Kaiserthums in der ersten Hälfte des 14ten Jahrl. sammt einem Urkundenbuche. Frankf. a. M. 1755. 4. s. 86. ff. H. Zschokke's baierische Geschichten Bd. 2. (Aarau, 1815) s. 108 ff. A. Buchner's Gesch. v. Bayern, Buch 5. (München, 1831) s. 269. Conr. Mannert's Kaiser Ludwig IV., eine gekrönte Preisschrift. Landshut, 1812. Ludwig's d. Baier's Lebensgesch., Preisschrift v. Roman Zirngibl, in d. Hist. Abhandl. d. Baier. Akademie d. Wissensch. Bd. 3. München, 1814. 4. Jos. Schlett's Biographie von Kaiser Ludwig dem Baier. Sulzbach, 1822. C. Höfler's urkundl. Beiträge zur Gesch. Kaiser Ludwig's IV. aus ital. Archiven (bes. aus den Regesten Johannes XXII.) in d. Oberbaierischen Archive f. vaterl. Gesch. Bd. 1 (München, 1839), s. 45. J. F. Böhmer regesta Imperii, from 1314 to 1347. Frankf. a. M. 1839. 4.*

⁴ The Bull of 31st March, 1317 (in Raynald. ad h. a. no. 27, and in the *Extrav. Jo. XXII. tit. 5*). In nostram—deductum est—notitiam, quod, licet de jure sit liquidum, et ab olim fuerit inconcusse servatum, quod vacante Imperio,—cum in illo ad saecularem judicem

Imperial throne to the King of France.⁵ However, after Lewis had taken his antagonist prisoner (at the battle of Ampfing or Mühldorf, 28th Sept., 1322),⁶ John resented with anger his assuming the character of King of Rome⁷ before the grant of Papal connequeat haberi recursus, ad summum Pontificem, cui in persona b. Petri terreni simul et caelestis imperii jura Deus ipse commisit, imperii praedicti jurisdictione, regimen et dispositio devolvantur, et ea, tempore durante ipsius vacationis imperii, per se vel alium seu alios exercuisse noscitur in imperio memorato, nonnulli tamen in Italiae partibus—vicariatus seu alterius cujuscumque nomen officii, quod Imperatore vivente ex ipsius commissione gerebant,—post decessum ipsius absque nostra—licentia retinere sibi—praesumpserunt.—Quia igitur error, cui non resistitur, approbari videtur;—nos volentes nostris et Ecclesiae sponsae nostrae juribus et honoribus in hac parte prospicere,—nec non periculis animarum hujusmodi retinentium—nomina—salubriter occurrere cupientes; praesentium auctoritate monemus sub excommunicationis poena omnes et singulos,—quatenus de caetero a denominatione hujusmodi,—necnon usu, potestate et exercitio supradictis prorsus abstineant.—Alioquin in omnes et singulos—excommunicationis in singulares personas, et in terras et loca ipsorum—interdicti sententias—publice promulgamus, etc. On the quarrel with Mattheo Visconti, imperial vicar in Milan, who indeed laid aside this title, but exercised the same power as Capitaneus, see Villani, ix. c. 85, ss. As Robert, king of Sicily, was not a fit match for him, Philip of Valois was appointed second vicar (Raynald, 1320, no. 10), but Mattheo pronounced a heretic, cum illi Ecclesia auctoritas sacrorumque religio ludibrio esset (ib. no. 13).—The Pope's attempts to interfere as Viceroy in Germany also may be seen in Olenschlager, s. 102.

⁵ See Raynald, ann. 1234, no. 26. Chronik des Franciscaner Lesemeisters Detmar (written in 1395) published by D. F. H. Grautoff, Th. I. (Hamburg, 1829), s. 216: De Paves dachte jo mer unde mer, wu he dat Kayserrike van den Dudeschen brachte, vgl. s. 237. How entirely his whole policy was directed by the King of France is plain from his letters to him, Oberbaierisches Archiv. I. 52. 54. 70.

⁶ Compare Buchner, v. 323. F. Kurz Oesterreich unter K. Friederich d. Schönen, Linz, 1818, s. 223.

⁷ The Bull of 8th Oct., 1323 (*Processus primus contra Lud.*), is in Raynald, ad h. a. no. 30, more fully in Herwart, i. 194, and in Martene et Durand Thes. Nov. Anecd., ii. 644: Ludovicus a nobis, ad quem suae electionis—ac personae ipsius examinatio, approbatio, ac admissio, repulsio quoque et reprobatio noscitur pertinere, electione praedicta nequaquam admissa, nec ejus approbata persona,—Romanorum Regni nomen sibi et titulum regium usurpavit; quamvis priusquam alterutrius eorum per sedem apostolicam fuisset approbata vel reprobata persona, neutri electorum ipsorum assumere licuit nomen et titulum praelibatum: cum nec interim Romanorum Reges existant, sed in Reges electi.—Idem etiam Ludovicus—ad administrationem jurium Regni et Imperii praedictorum, in gravem Dei offensam et contemptum, ac manifestam injuriam Romanae Ecclesiae matris suae, ad quam ejusdem vacationis tempore Imperii regimen, sicut et in praesentiarum vacat, pertinere dignoscitur, necnon et plurimorum scandalum et rei turbationem ac laesionem publicae, ac suae animae detrimentum prosilire, seque illi miscere irreverenter ac indebite praesumpsit hactenus et praesumit.—Ejusdem insuper Ecclesiae Romanae hostibus, sicut Galeacio de Vicecomitibus (Galeazzo Visconti, son and successor of Matteo) et ejus fratribus, quamvis sint de crimine haeresis—condemnati,—se exhibere fautorem et defensorem—non est veritus nec veretur. Nos itaque—praefatum Ludovicum—praesentium tenore monemus, eidem sub virtute sanctae obedientiae, ac excommunicationis poena, quam ipsum, nisi cum effectu hujusmodi monitioni nostrae paruerit, incurrere volumus ipso facto, auctoritate apostolica nihilominus injungentes, ut infra trium mensium spatium, a data praesentium computandum,—ab administratione, fautoria et defensione praedictis prorsus abstineat ac desistat; quodque gesta per eum post praesumptum ab eo titulum memoratum circa praemissa, quatenus processere de facto (cum de jure non teneant, velut ab ipso, cui jus faciendi non com-

firmation; and when, on the other hand, Lewis derived his rank from the choice of the electoral princes,⁸ the hostile Pontiff pro-

petebat nec competit), attentata, curet infra praedictum terminum, quantum patietur possibilitas, realiter revocare. Then follows a command to all vassals of the Empire, sub poenis excommunicationis in personas, et interdicti in terras eorum, necnon privationis privilegiorum quorumcumque Apostolicorum et imperialium, ac feudorum, quae ab Ecclesia vel Imperio obtinent, to render Lewis feithful obedience nor assistance. Lastly: Ut autem hujusmodi processus noster ad ipsius Ludovici—notitiam deducatur, chartas sive membranas processum continentes eundem in Ecclesia Avenionensi appendi vel affigi ostiis seu superliminaribus ejusdem Ecclesiae faciemus, quae processum ipsum suo quasi sonoro praeconio et patulo indicio publicabunt; ut idem Ludovicus et alii, quos processus ipse contingit, nullam possint excusationem praetendere, quod ad eos non pervenerit: cum non sit verisimile, quoad ipsos remanere incognitum,—quod tam patenter omnibus publicatur. As to the method of publication introduced by Boniface VIII. see Div. 2, § 59, note 33.

⁸ The Protest of Lewis before a notary and witnesses at Nuremberg, 16th December, 1323 (in Herwart, i. 248, in Olenschlager's Urkundenb. s. 84).—A tempore, cujus non est memoria, circa electos Romanorum Reges et Principes sic est de jure et consuetudine observatum,—quod Romanus Rex eo solum, quod electus est a Principibus Electoribus—omnibus vel majori numero eorundem, et coronatus corona regia in solitis locis et consuetis, Rex est,—ac jura Regni libere administrat.—Nec concedimus, ita simpliciter, ut proponitur, ad sedem apostolicam examinationem, admissionem et approbationem electionis et personae nostrae, [aut] repulsionem et reprobationem pertinere, sicut asserit. Sed si, quod non credimus, pertineret, hoc unum demum sibi locum vindicare forte posset, si per querelam, vel per viam supplicationis, appellationis vel provocationis, vel alio modo ad ipsam sedem fuisset devolutum ipsum negotium vel deductum; quae locum non obtinent in praesenti: vel si forte, petitis per nos infulis imperialibus vel denominatione nostra, ex causis legitimis jure scriptis, quas ad nos locum non credimus habuisse, personam nostram contigisset exigente justitia refutari. Denominatio quippe personae vel electionis admissio habitae subsequenter nobis non jus, nomen vel titulum tribuissent, quae jam ex ipsa electione sortiti sumus, sed ea potius detexissent, approbassent, et latius commendassent.—Quod vero adjunxit, nos Galeazio de Vicecomitibus et ejus fratribus de haeresi condemnatis—defensionem exhibuisse, penitus nihil scimus. Nam si dicti Galeazius et fratres sui sunt de haeresi condemnati, nobis non innotuit.—Imo quem favorem aut defensionem eis—exhibuimus, et quomodo sint vel fuerint rebelles Ecclesiae, non videmus; aperte conjicimus, et per effectum operis cognoscimus, nonnullos rebelles nominari Ecclesiae, qui per fidem devotionis suae molientibus contra statum et jura Imperii renitentur.—Sed—nos astringimus et offerimus—legitime probaturos, quod ipse est dissimulato, defensor et fautor haereticae pravitatis ejus, quae totam s. Ecclesiam inficit et conturbat, et a confessione retrahit poenitentes.—Nam cum ad ipsius summi Pontificis audientiam gravibus et frequentibus Archiepiscoporum, Episcoporum—querimoniis sit deductum—contra—Fratres Minores,—quod ipsi sint secretae confessionis proditores, et peteretur ab eo, ut hoc—emendaret; ipse tanquam tergiversando, dissimulando et celando morbum hujusmodi—curare—non curavit, dictis Fratribus in hac parte s. Romanae Ecclesiae et fidei catholicae inimicis constituens se fautorem. Caeterum—ipse contra divinae dispositionis ordinationem, per quam in firmamento Ecclesiae militantis duo magna luminaria Deus fecit, pontificalem videlicet auctoritatem et imperatoriam majestatem, illud ut praeesset diei, spiritualia disponendo, alterum ut praeesset nocti, temporalia judicando, manifeste nititur luminaris alterius, potestatis scilicet radios saecularis suffocare: unde in confusionem et errorem sancta reponetur Ecclesia, causabuntur haereses, ingerentur lites, suscitabuntur scandala, et Ecclesia Romana, carens praeposito advocato, resistere non poterit insurgentibus ex adverso. Nos igitur,—sentiens, nos et jura Imperii et nostra, sanctam professionem catholicam, sanctam Romanam Ecclesiam ex praedictis processibus—graviter et enormiter—aggravatos esse;—a processibus dicti

nounced sentence of excommunication upon him (21st March, 1324).⁹

Thus the insatiable Papacy began once more the war against the Empire, in order to rob the German crown of its remaining lustre by means of newly devised rights, and to crush one of the best of the German Emperors. Public opinion, once the most dangerous ally of the Papal See, was now, however, especially at first, rather against than for the unrighteous usurper. The jurists were the natural allies of the Emperor;¹⁰ not all even of the can-
Pontificis manifeste iniquis—sanctam sedem apostolicam—appellamus.—Cum vero propter praemissos articulos—opus sit convocacione concilii generalis, instanter et cum omni devotione ipsum, quam primum commode poterit, ad locum communem et aptum petimus congregari.

⁹ The Processus secundus of 9th January, 1324 (in Martene et Durand Thes. Anecd. ii. 647), contains nothing more than a confirmation of the first, and a further respite of two months. The Processus tertius of 21st March, 1324 (in Martene, l. c. p. 652. Olen-schlager, in the work quoted above, s. 96): Nos adhuc volentes cum eodem electo uti potius mansuetudine quam rigore,—per infra scriptum modum duximus ordinandum, videlicet quod ad publicationem sententiae excommunicationis,—in qua idem electus propter suam in praedictis inobedientiam et contemptum incidisse dignoscitur, procedentes, ab aliarum poenarum publicatione, in quas similiter incidit, supersedeamus ad praesens. Then Lewis was ordered, sub poena privationis omnis juris, si quod sibi ex sua electione—quoquomodo competit, to render obedience within three months: ac insuper infra dictum terminum per se vel procuratorem—compareat coram nobis, super dictis excessibus—definitivam sententiam et beneplacitum, quantum officium nostrum patitur, auditurus, ac alias facturus et recepturus quod justitia suadebit. The threats issued in the first process against his adherents were repeated. Et licet contra civitates, communitates, universitates, et singulares personas alias, quae in praedictis vel circa ea forsitan deliquerint,—ad debitam impositionem poenarum propter hoc fuisset merito procedendum, tamen de apostolicae sedis gratia adhuc providimus expectandum. All persons, however, who from this time forward should continue to render obedience or assistance to Lewis, were, ipso facto, to incur excommunication or interdict, from which the Pope only could absolve them.

¹⁰ The great jurist, Bartolus de Saxoferrato (in Bologna, † 1356), in his Comm. super secund. partem ff. novi (in Dig. lib. xlix. tit. 15, de captiv. et de postlim. l. 24), demonstrates in detail the universal monarchy of the Emperor, and concludes: si quis diceret, dominum Imperatorem non esse dominum et monarcham totius orbis, esset haereticus: quia diceret contra determinationem Ecclesiae (comp. Div. 2, § 59, note 31), et contra textum s. Evangelii, dum dicit: *Exivit edictum a Caesare Augusto, ut describeretur universus orbis*, ut habes Luc. ii. vel. iii. cap. et ita etiam recognovit Christus Imperatorem ut dominum. But comp. ad Dig. lib. xlviii. tit. 17, de requir. reis l. 1, § 2. Praesides: Dantes—in uno libro, quem fecit, qui vocatur, monarchia—disputavit tres quaestiones, quarum una fuit, an imperium dependeat ab Ecclesia, et tennit, quod non: sed post mortem suam quasi propter hoc fuit damnatus de haeresi. Nam Ecclesia tenet, quod Imperium dependeat ab Ecclesia pulcherrimis rationibus, quas omitto, tenendo istud, quod imperium dependeat ab Ecclesia. The following passage is characteristic; it is on the question, whether Henry VII. could summon Robert, and on the Bull *Pastoralis* (§ 98, note 18): Cynus (Bartolus's teacher, † 1341), disputavit istam questionem Senis, et dicit, quod ista citatio potest fieri.—Sed ad illam decretalem dicit ipse: *non potest dari responsum in pace, sed pertranseat cum aliis erroribus Canonistarum*. Ita dicit ipse. Ego consuevi tenere illam decretalem, *tamquam existens in terris Ecclesiae*, dicens eam esse veram de jure. Nam, etc. Thus the Papal jurist makes the universal monarchy of the

onists were able to keep pace with the bold encroachments of Papal claims.¹¹ The sense of justice among the German people

Emperor to be dependent upon the Pope, as Boniface VIII. did (Div. 2, § 59, note 31).—Albericus de Rosate is worthy of consideration (from Bergamo, † 1354). In his *Lectura super Cod.* he argues indeed very rationally against the universal monarchy claimed by the Emperor, *ad Cod.* lib. 1. t. 1. l. 1, no. 7; but afterward, *ad l. 7. § Gloriosissimo*, no. 6, he declares: *Quidquid ergo dicatur, credo potestates esse distinctas, ut unus præsist in spiritualibus sc. Papa, alter in temporalibus.* He enlarges most fully on the relations of the Papal and Imperial power, *ad Cod.* lib. vii. tit. 39: *De quadriennii præscriptione*, l. 3, *Bene a Zenone.* Here are some remarkable reminiscences from earlier times, c. g. omnes Clerici et Ecclesie antiquitus suberant Imperatori.—Eodem modo posset dici de electione Papæ, nam olim eligebatur per Imperatorem.—Et ista forte privilegia perdidit Imperium de facto potius quam de jure, propter longam vacationem ejusdem et potentiam et prudentiam summorum pontificum et aliorum præsentium Romanæ Ecclesie. In fine: Nunc illam duram et subtilem quæstionem aggredior, utrum Imperator ex sola electione concordi vel a majori parte facta dicatur verus Imperator, et omnimodam administrationem et potestatem habeat circa privilegia concedenda et omnia alia, an vero indigeat confirmatione, unctione, examinatione, coronatione Papæ. After unfolding in detail the reasons for and against, he proceeds: *Quid ergo in tanta jurium Doctorum et glossarum varietate tenebimus? Dominus Oldradus* (de Ponte, Advocatus consistorialis, and much employed by John XXII. † 1320), *sequebatur opinionem, quod administrare non posset.*—In eadem opinione fuit *Ostiensis* (Henricus Card. Ostiensis, canonist about 1260), and other canon-lawyers. Contrariam opinionem tenuit *Jacobus de Arena* (about 1280, Prof. juris in Padua), qui hanc quæstionem publice disputavit, et cujus disputationem inseruit hic Cynus (jurist at Bologna and Perugia, † 1341), qui eandem opinionem clare hic sequitur. Eandem opinionem sequitur *Guilhelmus Naso* (from him are *glossæ ad Decretales*; see Savigny's *Gesch. d. Röm. Rechts im Mittelalter*, iii. 583, 585),—qui dicit quod eligendo confirmatur, sicut dominus Papa,—quia sacerdotium et imperium parum discrepant. Et tenet, quod privilegia per eum concessa valeant etiam si cassaretur ejus electio. Hanc etiam opinionem sequitur *Innocentius* (IV. who had written a *Comm. in Decretales Pontificum*), *d. c. Venerabilem* (*Decr. Greg. i. 6, 34*), in *glossa art. quod sicut potest*, ubi hæc verba ponit: *Credimus tamen, quod, si Imperator coronam in loco debito recipere non possit, nihilominus auctoritate ministrandi ab Archiepiscopo Coloniensi posset recipere, vel sua auctoritate, quam habet ex electione.* Hæc ibi. Et hanc opinionem veriorem puto per jura et rationes ad hoc adductas, et maxime auctoritate dicti domini *Innocentii* et aliorum hoc tenentium. Alias sequeretur maxima absurditas, quod cum Imperium et Imperatores fuerunt ante Papam,—et multo etiam tempore Papæ fuerunt non confirmati nec coronati ab eo, immo eligebant Papam, ut prædictum est, videretur, quod gesta per eos non valuissent, et sic leges civiles et multa subverterentur. Hanc etiam opinionem sequitur quidam magister *Joannes Parisiensis* (Div. 1, § 59, note 36), et *Dantes de Florentia* (above, § 98, note 14).—De hoc fuit magna concertatio tempore *Jovannis XXII.* et successoris sui *Benedicti XII.* inter eos et dominum *Ludovicum de Bavaria*, electum in Imperatorem. *Et me existente tunc in Romana curia, audivi magnos Prælatos et etiam laicos, utrosque jurisperitos, in hanc opinionem inclinare tamquam veriorem.*—Præsidentes Romanæ Ecclesie eorum astuta et sagaci prudentia secundum temporum varietatem sua variaverunt statuta, modo Imperium sublimando, modo paulatim deprimendo de tempore in tempus: sed considerato initio cujuslibet puto potestates fuisse distinctas, et si quælibet fuisset contenta suis limitibus, et una alteram coadjuvasset, sicut facere tenentur, puto, quod pax esset in universo orbe.

¹¹ *Hermannus Januensis*, about 1348, in the continuation of *Martini Minoritæ Flores Temp.* (in *Eccardi Corpus Hist. Medii Aevi*, i. 1638): *Papa anno 1323 Ludovicum excommunicavit, etc.*—Isti processus a quibusdam stricte servabantur; a multis vero quasi invalidi nihil curabantur, quia *Bononiae* et *Parisiis*, ut dicitur, examinati a Doctoribus Theologiae et utriusque juris judicabantur penitus nil valere. Cf. *Albericus a Rosate*, note 10.

decided more readily for Lewis,¹² as it continually became more plain that the Pope had no other end in view than the elevation of the King of France to the Imperial throne.¹³ But the taint of heresy had no less influence upon popular feeling: the active Minorites, persecuted by the Pope, and seeking refuge under the Emperor, cast this imputation upon the former.¹⁴ The authors who now came forward on the Emperor's side, Marsilius of Padua († after 1342), physician in ordinary to the Emperor, and John of Jandun († after 1338),¹⁵ advancing far beyond the empty formal-

¹² How entirely this sense of justice spoke for Lewis is manifest from the fact, that it declared itself even in the form of revelations. Thus the infant Jesus appeared to Margaretha Ebner, a Dominican nun in the monastery of Medingen, in Dillingen, who had often received revelations, and said, "Ich will ihn nimmer verlassen, denn er hat Lieb zu mir, das entbeut ihm." At another time it was said to her, that he should overcome his enemies: and, lastly, that he was undergoing great chastisement, but should not fail of eternal life; see Jo. Heumanni Opuscula, quibus varia juris germ. itemque historica et philologica argumenta explicantur (Norimb. 1747. 4), p. 340.

¹³ The German princes were summoned to meet at Bar sur Aube in June, 1324, to depose Lewis, and elect King Charles of France. But only Leopold, Duke of Austria, brother of the imprisoned Frederick, made his appearance, and received several promises in return for his engagement zealously to further Charles's design, for instance a promise of help in the reconquest of Schwyz and Unterwalden (see the deeds in F. Kurz Oesterreich unter K. Friedrich d. Schönen, Linz, 1818, s. 482), comp. Villani, l. ix. c. 267. Albertus Argentin. p. 123. Kurz, in the work quoted above, s. 283. Buchner's Gesch. v. Baiern V. 352.

¹⁴ To wit, because of his decision issued in 1323, haereticum esse, pertinaciter affirmare, Christum ejusque Apostolos in speciali non habuisse aliqua, nec in communi etiam. See below in the history of the Franciscans.

¹⁵ According to Albert. Mussatus in Lud. Bav. (Murat. x. 773), Lewis's advisers, quorum consiliis potissimum fruebatur, were *Marsilius de Raymondinis*, civis Paduanus plebejus, philosophiae gnarus et ore disertus (he is generally believed to have died in 1328; he was, however, mentioned among the living in Ludov. ep. ad Bened. XII. in Raynald. ann. 1336, no. 36, and there is no reason for disclaiming for him the work, De Jurisdiet. Imp. in Causis Matrim. published in 1342, see below, § 100, note 18), and Ubertinus de Casali, Januensis Monachus, vir similiter astutus et ingeniosus (see Div. 2. § 70, note 14). Besides these there were Johannes de Janduno (called by mistake of Gandavo, or von Gent; see Oudin. Comm. de Scriptt. Eccl. iii. 883) and Ulrich Hangenor (Mag. Ulricus de Augusta), private secretaries to the Emperor. The principal work: Defensor Pacis (in Goldast. Monarchia, ii. 154), the joint composition of Marsilius and John, belongs to this period: also Marsilius's Tract. de Translatione Imperii (ibid. p. 147) and John's Tract. de Potestate Ecclesiastica (Ms. bibl. Colbert, see Oudin. l. c. p. 884). The Defensor Pacis, divided into three dictiones or partes, treats, in the first part, of the origin and aim of the state; in the second, of the relations between the secular and sacerdotal powers; and in the third, gives 41 conclusions from the foregoing treatises; cf. *concl. i.*: Solam divinam s. canonicam scripturam, et ad ipsam per necessitatem sequentem quamcunque ipsius interpretationem, ex communi concilio fidelium factam, veram esse et ad aeternam beatitudinem consequendam necesse credere, si alicui debite proponatur. II. Legis divinae dubias definire sententias—solum generale concilium fidelium—debere, nullumque aliud parziale collegium aut personam singularem, cujuscunque conditionis existat, jam dictae determinationis auctoritatem habere. III. Ad observanda praecepta divinae legis poena vel supplicio temporali—nemo evangelica scriptura compelli praecipitur. IV. Solius novae legis divinae praecepta, vel ad ipsa per necessitatem sequentia,

ism of the jurists, maintained opinions of unprecedented boldness, which made the people rather mistrustful of the imperial cause

et quae secundum rectam rationem fieri aut omitti convenit, propter aeternam salutem necesse servari, antiquae vero legis nequaquam omnia. V. In divinis novae legis praecceptis aut prohibitis neminem mortalem dispensare posse: permessa vero prohibere, obligando ad culpam aut poenam pro statu praesentis saeculi vel venturi, solum posse generale concilium, aut fidelem legislatorem humanum. VI. Legislatorem humanum solum civium universitatem esse, aut valentiorum illius partem. VII. Decretales vel Decreta Romanorum aut aliorum quorumlibet pontificum, communiter aut divisim, absque concessione legislatoris humani constituta, neminem obligare poena vel supplicio temporalis. VIII. In humanis legibus solum legislatorem vel illius auctoritate alterum dispensare posse. X. Cujuslibet principatus aut alterius officii per electionem instituendi, praecipue vim coactivam habentis, electionem a solius legislatoris expressa voluntate pendere. XV. Super omnem singularem personam mortalem, cujuscunque conditionis existat, atque collegium laicorum ac clericorum, auctoritate legislatoris solummodo Principem jurisdictionem tam realem quam personalem coactivam habere. XVI. Excommunicare quenquam, aut divinarum officia interdicere absque fidelis legislatoris auctoritate nulli Episcopo vel sacerdoti aut ipsorum collegio licere. XVII. Omnes Episcopos aequalis auctoritatis esse immediate per Christum, neque secundum legem divinam convinci posse in spiritualibus aut temporalibus praeesse invicem vel subesse. XVIII. Auctoritate divina, legislatoris humani fidelis interveniente consensu seu concessione, sic alios Episcopos communiter aut divisim excommunicare posse Romanum Episcopum, et in ipsum auctoritatem aliam exercere, quemadmodum e converso. XIX. Conjugia—divina lege, nova praesertim, prohibita per mortalem neminem dispensari posse; humana vero lege prohibita ad solius legislatoris vel per ipsum principantis auctoritatem pertinere. XXI. Ad ecclesiasticos ordines promovendos, ipsorumque sufficientiam judicare judicio coactivo, ad solum legislatorem fidelem spectare, ac sine ipsius auctoritate quenquam promovere ad hoc cuiquam sacerdoti vel Episcopo non licere. XXII. Numerum Ecclesiarum sive templorum, ac in ipsis ministrare debentium sacerdotum, diaconorum, et reliquorum officialium ad solum principantem secundum leges fidelium pertinet mensurare. XXVII. Ecclesiasticis temporalibus, expleta sacerdotum et aliorum Evangelii ministrorum, et his quae ad cultum divinum pertinent ac impotentium pauperum necessitate, licite ac secundum legem divinam pro communibus seu publicis utilitatibus aut defensionibus uti posse legislatorem humanum totaliter et in parte. XXXIII. Generale Concilium aut partiale sacerdotum et Episcoporum ac reliquorum fidelium per coactivam potestatem congregare, ad fidelem legislatorem aut ejus auctoritate principantem in communitatibus fidelium tantummodo pertinere, nec in aliter congregato determinata vim aut robur habere. According to Concl. XXXII. a general council alone could constitute and abolish metropolitan sees, and, according to Concl. XXXV., canonize saints; thus also Concl. XXXVI.: Episcopis aut Presbyteris aliisque templorum ministris si uxores interdicere convenit, reliqua quoque circa ecclesiasticum ritum, per generale solum fidelium Concilium id statui et ordinari; et illud solum collegium, aut personam in hoc cum praedictis dispensare posse, cui data fuerit ejus auctoritas per Concilium supra dictum. Concl. XXXVII. A judicio coactivo, Episcopo vel sacerdoti concesso, semper ad legislatorem contententem (*leg. concedentem*) liceat appellare, vel ad ejus auctoritate principantem. Concl. XL. Legislatorem fidelem, aut ejus auctoritate principantem in subjecta sibi provincia compellere posse tam Episcopos quam reliquos evangelicos ministros, quibus de sufficientia victus et tegumenti provisum est, ad divina officia celebranda et sacramenta ecclesiastica ministranda. The historical elucidations of the origin of the hierarchy are remarkable, cf. P. II. c. 15, p. 239: Haec nomina, *Presbyter* et *Episcopus*, in primitiva Ecclesia fuerunt synonyma, quamvis a diversis proprietatibus eidem imposita fuerint. Nam *Presbyter* ad aetate nomen impositum est, quasi senior; *Episcopus* vero a dignitate seu cura super alios, quasi superintendens. Proofs are given from Jerome. Phil. i. 1, etc.; see vol. i. Div. 1, § 30, note 1.—Post haec autem Apostolorum tempora numero sacerdotum notabiliter aucto ad scandalum et schisma

than favorably inclined toward it. It was their merit to have

evitandum elegerunt sacerdotes unum ex ipsis, qui alios dirigeret et ordinaret, quantum ad ecclesiasticum officium et servitium exercendum et oblata distribuendum, ac reliqua disponendum convenientiori modo, ne istud quolibet pro libito faciente oeconomia et servitium templorum turbaretur propter affectionum diversitates. Hic siquidem electus—ex posteriorum consuetudine retinuit sibi soli nomen *Episcopi*, quasi superintendentis.—Verum jam dicta electio seu institutio per hominem—nihil amplioris meriti essentialis seu sacerdotalis auctoritatis—tribuit, sed solum ordinationis oeconomicae in domo Dei seu templo potestatem quandam, alios sacerdotes—ordinandi et regulandi, quomodo Priori datur potestas in monachos.—Et ideo secundum veritatem et intentionem Hieronymi non aliud est Episcopus quam Archipresbyter. *Cap. 16* demonstrates, Apostolorum neminem ad alios habuisse praecminentiam from *Luc. xxii. 19; Jo. xx. 21, 22; Gal. ii. 6-9*. Nullam ergo potestatem, eoque minus coactivam jurisdictionem habuit Petrus a Deo immediate super Apostolos reliquos, neque instituendi eos in officio sacerdotali, neque segregandi eos seu mittendi ad officium praedicationis, nisi quod hoc sane concedi potest, ipsum fuisse priorem alii aetate vel officio fortasse secundum tempus, aut Apostolorum electione, qui eum propterea reverebantur merito, quamvis hanc electionem ex Scriptura nemo convincere possit. Signum autem, verum esse quod diximus, est, quoniam b. Petrum nullam sibi assumpsisse singulariter auctoritatem supra reliquos Apostolos invenimus ex Scriptura, sed magis cum ipsis aequalitatem servasse. For proof see *Acts xv.*—Sicut Petrus Antiochiae legitur electus in Episcopum per fidelium multitudinem, aliorum Apostolorum confirmatione non indigens, sic et Apostolorum reliqui praefuerunt in aliis provinciis absque Petri scientia, institutione, vel consecratione aliqua: fuerant enim per Christum consecrati sufficienter. Propter quod similiter opinandum, horum Apostolorum successores non indiguisse aliqua confirmatione successorum Petri: quinimo multi successores aliorum Apostolorum fuerunt electi et instituti Episcopi rite, ipsorumque provincias sancte rexerunt absque alia institutione vel confirmatione de ipsis facta per successores Petri. Et extitit hoc sic legitime observatum usque quasi ad tempora Constantini Imp.—Quod si tamen Apostoli b. Petrum tanquam sibi Episcopum elegissent; non tamen ex hoc sequeretur, quod ipsius successores in Romana sede vel alia, si alibi fuit Episcopus, hanc prioritatem habeant super aliorum successores, nisi a reliquorum successoribus eligerentur ad hoc: majoris enim virtutis fuerunt aliqui successores aliorum quibusdam successoribus Petri.—Rursus cur magis conveniret hoc successoribus ejus in sede Romana, quam in Antiochena vel Hierosolymitana vel alia, si Episcopus in pluribus extitisset? Amplius quilibet Episcopus quantum ad intrinsicam dignitatem—indifferenter successor est cujuslibet Apostoli, et ejusdem meriti sive perfectionis quantum ad dignitatem praedictam sive characterem, quoniam omnes hunc habent eundem ab uno efficiente—Christo, non ab eo qui manus imposuit.—Jam dictis autem audiri desuetis mirabilius est, quia desuetum amplius est. inopinabile fortassis videbitur, si non falsum: quod ex certo Scripturae testimonio convinci potest, Romanos Episcopos magis esse successores, quantum ad provinciam et gentem, Apostoli Pauli quam Petri.—Cum per Scripturam constet evidenter, Paulum Romae fuisse biennio, et ibidem omnes suscepisse gentiles converti volentes,—constat ipsum fuisse Romanum Episcopum specialiter.—De beato vero Petro—dico per Scripturam sacram convinci non posse, ipsum Romanum Episcopum, et quod amplius est, ipsum unquam Romae fuisse.—Sed per Scripturam sacram indubitanter tenendum, b. Paulum fuisse Romanum Episcopum, et si quis alter cum ipso Romae fuerit, tamen Paulum singulariter et principaliter—fuisse Rom. Episcopum, b. vero Petrum Antiochiae, ut apparet ad *Gal. ii*: Romae vero non contradico, sed verisimiliter teneo, ipsum in hoc non praevensisse Paulum, sed potius e converso.—*Cap. 18, p. 251. Unde Romanus Episcopus et Ecclesia—super caeteros sibi quendam primatum assumpsit.*—Nemo Episcoporum per omne tempus illud (until the time of Constantine) in alios Episcopos coactivam jurisdictionem exercuit. Quamvis tamen aliarum provinciarum Episcopi plures, in quibus dubitabant, tam de Scriptura sacra, quam de ritu ecclesiastico, non audentes se publice congregare, consuluerunt Episcopum et Ecclesiam fidelium existentem Romae,

furnished their own and the following age with plentiful materi-

propter majorem ibidem forte fidelium multitudinem et magis peritiorum, eo quod studia scientiarum omnium tunc multum Romae vigeant.—Unde etiam provinciarum aliarum fideles, sufficientia personarum carentes, ad ipsorum Ecclesias gubernandas ab Episcopo et Ecclesia Romana fidelium postulabant personas sibi ad episcopatum praeficiendas, eo quod Ecclesia fidelium Romae personis talibus, ut jam diximus, amplius abundabat. Episcopi vero et Ecclesia Romanorum sic requisiti—charitative atque fraterne subveniebant in his; ordinationes, quas super ecclesiasticum ritum sibi fecerant, aliis communicando provinciis, et quandoque etiam in aliis provinciis contentionem aut schisma fidelium inter se audientes charitative monendo. Haec autem aliarum provinciarum, Ecclesiae grate suscipiebant.—Hoc etiam modo vel consimili quasi suscepit a Graecis Romanus populus, gratuite non coacte leges quasdam vocatas decem tabularum. Ex jam dicta vero quasi consuetudinaria prioritate, aliarum Ecclesiarum consensu spontaneo, Romanorum Episcopi—auctoritatem quandam decreta—constituendi super universalem Ecclesiam—sumpserunt usque ad tempora Constantini.—Constantinus vero—primus fuit Imperator, qui fidem Christi, ministerio b. Sylvestri tunc Papae Romani patenter adeptus est, et—Ecclesiae Romanae ac ipsius Episcopo tribuisse videtur auctoritates et potestates super alios Episcopos et Ecclesias omnes.—Cap. 22, p. 268: Post tempora vero Constantini I. et praecipue imperiali sede vacante hanc sibi debere prioritatem quandoque lege divina, quandoque vero concessione Principum suis epistolis expresserunt Rom. Episcopi quidam.—Hanc etiam extendentes auctoritatem in omnes Episcopos et Ecclesias, populos et singulares personas, ad sententiam excommunicationis et interdicti divinarum officiorum—in supradictos fideles ferendum.—Sic etiam suis epistolis expresserunt, sibi convenire temporalium omnium ecclesiasticorum dispensationem.—Quibus etiam moderniores excessibus non contenti suis expresserunt epistolis sive decretis, auctoritatem sive jurisdictionem coactivam supremam super omnes mundi principatus—sibi lege divina debere; propter quod etiam ad suam auctoritatem pertinere dicunt, omnia mundi regna et principatus conferre ac auferre licite posse Regibus—ipsorum mandata transgredientibus, quamvis impia sint secundum veritatem et illicita saepe. Hoc autem inter caeteros Romanos Episcopos—octavus Bonifacius in tantum expressit et asseruit, ut hanc Romanis Episcopis debere potestatem decreverit ab omnibus credendum et confitendum esse de necessitate salutis aeternae (Div. 2, § 59, note 26). Cujus sententiam assecuti sunt successores ejus Clemens V. et—Joannes,—quamvis hoc solum explicite videantur dicere de solo imperio Romanorum. Quod quia id asserunt innisi titulo supradicto, plenitudinis videlicet sibi datae potestatis a Christo, indubium est, potestatem hanc sive auctoritatem, si qua talis ex hoc sibi conveniat, omnia mundi regna et principatus ex aequo respicere. Cap. 26, p. 281, is on the origin of the Papal encroachments upon the empire: Voluerunt Romanorum Principum quidam citra tempora Constantini electionem de se factam amicabiliter signare Romanis Pontificibus, ut—per Pontificum intercessionem ampliorem benedictionem et gratiam ad suum gubernandum imperium obtinerent: eodemque aut consimili quasi modo—Romanorum quidam Imperatores diadema regium imponi sibi fecerunt per Romanos Pontifices: quam siquidem impositionem Pontifici Romano plus auctoritatis tribuere super Rom. Principem, quam Remensi Archiepiscopo super regem Francorum, quis dicet? Non enim conferunt hujusmodi solemnitates auctoritatem, sed habitam vel collatam significant. Ex hac quidem igitur reverentia sic sponte per Romanos Principes exhibita, quaerentes saepius quae sua non sunt, Episcopi Romani induxerunt consuetudinem et abusum verius, propter Principum simplicitatem, non modo dicam ignaviam, laudationem electae personae ac benedictionem, quam super illam mittebant, vocaliter aut in scriptis vocare confirmationem electionis praedictae. Nec attendentibus olim Romanis Principibus, quae sub hac appellationis figura praepjudicialis latebat intentio, sic ipsam successive subinduxerunt latenter, nunc vero patenter Romani Pontifices, ut nullus quantumcunque convenienter electus in Romanorum Regem Rex vocari debeat, neque Regis Romanorum auctoritatem habeat aut exerceat, nisi per Romanum Episcopum fuerit approbatus.—Non esset hoc aliud quam Romanum solvere principatum, et Principis creationem perpetuo prohibere.

als for reflection.¹⁶ More useful, perhaps, to the Emperor were the Pope's advocates who opposed these writers, the Augustinian monk, Augustinus Triumphus, from Ancona († 1328),¹⁷ and the

—Quid ergo aliud sibi tribuit auctoritatis Principum electio, quam nominationem, ex quo ipsorum determinatio ab unius solius alterius voluntate dependet? Tantam nempe septem tonsores aut lippi possent Romano Regi auctoritatem tribuere.

*Hinc pereant animae, vivere quae poterant.—
Rex Constantinus cum successoribus ejus
Si Papae regna tam pingua non tribuisset,
Tunc humilis staret, simplicitate pia.
Hinc non immerito vox caelestis resonabat :
Nunc est in mundum virus miserabile fusum,
Unde perit concurs Ecclesiae bonitas.
Sed quia dotavit Caesar nimis atque ditavit
Fertilibus terris Papas, ideo tumuerunt,
Et cupidi certant carpere plura bona.
Rex gliscit terras sibi cunctas suppeditari,
Multo plus Papa cupit ipsis praedominari.
Haec pestis saeva causata avaritia.
Ecclesiam nummus vilem fecit meretricem,
Nam pro mercede scortum dat se cupienti :
Nummus cuncta facit, nil bene justitia.*

⁴¹ Alb. Argent. p. 145-152.

⁴² Among these at this time were also included (Jo. Vitodur. p. 48), *relaxatio interdicti, dispensationes, absolutiones ab excommunicationibus, suspensionibus, irregularitatibus contractis et ab aliis censuris ecclesiasticis.* Haec beneficia administrabant hominibus Praelati plures in diversis partibus terrae Teutoniae, quibus Papa ea commisit. Hae autem gratiae tantum impertiebantur hominibus Regi juratis a Praelatis. The sons of Lewis remained longest in excommunication; for, although the Emperor Charles so early as 1349 had concluded a treaty with them (Buchholtz, *Gesh. d. Churmark Brandenburg*, ii. 430), still the sentence rested upon them because of the injuries of the bishopric of Lebus; see Wohlbrück's *Gesch. des ehemal. Bisthums Lebus* (Berlin, 1829, 3 Th.), i. 444. Still, how little the interdict was regarded in the March, by clergy and laity, may be seen from the renewed bull of excommunication of 14th May, 1350 (in Buchholtz, *Bd. 5, Anhang*, s. 82). Lewis the Roman, elector of Brandenburg, was absolved in 1354 (Wohlbrück, i. 490); the elder brother, Lewis, duke of Bavaria, in 1359 (Raynald. *ad h. a. no. 7*).

⁴³ This was the case, according to Heinricus de Rebdorf, *ad ann. 1349.* Olenschlager's *Staatsgesch.* s. 411; on the other side, Pelzel, in his *Kaiser Karl IV.*, 1, 266, denies this second coronation.

⁴⁴ Joanna, unchaste in the highest degree, without waiting for the Papal dispensation, as soon as 20th August, 1347, was married again to her kinsman, Lewis of Tarentum (see Jo. Villani, *xii. c. 98*, in Muratori, *xiii. 976.* Matth. Palmerius, *de Vita Nicol. Acciajoli.* *Ibid.* p. 1207); and now, being driven from Naples by Lewis of Hungary, she came to Avignon in search of help. Although she here persisted in declining all examination as to the murder of her husband (Raynald. *ann. 1348, no. 11*), nevertheless the necessary dispensation for her marriage was included in that bargain: *Tertia vita Clementis VI.* (Baluz. i. 292): *Regina autem cum filio Principis Tarentini matrimonium propria auctoritate contraxit, qui se secundo gradu consanguinitatis attingebant. Tandem ad Romanam curiam venientes pro dispensatione obtinenda, obtinuerunt. Ipsi vero multum gravati super expensis, non inveniebant consilium de quo possent ad locum proprium [redire]. Quod dictus Pontifex circumspexit et providus velut Argus advertens, tanquam ille quem zelus domus Domini comedebat, opportunis exquisitis tractatibus et*

recognize him as arbitrator: he decided in favor of Joanna, and she mounted again her blood-stained throne (1351).⁴⁵

§ 101.

INNOCENT VI. (18TH DECEMBER, 1352—12TH SEPTEMBER, 1362.) URBAN V. (28TH OCTOBER, 1362—19TH DECEMBER, 1370.) GREGORY XI. (30TH DECEMBER, 1370—27TH MARCH, 1378.)

Much sound knowledge about the state of the Church and of the Papal See was, indeed, evoked and spread abroad by the Pope's contest with Lewis the Bavarian;¹ but internally these convictions were still deficient in congruity, and especially in a firm basis of proof; while externally they lacked a centre of union, and the sense of power and security. Accordingly, during this struggle men's higher convictions were not seldom disavowed from political reasons; and the issue of this contest, apparently fulfilling the Pope's utmost expectations, taught the princes once more that the time was not yet come for a decisive struggle with the Papal See. But, on the other side, the popes also felt that public opinion, the strongest support of their power, was beginning to fall away from them. Thus, instead of that terrible implacability

cautis intermediis viis, civitatem Avenionensem—omni modo juris meliori quo potuit emit a Regina praedicta pro pretio invicem concordato. Et sic Regina et ejus socius per venditionem hujusmodi pecunia redundantes simul in regnum redierunt. Matth. Palmerius, p. 1208: jura dominatus, quae Regina in civitatem populumque Avenionensem habebat, Romano Pontifici vendidit, et ab eodem tunc primum Pontifice Ludovicus titulos Regios accepit. The purchase-money was 80,000 gold florins; the documents of 9th June, 1348, are in Bzovii, Ann. Eccl. ad h. a. no. 10. Leibnitii, Cod. Jur. Gent. i. 200.

⁴⁵ Matth. Villani, ii. c. 24, c. 41, c. 65. Raynald. ann. 1350, no. 27; 1351, no. 32; 1352, no. 1.

¹ Particularly in France. That the Pope had no power over princes in secular affairs, was a maxim generally acknowledged in this country since the time of Philip the Fair, and about 1370 at the command of King Charles V. was proved at length by Raoul de Praelles, Conseiller et Maistre de Requestes, in the Tract. de Potestate Pontificali et Imperiali seu Regia (in Goldasti Monarchia, i. 39). Yet more remarkable is the *Somnium Viridarii de Jurisdictione Regia et Sacerdotali* (translated into Latin in Goldasti Monarchia, i. 58; the French original is in the *Traitez des Droits et Libertez de l'Eglise Gallicane*, ii. 1), dedicated about the same time by an unknown author to King Charles V., in which the encroachments of the clergy and the Pope are defended by a *Clericus* and attacked by a *Miles*. The views of the latter, who even (p. 79) describes the original equality of all bishops, and the gradual rise of the Papal power, quite in the style of Marsilius Patavinus (see above, § 99, note 15), are evidently those of the author, and are maintained with superior proofs. The dreamer, indeed, at the end leaves all to the decision of the Roman Church: *illud credo, teneo et firmiter profiteor, quod ipsa sacrosancta Eccl. Romana credit, tenet atque profitetur: necnon et illud teneo et credo verum, quod ipsa duxit statuendum in Extravaganti quae incipit Unam sanctam*; but the mention of the bull, *Unam sanctam*, to a king of France seems almost to indicate irony.

which Lewis the Bavarian experienced, we now find a mild forbearance toward powerful offenders; such, for instance, as Peter the Cruel, king of Castile,² which, content with the shadow of a satisfaction, was ever ready for reconciliation.

In the States of the Church the popes lost their influence, partly because they were far away, partly because they were foreigners, and the nobles seized on the highest power. In Rome, for a short time, the nobility was restrained by the adventurous Cola di Rienzi (1347);³ a host of petty principalities grew up in the provinces.⁴ Innocent VI. sent thither at last the warlike cardinal, Aegidius Albornoz, 1353, to reconquer the States of the Church.⁵ Charles IV., who undertook his campaign to Rome in 1354, true to his former promises, contented himself with receiving in Italy the empty honor of two crowns, without availing himself of the opportunity of restoring justice.⁶ So that ecclesiastical general

² Who, indeed, violated the laws of God more than the Papal interest. This monster, whose whole reign was a chain of shameful deeds, soon after his marriage put away his wife Blanche, for the sake of a courtesan, Maria de Padilla (1353); then he had himself divorced from her by two suffragan bishops, and married a third person (Raynald. 1354, no. 21). Now at last the ban followed (ibid. 1355, no. 29): as at the same time some dangerous riots arose, Peter took Blanche back again, but only to divorce her once more soon after (ibid. no. 31). The tyrant now heaped murder upon murder. The Pope only interceded in behalf of Blanche with prayers and remonstrances (Rayn. 1356, no. 38; 1357, no. 10); he threatened, indeed, more in earnest, when Peter confiscated the property of certain cardinals in his kingdom (ib. 1356, no. 40); but his chief effort was to rescue his vassal, Peter of Aragon, from the overpowering might of Castile. A legate negotiated a truce: when Peter of Castile broke it, he was excommunicated (ibid. 1357, no. 9): still the Pope continued to invite him, as *carissimum in Christo*, to peace with Aragon by a new legate (ibid. 1359, no. 2). Peter yielded, that he might make war upon the Moors. He answered the Pope's request that he would take his wife again by having her poisoned (ibid. 1361, no. 6). He soon broke the peace with Aragon, and butchered the inhabitants of Calatajuba, a city of Aragon, which did not at once surrender. The excommunication pronounced by the legate on this account (ibid. 1362, no. 18), was quickly forgotten; and Urban V. overwhelmed the tyrant with fulsome praise, when he offered him his help against the mercenary robber-bands which threatened Avignon (ib. 1365, no. 7), though all the Pope's endeavors to negotiate peace between him and Aragon (ib. 1364, no. 18; 1366, no. 30) remained fruitless.

³ Cola di Rienzo u. s. Zeit, chiefly compiled from unprinted sources, by Dr. F. Papencordt. Hamburg and Gotha, 1841.

⁴ Compare Clement VI.'s bull of 16th July, 1346, *Etsi solertem* (Bullarium, Rom. i. 302), against the *civitates* and *singulares personae*, which, *civitates, castra et villas patri-monii b. Petri in Tuscia, eorumque dominium, superioritatem, advocacionem, capitane-atum et jurisdictionem non verentur diversis exquisitis coloribus occupare*.

⁵ With regard to his enterprises, see especially Matteo Villani, from lib. iii. c. 84, onward. Schlosser's Weltgesch. iv. i. 408, 618. Papencordt, s. 277.

⁶ How the hopes of the Italians were disappointed in him, see Petrarchae Epist. 3-5 (in Goldasti Monarchia, ii. 1350 ss). Ep. III. : *Ergo tu Caesar, quod avus tuus innumerique alii tanto sanguine quaesierunt tantisque laboribus, sine labore adeptus complanatam apertamque Italiam, patens limen urbis Romae, sceptrum facile, imperturbatum ac pa-*

was able to bring back the whole States of the Church to obedience without resistance. When, however, he finished his work (1360) by wresting Bologna from the powerful Bernabo Visconti, ruler of Milan,⁷ then he met with a foe to whom all fear of the Church and Papacy was as unknown⁸ as to the mercenary bands which at that time, by turns, served the nobles in their wars and pillaged on their own account.⁹ Urban V., indeed, hurled his ban against him with the most grievous complaints, and proclaimed a crusade against him (1363);¹⁰ but soon after he found it advisable

cificum Imperium, incruenta diademata,—haec linquis, et—ad barbarica rursum regna revolveris? Non audeo clare tibi dicere, quod mens resque exigunt, ne te verbo contristem, qui me et mundum facto contristas tuo.—O si in ipsis Alpium jugis avus tibi nunc paterque fiant obvii, quid dicturos putas?—Profecisti eximie, ingens Caesar, hoc tuo per tot annos dilato in Italiam adventu, et festinato abitu refers demum istud ferreum, illud aureum diadema, simul ac sterile nomen Imperii. Ep. IV.: vereor ne—jam Pontifex Romanus Principem Romae esse vetuerit, *quod et fama loquitur*, et fuga Caesaris indicio est, qui non cupidius Italiam petiit, quam reliquit.

⁷ Clement VI. in 1352 had been obliged to deliver over Bologna to John Visconti, archbishop and lord of Milan, and his family for twelve years (Raynald. ann. 1352, no. 7 ss.). The legate wrested the town by craft from Bernabo before the expiration of this time (Matteo Villani, ix. 74 ss. Raynald. ann. 1360, no. 6 ss.).

⁸ Jacob. v. Königshoven, s. 203, represents Urban V. as complaining to the Emperor Charles IV. "das er vor er Bobest wart, eines moles wert gesant zu den Herren von Meyelon und brohte den Briefe von des Bobestes wegen. Dise Briefe gevielent den Herren von Meyelon nüt wol. davon hiessent sū disen Urbanum die Briefe essen, und do tent ime ouch vile andere Smocheit, und hiessent in balde enweg varn. Dis muste Urbanus alles tun."

⁹ Des grandes Compagnies au XIVième siècle, par M. E. de Fréville, in his Bibliothèque de l'École des Chartes, t. iii. (Paris, 1841. 42), p. 258. André, Hist. Politique de la Monarchie Pontificale au XIVième siècle, p. 402. Schlosser's Weltgesch. IV. i. 392–594. Urban V. summoned aid against these bands which devastated the south of France (Raynald. 1364, no. 15), but he was soon after obliged to buy off one of them, which threatened Avignon, at a great price (Raynald. 1365, no. 7).

¹⁰ The bull of 30th Nov. 1362, in which Bernabo was cited, is full of the most grievous charges (Raynald. ad h. a. no. 12), e. g. Robertum Archiepiscopum Mediolanensem, pro eo quod quendam monachum—noluerat—ad ordinem promovere, ad suam praesentiam accedere compulerat, omnique reverentia Dei et officii pontificalis abjecta, eidem Archiepiscopo sermonibus contumeliosis, multis ibidem praesentibus, dixerat: *Genusflecte ribalde* (good-for-nothing fellow); et cum sic genuflexus existeret, adjecerat: *Nescis, pultrone* (poitroon), *quod ego sum Papa et Imperator ac dominus in omnibus terris meis, et quod nec Imperator, immo nec Deus posset in terris meis facere, nisi quod vellem?*—ipsumque Archiepiscopum deinde post multa ignominiosa opprobria sibi dicta in quadam camera recludi ausu sacrilego fecerat.—Per civitates, castra, villas et loca, quae tenebat, fecerat etiam publice proclamari, quod nullus—sub poena concremationis ad dicti praedecessoris (Innocentii VI.), seu etiam—apostolicae sedis legati curias praesumeret accedere, aut inibi gratiam vel aliud impetrare, seu eidem praedecessori, aut dicto legato de aliquibus—respondere, aut dare consilium, auxilium vel favorem; quodque absque ejus vel cujusdam sui familiaris Gerardoli nomine, quem vulgus Papam nominat, licentia nulla electio—seu provisio fieret in Ecclesiis ac Monasteriis:—apostolicas et legatorum apostolicae sedis ac inquisitorum haereticae pravitatis literas et processus, ac etiam literas clausas, quae jam dicto praedecessori et eisdem Cardinalibus—de diversis mundi partibus mittebantur, aperiri, legi, et saepissime lacerari, eorumque latores capi et carceri-

to make peace with the desperate Italian on equal terms (1364).¹¹ Soon after the Papal See had to rue its dependence upon France for another reason; England, out of hostility to this country, released herself from her former tribute-money.¹² So Urban V. had reasons enough for taking up his abode once more at Rome (1367). But five French cardinals remained at Avignon,¹³ and Urban was induced soon after to return thither again in person (1370).¹⁴

bus mancipari. Besides, according to Raynald's account, the Pope complains: varia crudelitatis genera a Bernabone in sacerdotes et viros religiosos injuste exercita, alios in cavea ferrea flammis exustos, alios in equuleo discruciatos, alios amputatos capite, etc.—eo etiam prorupisse, ut Parmensem sacerdotem turrim conscendere, atque ex ea Innocentium VI. et Cardinales anathemate defixos proclamare cogeret: ad suam vero ac suorum satellitum avaritiam satiamdam in bona ecclesiastica adeo grassatum, ut plures sacerdotum vectigalibus exuti divina ministeria abjecerint, etc. As Bernabo disregarded the summons, he was condemned 5th March, 1363, Raynald. ann. 1363, no. 2: velut haereticum condemnamus, decernentes,—eundem Bernabonem militari cingulo, ac omnibus honoribus,—bonis et juribus suis universis et singulis fore privatum, ac universis poenis—promulgatis adversus haereticos subjacere, et eum velut haereticum, et ab Ecclesia Dei praecisum ab omnibus Christianidelibus evitandum. Cf. Matteo Villani, xi. c. 41. The bull for the crusade appeared in July (Raynald. l. c. no. 4).

¹¹ Raynald. ann. 1364, no. 3. Compare only the preamble of the treaty of peace: In nomine Domini Amen. Suborta dudum inter reverendissimum in Christo patrem et dominum, dominum Aegidium Episcopum Sabinensem A. S. L. nomine Romanae Ecclesiae occasione vicariatus civitatis Bononiensis ejusque districtus et ex aliis causis, et magnificum dominum Bernabonem de Vicecomitibus Mediolan. gravis et nociva dissensio, et deinde inter eandem Ecclesiam—et praefatum dominum Bernabonem—guerra pestifera inde secuta quasi totam provinciam Lombardiae ac partes vicinas in discrimine posuerunt. Et tandem pro hujusmodi guerra sedanda—interventibus invictissimo domino, domino Carolo IV.—Imp.—ac serenissimis dominis, dominis Joanne Franciae, Ludovico Ungariae, ac Petro Jerusalem et Cyprum illustribus Regibus—partes ipsae super concordia et pace hujusmodi convenerunt. Among the conditions, according to Raynald's account, was, remissae in primis acceptae illatae injuriae; thus all censures against Bernabo were revoked, and he was recognized in all his former honors. Bernabo had indeed to resign, on account of his powerful mediators, his possessions in the territories of Bologna, Modena, and Ramandiola; but the Pope was obliged to promise 500,000 gold florins in compensation.

¹² In 1365 Urban made application for this tax, which had been in arrears ever since 1332 (Raynald. 1365, no. 18). Edward III. in answer obtained a decision from his Parliament in 1366 (Rotuli Parliamentorum tempore Edwardi R. III. p. 290): *qe le dit Roi Johan ne nul autre purra mettre lui ne son Roialme ne son Poeple en tiele subjection saunz (sans) Assent de eux, et come piert par plusours Evidences, qe si ce feust fait ce feust fait saunz lour Assent, et encontre son Serment en sa Coronation. Et outre ce, les Ducs, Countes, Barons, Grantz et Communes accorderent et garantirent, qe en cas qe le Pape se afforeroit ou rien attemperoit par Proces ou en autre manere de fait, de constreindre le Roi ou ses Subgitz de parfaire ce qe est dit q'il voet clamer celle partie, q'ils resistront et contreesterront ove toute leur peussance.*

¹³ As the fleet put to sea from Marseilles, the cardinals who accompanied him called out in grief (Petrarchae, *Rer. Senil. lib. ix. ep. 2*, to Brunus, a papal secretary): *O malum Papam, o patrem impium, quonam terrarum miseros filios rapit? non quasi ad Christianitatis unicum ac supremam arcem, urbem Romam—sed quasi Ctesiphontem aut Memphim Saracenorum in carceres traherentur.*

¹⁴ As he declared to the Romans (Raynald. 1370, no. 19), *ex certis causis non solum*

Bernabo Visconti was thus again encouraged to invade the Papal territory. Gregory XI., indeed, pronounced the anathema against both brothers, Galeazzo and Bernabo (1372).¹⁵ But as at the same time he closed the long struggle against the Aragonian rulers of Sicily, by the recognition of Frederick III. as King of Trinacria,¹⁶ he gave his adversaries a fresh proof that spiritual weapons were not invincible in Italy. The cities of the Ecclesiastical States, also dissatisfied with the Pope, and oppressed by their governors, soon reasserted their independence, and entered into an alliance with the Florentines and the Visconti (1375).¹⁷ While Charles IV. humbly recognized the rights lately usurped by the popes over the empire,¹⁸ Gregory XI. was unable to re-establish the unques-

utilibus pro universali Ecclesia, sed etiam urgentibus; but Petrarch (Rer. Senil. lib. xiii. ep. 13) clearly points out the urgency of the French cardinals as the cause. Petrarch had written to the Pope soon after his arrival in Rome a letter of congratulation, in which Rome was extolled far above Avignon (Rer. Senil. lib. ix. ep. 1). Now, upon the Pope's return, there appeared an *Invectiva in F. Petrarckam* (Opp. ii. 1060), written in praise of Avignon by an anonymous Frenchman, which Petrarch answered in 1372 with an *Apologia contra anonymi Galli calumnias* (l. c. p. 1068).

¹⁵ Raynald. 1372, no. 1 ss. With regard to the frightful cruelties which Bernabo practiced in return upon the clergy of the Pope's obedience, see the narration in another bull in Raynald. 1373, no. 10. He often said, quod ipse in terris, quas detinet, intendit esse Papa et etiam Imperator.

¹⁶ Boniface VIII., in 1303, had granted the island to Frederick II. only for his lifetime (see Div. 2, § 59, note 30): nevertheless, Frederick had his son Peter crowned as his successor (Raynald. ann. 1321, no. 40). Even Frederick was laid under ban and interdict as an ally of Lewis of Bavaria (l. c. 1329, no. 88); and these censures continued under Peter II. (1337-42), Lewis (to 1355) and Frederick III. as reigning in defiance of right, without accomplishing the end in view. Joanna of Naples now concluded a treaty with Lewis (Raynald. ann. 1372, no. 5), and the Pope sanctioned it with certain alterations and additions (ibid. no. 7 ss). Frederick, and his issue male, was to hold the island in fee, with the title of King of Trinacria, immediately from Joanna, but secondarily from the Roman See, as the *superior et directus dominus*; to take the oath of fealty to both, to respect the freedom of the Church, etc.

¹⁷ Prima Vita Gregor. XI. in Baluz. i. 434: Eodem tempore communitas Florentina contra dictum Gregorium Papam et Romanam Ecclesiam insurrexit, doloseque et malefiose operata est, quod fere omnes civitates et loca alia, quae ad dictam Ecclesiam in Italia pertinebant, ei se confoederaverunt, et colligaverunt, in unumque convenerunt, ut amodo excusso a se quocunque alio superiori vel domino, in sua libertate viverent et permanerent; factoque vexillo, in quo solum magnis literis erat descripta *Libertas*, ordinaverunt magnam gentem armigeram, quae cum vexillo hujusmodi dictae ligae adhaerere volentes confoveret, resistentes vero vi et potentia ad eam sectandam comprimeret et arctaret. Schlosser's Weltgesch. IV. ii. 358.

¹⁸ He prayed the Pope's permission, 6th March, 1376, to have his son Wenceslaus chosen King of Rome, cum ad hujusmodi electionis celebrationem nobis viventibus procedi non valeat sine vestris beneplacito assensu et gratia ac favore; and Gregory answered on 3d May: ut electio praedicta modo praemisso *hac vice dumtaxat* valeat celebrari, nostrum beneplacitum, assensum ac favorem et gratiam auctoritate apostolica tenore praesentium impertimur. See Raynald. 1376, no. 13. Leibnitz, Cod. Jur. Gent. Mantissae, P. ii. p. 260 ss.

tioned claims of the See in Italy, either by the severest interdicts,¹⁹

¹⁹ The bull of excommunication issued against the Florentines 31st March, 1376 (in Raynald. ad h. a. no. 1 ss.), gives fresh examples of the measures which the Italians allowed themselves to take at that time against the Church and the Pope. E. g. Inquisitorum haereticae pravitatis officium in ipsius libera executione impediētes, statuerunt, quod non possit in eorum civitate—et districtu contra haereticos nisi certo modo procedi; nec dicti inquisitoris familiares, nisi ad certum numerum et habita licentia eorundem officialium temporalium arma deferre valeant, ordinarunt.—Ipsius quoque inquisitoris carcerem, in quo haeretici ponebantur, concitato tumultu populi totaliter destruxerunt, et inquisitorem qui tunc erat expulerunt:—ac etiam ordinarunt, quod auctoritate literarum apostolicae sedis possessionem alicujus beneficii ecclesiastici—nullus recipere audeat, nisi prius literae ipsae prioribus et vexillifero dictae civitatis praesententur, et licentiam obtineant ab eisdem; et quod quando clericus accusatur coram iudice temporali, vel ab eo aliquid civiter petitur, et allegat privilegium clericale, quod ex hoc sit extra custodiam dictae civitatis, ita quod quilibet possit eum impune offendere et occidere: omnesque allegantes hujusmodi privilegium clericale in quodam libro seu chartulario describuntur, ut pateat omnibus libera licentia offendendi eos et etiam occidendi. Et insuper dudum priores et vexillifer dictae civitatis Florentinae, qui tunc erant, ac populus et commune supradicti, spiritu furoris accensi, quendam Nicolaum monachum in sacerdotio constitutum quibusdam sceleratis viris, cum nullis officialis justitiae partium earundem de hoc se intromittere vellet, torquendum dederunt, qui monachum ipsum, in suae religionis et ordinis clericalis vituperium, ad ostendendum eum fore sacerdotem de novo radi fecerunt, et eum in quodam curru posuerunt, et cum tenaculis (hooks) igneis ipsius carnes evellentes, eas canibus projecerunt: et sic eum per civitatem Florentinam praedictam, transeundo etiam prope Ecclesiam cathedralem ad majus ordinis clericalis vituperium, usque ad locum, ubi fures suspenduntur, deduxerunt: ipsumque coram populo clamantem, quod a sibi impositis innocens erat penitus et immunis, vivum sepeliri fecerunt atque mori. Then it gives examples of the instigation of the Papal territories to rebellion. Et a clero civitatis et dioecesis Florentinae et aliarum terrarum, quas tenent, diversas pecuniarum summas importabiles, etiam omni humanitate prorsus abjecta, extorserunt: ac octo viros sceleratos,—quos publice octo Sanctos appellant, ad rapiendum bona ecclesiastica deputarunt, qui ecclesias, monasteria, et alia pia loca, eorumque personas bonis suis spoliavit, et hujusmodi bona mobilia et immobilia vendunt et distrahunt pro libito voluntatis. Et insuper dilectum filium Lucam de Florentia, Ordinis fratrum Humiliatorum professorem, sacrae theologiae magistrum, ad revelandum et declarandum quendam hominem, qui eidem peccata sua, et inter caetera quaedam furta per eum commissa confessus fuerat, sigillum confessionis frangere coegerunt: ac deinde praefatum hominem, cujus peccata fuerant revelata, suspendi et mori fecerunt. Ad haec priores artium et vexillifer,—ac populus et commune civitatis Florentinae venerabilem fratrem nostrum Lucam Episc. Narniensem, apost. sedis Nuncium, quem specialiter ad partes dicti patrimonii destinabamus,—injuriis, violentis et sacrilegis ausibus capere, et captum aliquamdiu crudelissimo carcere detinere miserabiliter praesumpserunt, etc. For this, besides excommunication and interdict, the following penalties were pronounced against the Florentines: Et ne ipsorum temeritas transiret praesumptorum in exemplum, bona—quorumcunque Florentinorum, ubicunque consistentium, immobilia—confiscavimus: et personas ipsorum omnium et singulorum, absque tamen morte seu membri mutilatione, exponimus fidelibus, ut capiuntur fiant servi, et bona eorum mobilia quibuscunque fidelibus occupanda. Then the remaining penalties of heretics were pronounced against them, infamy, forfeiture of civil rights, disqualification of their successors for honors and rank. On the result of this bull, see *Prima Vita Greg. XI.* in Baluz. i. 435: Quorum occasione multi tam in Avinione quam aliis partibus collocati cum damnis et detrimentis innumeris ad propria redire sunt compulsi. (According to Thomas Walsingham, *De Rebus Angl.*, the Florentine merchants in England were reduced to slavery, and their property confiscated.) Ex quibus eorum communitas ad cor minime reversa est, immo fortius in sua malitia extitit

or by his return in person to Rome in 1377.²⁰ He was obliged to forego his Papal sovereignty, and open negotiations with his enemies;²¹ they were interrupted by his death in 1378, but still soon ended in the restoration of peace.

II. HISTORY OF THE ECCLESIASTICAL RELATIONS OF THE PAPACY AT AVIGNON.

§ 102.

COMPLETION OF THE PAPAL CODE. COMP. DIV. II. § 60.

Clement V. caused the *V. Libri Clementinarum*, the last authentic collection of decretals, to be collected, in 1313, from the canons of the council at Vienne, and his decretals issued at other times.¹ The Constitutions, which afterward appeared (*Ex-*

indurata, continue pejora prioribus contra dictam Ecclesiam procurando et machinando, libellos etiam diffamatorios, falsa tamen et erronea continentes, contra statum ipsius Ecclesiae et personam dicti Papae ubique transmittendo.

²⁰ St. Brigitta († 1373) had long before earnestly implored the Pope to take this step (*Revelationum* lib. iv. c. 139–143): the same course was now pursued by St. Catharine of Siena (her letters to the Pope are in the *Lettere devotissime della b. vergine santa Caterina da Siena*, in Venetia, 1562. 4. f. 1); she, however, strove in vain to mediate between the Florentines and the Pope, because of the obstinacy of the former (*Vita S. Catharinae*, written by Raimundus Capuanus, her father confessor, P. iii. c. 8, in *Act. SS.* April, iii., 956).

²¹ The first unfortunate attempt was made in Florence by St. Catharine, who risked her life on this occasion, *Vita S. Cathar.* l. c. p. 957. However, she gave out, p. 958, *se non posse a territorio illo recedere, quousque pax esset praeconizata inter patrem et filios, sique dixit se habere a Domino in mandatis.* The Guelph party prevailed in the end, and peace was concluded soon after Urban VI.'s accession. Peace was already made with Galeazzo Visconti, and soon after restored with Bernabo.

²² Gerson relates that Gregory XI., on his death-bed, warned the by-standers (*Tract. de Examinatione Doctrinarum* P. ii. Consider. 3. Opp. i. 16), *ut caverent ab hominibus, sive viris, sive mulieribus, sub specie religionis loquentibus visiones sui capitis, quia per tales ipse seductus* (see note 20), *dimisso suorum rationabili consilio, se traxerat et Ecclesiam ad discrimen schismatis imminens, nisi misericors provideret sponsus Jesus.* This was the view taken in France; the Romans, on the other hand, pronounced the fact that Gregory had come to Rome and died there—a miraculous dispensation to bring back the Papal See to this place again (*Baluzii Notae ad Vit. Pap. Avenion.* i. 1224).

¹ *Sexta Vita Clementis V.* (in *Baluz. PP. Aven.* i. 110): Anno 1313, 12 Kal. April.—*dictus Papa—in consistorio publico suas constitutiones decretales, quas in Concilio Viennensi ordinaverat, publicari fecit, quae hodie Clementinae vocantur: sed postea infirmitate praeventus ad studia generalia per eum transmissae non fuerunt, donec per suum successorem executioni demandatae fuerunt.* Clement, indeed, sent them to the University of Orleans, founded by himself (see *Boehmer de Clementinis*, § ix.). But the fact that he did not send them to the other more renowned universities, considering that he lived a whole year after their publication, is certainly surprising, and was also differently explained; see *Aventinus Ann. Bojorum*, lib. vii. c. 15, § 18: *quod multa, quae simplicitati Christianae, libertati religionis imponerent* (comp. above, § 98, note 18), *ibi continuerentur, (Clemens) publicare supersederat, atque animam agens aboleri jusserat.*—*Haec a Wilhelmo Occomensis accepi.* In the year 1317, John XXII. first sent this col-

travagantes),² were added gradually and singly. The selection and collection of those in use, in the editions of the *Corpus Juris Canon.*, consisting of 20 *Extravagg. Joannis XXII.* in 14 chapters,³ and of 74 *Extravagg. Communes* in 5 books,⁴ originated from the edition of John Chapuis, Paris, 1500.

§ 103.

ECCLIASTICAL USURPATIONS OF THE POPES AT AVIGNON.

The idea of the Papacy, which had grown up in the period previous to this, was, indeed, incapable of further extension (Div. II. § 61); but now it was developed without reserve into all its most obnoxious results, particularly by the mendicant friars,¹ whose privileges, so often attacked, were only founded upon the Papal supremacy.² Their pitiful flattery did not even blush to claim

lection to the University of Bologna, which was held at that time to be the principal guardian of Canon Law: see the bull prefixed to the Clementines. The Clementines were soon plentifully commented on (see Lang, *Gesch. und Institutionen des Kirchenrechts*, i. 264); their *glossa ordinaria* is by John. Andreae (see Div. ii. § 60, note 13). Cf. G. L. Boehmer *Diatr. de Clementinis*, in his *Observatt. Juris Canon.* Goett. 1791, no. 1.

² T. W. Bickell über die Entstehung u. d. heut. Gebrauch der beiden Extravagantensammlungen des Corp. Juris Canon. Marburg, 1825.

³ This is only a selection from this Pope's decretals, which, however, so early as 1325, was commented upon by Zenzelinus de Cassanis, canonist at Toulouse; see Bickell, s. 7 ff.

⁴ In the earlier editions, before Chapuis, only a few Extravagantes are found, with indefinite numbering and arrangement, Bickell, s. 14 ff. Chapuis collected them all from the better known editions extant (*communes*, i. e. *trita*), Bickell, s. 34. The earliest among them is a constitution of Urban IV. in 1262; the latest, one of Sixtus IV. in 1483; the greater number are by John XXII. They are not all commented upon; the most distinguished of the commentators belonging to this period are, Joannes Monachus, afterward Cardinal, Guilelmus de Monte Lauduno, abbot at Poitiers, and Zenzelinus de Cassanis, canon lawyer at Toulouse.

¹ Compare the Augustinian, Augustini Triumphum Summa de Potest. Eccl. above, § 99, note 17; the Franciscan, Alvari Pelagii de Planctu Ecclesiae, libb. ii. *ibid.*, note 18; the Dominican, Petri Paludani (about 1330 patriarch of Jerusalem, † 1342) Tract. de Causa Immediata Ecclesiasticae Potestatis (published at Paris, 1506); the Franciscan, Rogeri Connovii (or de Conway, commonly called Chonoe, at Oxford) Defensio Religionis Mendicantium, immediately after 1357 (in Goldasti Monarchia, ii. 1410).

² E. g. Augustini Triumphum Summa, qu. 6, art. 1: Utrum a Papa possit appellari ad Deum?—Solutus Papa dicitur esse vicarius Dei, quia solum quod ligatur vel solvitur per eum, habetur solutum et ligatum per ipsum Deum. Sententia igitur Papae et sententia Dei una sententia est, sicut una sententia est Papae et adiutoris ejus. Cum igitur appellatio semper fiat a minori iudice ad superiorem, sicut nullus est major seipso, ita nulla appellatio tenet, facta a Papa ad Deum, quia unum Consistorium est ipsius Papae et ipsius Dei, cujus Consistorii claviger et ostiarius est ipse Papa. Nullus ergo potest appellare a Papa ad Deum.—Qu. 19, art. 1: Utrum solus Papa sit sponsus Ecclesiae?—Papa, qui obtinet vicem Christi in tota Ecclesia, universalis Ecclesiae sponsus dicitur.

Episcopus vero dicitur sponsus suae dioecesis, presbyter autem suae parochiae. Nec tamen propter hoc sequitur, quod sint plures sponsi unius Ecclesiae: quia sacerdos sicut minister cooperatur Episcopo tanquam principali, et simul omnes Episcopi cooperantur Papae, et Papa Christo. Unde Christus, Papa, Episcopus et sacerdos non dicuntur nisi unus sponsus Ecclesiae. Art. 4: Papa succedit Christo in officio et universali jurisdictione, quia Petrus in persona omnium summorum Pontificum recepit universalem jurisdictionem a Christo.—Quantum ad officium et universalem jurisdictionem Papa est Episcopus universalis Ecclesiae, sed quantum ad personalem administrationem singulariter est Episcopus urbis Romae. Art. 5: Utrum Papa possit immediate in qualibet dioecesi et parochia, quod potest Episcopus vel sacerdos?—Papa tenet locum Petri in Ecclesia, Episcopi vero locum Apostolorum, Presbyteri vero locum LXXII. discipulorum. Absurdum autem videtur, quod Petrus non potuisset solvere et ligare sine auctoritate Apostolorum vel discipulorum, etiam in provinciis et parochiis eis deputatis, cum singulariter Petro fuit dictum: *dabo tibi claves*, et ipsi non nisi per usum clavium potestatem ligandi et solvendi habent. Eodem modo absurdum est dicere, quod Papa non possit solvere et ligare in dioecesi cujuslibet Episcopi et parochia cujuslibet Presbyteri, vel absolutionem et ligationem committere quibus placet. Potest etiam in provinciis et parochiis eis deputatis omnia facere per seipsum, vel per commissionem, quae ipsi Episcopi vel Presbyteri facere possunt, et adhuc amplius.—Qu. 20, art. 3: Utrum solus Papa habeat potestatem clavium?—Singulariter solus Petrus dicitur habere claves per immediatam commissionem, per immediatam derivationem, per universalem administrationem. Per immediatam quidem commissionem, quia soli Petro, cujus successor Papa existit, claves sunt commissae.—Per immediatam vero derivationem, quia potestas clavium ab eo tanquam a capite in omnes Praelatos Ecclesiae derivari debet.—Per universalem autem administrationem, quia solus ipse in tota Ecclesia universaliter Christi Vicarius existit.—Qu. 64, art. 2: sicut Apostoli missi sunt ad praedicandum non nisi praesupposita auctoritate Petri:—sic Episcopi admittuntur et assumuntur in partem sollicitudinis non nisi praesupposita auctoritate Papae, qui sicut dat eis auctoritatem exequendi officium receptum super tanta vel tali materia, si bene utantur, ita culpa exigente, si commisso officio abutuntur, potest eos dicta executione privare.—Qu. 65, art. 5: non minoris auctoritatis est Papa in tota Ecclesia, quam quilibet Episcopus in sua dioecesi, immo majoris, cum in propria dioecesi Episcopus jurisdictionem non exerceat nisi auctoritate Papae. Sed quilibet Episcopus in propria dioecesi potest et debet religiosos et alios idoneos viros ad sanctae praedicationis officium assumere, qui vice ipsorum plebes Christi eis commissas aedificent verbo et exemplo, absque omni requisitione Presbyterorum, in quorum parochiis praedicant.—Ergo similiter Papa potest et debet in tota Ecclesia aliquos religiosos et idoneos viros ad sanctae praedicationis officium ordinare,—qui in qualibet dioecesi et in qualibet parochia—absque omni requisitione Episcoporum et Presbyterorum possunt praedicare, et alia spiritualia per sedem apostolicam eis commissa administrare.—Alvari Pelagii de Planctu Ecclesiae, lib. i. c. 6: Papa super omnia, etiam generalia, concilia est, et ab ipso ipsa recipiunt jurisdictionem et auctoritatem, et licentiam congregandi se. C. 14: Omnis creatura per eum valet judicari, et ipse a nulla in terris, etiam universali concilio. C. 17: Plus potest Papa solus in iis, quae non sunt contra capitulos fidei, et adjacentia eis, et sacramenta, quam tota Ecclesia catholica, et concilia seorsum. C. 29: unum est consistorium et tribunal Christi et Papae in terris. C. 58: Sciendum est, quod potentia summi Pontificis et Christi vicarii plena dicitur. Primo quia ab hac potentia nullus ad Ecclesiam militantem qualitercunque pertinens excipitur.—Secundo quia omnis potestas ad gubernationem fidelium a Deo ordinata et hominibus data, sive spiritualis, sive temporalis, in hac potestate comprehenditur.—Tertio quia omnis potestas in Ecclesia ab hac potestate, derivatur, et ad eam ordinatur,—quia ipsa principium est et finis cujuslibet potestatis, et ideo quaelibet potestas humana ei jure subditur. Quarto quia a nulla potestate humana exceditur, vel superatur.—Quinto quia a nulla alia potestate puri hominis limitatur, aut ordinatur, aut judicatur: sed ipsa alias limitat, ordinat, et judicat.—Sexto quia ordine potestatum, aut legibus ab ipso positus non coarctatur: potest enim agere et mediantibus aliis potestatibus, et non mediantibus, quando viderit expedire, quia ordinarius omnium est.—Potest etiam agere et secundum

for the popes almost divine honors.³ The dissenting voices raised

leges quas ponit, et praeter illas, ubi opportunum esse judicaverit.—Merito ergo in summo Pontifice plenitudo dicitur existere potestatis: unde et propter hoc dicitur potestas ejus esse sine numero, pondere et mensura.—Est enim sine numero, quantum ad eos, qui ejus potestati subduntur, qui quoad nostram notitiam sunt innumerabiles.—Est autem sine pondere, quantum ad locum: pondus enim est inclinatio rei ad locum proprium et determinatum: haec autem potestas non determinatur ad unum locum, vel ad unam Ecclesiam, sed ad omnes prorsus Ecclesias in quibuslibet locis positae extenditur. Est sine mensura, quantum ad actum et modum agendi, quia quodammodo immensa est in agendo et in modo agendi. Unde sicut homini Christo datus est spiritus non ad mensuram, Jo. iii. 34, caeteris autem datur secundum aliquam mensuram donationis Christi, Eph. iv. 7; Rom. xii.: sic vicario Christi Pontifici summo data est potestas non ad mensuram, sed in quadam immensitate; aliis autem datur potestas secundum mensuram aliquam participationis hujus immensae potestatis. Et cum sit ipsa potestas vicarii Christi sine numero, pondere et mensura, imponit tamen et determinat aliis potestatibus pondus, numerum et mensuram.

³ Augustini Triumpho, qu. 9, art. 1. Utrum Papae debeatur honor, qui debetur Christo secundum quod Deus? *Videtur*:—quia honor debetur potestati, sed una est potestas Christi secundum quod Deus et Papae: quod probatur, quia potestas Christi secundum quod Deus est peccata dimittere juxta illud Marc. ii., *quis potest peccata dimittere nisi solus Deus?* istud autem convenit Papae, quia quodcumque ligat vel solvit super terram, est ligatum vel solutum in caelis.—Porro latria est servitus soli Deo debita:—sed omnis servitus debetur Papae, ergo honor qui debetur Deo debetur sibi.—*In contrarium est*, quod honor, qui debetur creatori, sine peccato idololatriae non debetur purae creaturae.—*R. Dicendum*,—quod honor potest exhiberi Deo dupliciter. Primo ratione communis potestatis, cum qua convenit cum creaturis convenientia ejusdem analogicae univocationis. Convenit ergo creatori et creaturae potestas et dominatio, et multa alia, ut bonitas, scientia et justitia, quae attribuuntur Deo, tamen conveniunt creaturae, Deo quidem essentialiter, creaturae vero participative et ministerialiter vel instrumentaliter: et ratione istorum quidam honor, et quaedam servitus impenditur Deo, quae sine peccato potest exhiberi creaturae, ut thurificatio et genuflexio et alia servitus, quae graeco nomine *dulia* appellatur. Quaedam vero servitus Deo impenditur ratione ejus singularis majestatis,—ratione cujus singulare genus servitii sibi exhibetur, quod latria appellatur.—Sacrificium est ille singularis honor et illa singularis servitus, quae sic debetur Christo secundum quod Deus, non debetur Papae, nec alicui purae creaturae.—*Ad primum ergo est dicendum*:—in Christo secundum quod Deus invenitur dominatio, quae est summa potestas, et ideo servitus summa sibi debetur, quae latria appellatur: in Papa autem non invenitur nisi participative et ministerialiter, etc.—In Art. 3 it is proved that the same honor is due to the Pope as to the saints (honor Papae exhibetur ratione potestatis et auctoritatis: verum quia potestas talis est ordinata potissime, quia est a Deo sibi tributa, et quae a Deo sunt, ordinata sunt, sic dicit Apost. ad Rom. xiii.: ideo includit talis potestas vitae sanctitatem et doctrinae veritatem.—Propter quod licet honor sit sibi exhibendus ratione potestatis, non est sibi subtrahendus honor, qui debetur Sanctis ratione sanctitatis et doctrinae veritatis). And, in Art. 4, the honor rendered to angels is shown to be due to him (exhibebatur honor Angelis per Patres veteris Testamenti, quia in eis repraesentabatur Deus per subjectam creaturam de aëre vel undecunque visibiliter ab eis assumptam: sed longe melius Deus repraesentatur per Papam, et quantum ad naturae conformitatem, quia Dei filius nunquam Angelos apprehendit, sed semen Abrahae in unitatem personae, et quantum ad officii potestatem, quia nulli Angelorum concessit clavem ligandi et solvendi in caelo et in terra, sicut concessit Petro et successoribus ejus).—Zenzelinus (1325) adds plainly in his *gloss* to Extravag. Jo. XXII. tit. xiv. c. 4, in fine: *Crede* autem dominum *Deum* nostrum Papam, conditorem dictae decretalis, sic non potuisse statuere, prout statuit, haereticum censeretur. Thus the passage stands in the Lyonese editions of 1584 and 1606, and in the Paris editions of 1585, 1601, and 1612: the word *Deum* is left out in the later editions.

on the side of Lewis, the Bavarian, made no general impression, and died away altogether when, after Lewis's death, the victory of the Papacy was complete and decisive. In France, indeed, under Philip the Fair, a sounder system had won almost universal authority among learned men :⁴ however, since the kings of France gladly allowed this extension of the Papal power, now that it was always at their service, no resistance found utterance among them.

In the new ecclesiastical usurpations by which the popes of Avignon struggled for the complete realization of their idea of the Papacy, mean selfishness and low avarice, together with open disregard of the wants of the Church, were most odiously conspicuous. There began, in the Papal court at Avignon, a more reckless and voluptuous mode of life ;⁵ while the rich revenues of the popes and

⁴ See Div. 2, § 62, note 27 ; compare above, § 101, note 1. This was chiefly brought out in the disputes between the university of Paris and the mendicant friars ; see below, § 112, note 3.

⁵ Francesco Petrarca († 1374), who lived a long time at the Papal court in Avignon, gives a hideous description of its corruption in his confidential letters to his friends (*Epistolae sine titulo*). In Ep. 8. (*Opp.* ii. 719) he calls Avignon the third Babylon and the fifth Labyrinth : *quam juste autem, qui noscere cupit, huc properet. Non hic carcer horrendus, non tenebrosae domus error, non fatalis urna humani generis fata permiscens, denique non imperiosus Minos, non Minotaurus vorax, non damnatae Veneris monumenta defuerint : sed remedia, sed amor, sed caritas, sed promissorum fides, sed amica consilia, sed fila perplexum iter tacita ope signantia, sed Ariadna, sed Daedalus. Una salutis spes in auro est, auro placatur rex ferus, auro immane monstrum vincitur, auro salutare lorum textitur, auro durum limen ostenditur, auro vectes et saxa franguntur, auro tristic janitor mollitur, auro caelum panditur, quid multa ? auro Christus venditur. Comp. Epist. 14 and 15, especially Epist. 16 : Omne bonum ibi perditur, sed primum omnium libertas, mox ex ordine quies, gaudium, spes, fides, caritas, animae jacturae ingentes. Sed in regno avaritiae nihil damno adscribitur, modo pecunia salva sit. Futurae tibi vitae spes inanis quaedam fabula, et quae de inferis narrantur fabulosa omnia, et resurrectio carnis et mundi finis et Christus ad judicium venturus inter naenias habentur. Veritas ibi dementia est, abstinencia vero rusticitas, pudicitia probrum ingens : denique peccandi licentia magnanimitas et libertas eximia, et quo pollutior eo clarior vita, quo plus scelerum eo plus gloriae, bonum nomen coeno vilius, atque ultima mercium fama est.—Taceo haereditatem Simonis, et illam haeresis speciem, non ultimam, Spiritus sancti dona mercantium. Taceo mali illius avaritiam matrem, quae idolorum servitus ab Apostolo dicta est. Taceo utriusque pestis artifices, et concursantes Pontificum thalamis proxenetas. Taceo crudelitatem humanitatis immemorem, ei sui ipsius oblitam insolentiam, atque illos vanis flatibus tensos utres. Taceo denique illa prodigia,—quorum moesta nimis et severa narratio : ad ridicula simul atque odiosa festino. Quis enim oro non irascatur et rideat illos, senes pueros coma candida, togis amplissimis, adeoque lascivientibus animis, ut nihil illuc falsius videatur, quam quod ait Maro : *Frigidus in Venerem senior ?* Tam calidi, tamque praecipites in Venerem senes sunt, tanta eos aetatis et status et virium cepit oblivio, sic in libidines inardescunt, sic in omne ruunt dedecus, quasi omnis eorum gloria non in cruce Christi sit, sed in comestationibus, et ebrietatibus, et, quae has sequuntur in cubilibus, impudicitis : sic fugientem manu retrahunt inventam, atque hoc unum senectutis ultimae lucrum putant, ea facere, quae juvenes non auderent.—Mitto stupra, raptus, incestus, adulteria, qui jam pontificalis lasciviae ludi sunt : mitto raptarum viros, ne mutire audeant, non tantum*

their curia, drawn from the States of the Church, were partly uncertain, partly withheld. Thus the popes of Avignon were obliged to discover for themselves and their curia fresh resources elsewhere. The want was quickly supplied, but now followed insatiable avarice, and the most intolerable oppressions were set on foot in the Church; the proceeds were sometimes treasured up at Avignon, sometimes misspent on the political aims of the Pope, sometimes squandered.

Among the new Papal usurpations the most disgraceful were the extended *reservations* of ecclesiastical offices, in consequence of which even bishoprics and parishes were now granted *in commendam*, or bestowed upon unfit persons. Clement V. had already reserved to himself several churches, to which indeed, in France, he was obliged to appoint according to the King's pleasure,⁶ granted many benefices *in commendam*,⁷ and drew upon himself the charge

avitis laribus, sed finibus patriis exturbatos, quaeque contumeliarum gravissima est, et violatas conjuges et externo semine gravidas rursus accipere, et post partum reddere ad alternam satietatem abutentium coactos. Quae omnia non unus ego, sed vulgus novit, etsi taceat, quamvis ne id ipsum taceat jam major est indignatio quam metus, etc. Several of Petrarch's eclogues are satires on the Papal court (Ginguené, Hist. Liter. d'Italie, t. 2, Paris, 1811, p. 477). Thus in the sixth, Pamphilus (i. e. St. Peter) sternly rebukes Mition (Clement VI.) for his course of life: in the seventh, Mition converses with the nymph Epy (*Epicurea*, i. e. Avignon); she represents the cardinals one after another in dark colors.—Cf. De Ruina Ecclesiae (with the title De Corrupto Eccl. Statu in the earlier editions, written in 1401, but not, as is commonly believed, by Nic. de Clémangis; see Nic. de Clémanges, Thèse par A. Müntz, Strasbourg et Paris, 1846, p. 66), c. 42, in v. d. Hardt Concil. Constant. I. iii. 45: Ex illo plane suam cladem imminere praenosse debuit (Ecclesia), ex quo propter suas fornicationes odibiles Romuli urbe relicta Avinionem confugit. Ubi quanto liberius, tanto apertius et impudentius vias suae simoniae et prostitutiones exposuit, peregrinosque et perversos mores, calamitatum inductores, in nostram Galliam invexit, rectisque usque ad illa tempora moribus frugalibus disciplina instante, nunc vero luxu prodigioso usque adeo solutam, ut merito ambigere possis, utrum res ipsa audita mirabilior sit, an visa miserabilior.

bitat, quin cognitio de peccato ad personas ecclesiasticas pertineat: cum ergo talia non perpetrentur sine peccato alterius partis, patet quod Ecclesia cognoscere potest. Item cujus est judicare de fine, ejus est judicare de ordinatis ad finem:—cum igitur corpus ordinatur ad animam, et temporalia ad spiritualia tanquam ad finem; Ecclesia, quae habet judicare de spiritualibus, potest etiam merito de temporalibus judicare.—Et confirmatur, quia accessorium sequitur naturam principalis, et hoc satis apparet exemplo: cum igitur istae duae jurisdictiones comparantur duobus luminaribus, soli scilicet, et lunae, et tota claritas lunae sit a sole, et in sole formaliter et virtualiter, et non claritas solis a luna nec in luna; patet quod jurisdictio spiritualis, quae comparatur soli, habet in se formaliter vel virtualiter jurisdictionem temporalem, quae comparatur claritati lunae. Then follow proofs *ex jure civili*, viz. from the supposed laws of Theodosius, which Charlemagne had confirmed (see Div. 1, § 9, note 12), and *ex jure canonico*. Sed forte ad hoc dicitur: *quare hoc sibi vindicat Ecclesia Gallicana, cum aliae Ecclesiae sibi in aliis regionibus hoc minime vindicare noscantur?* Ad quod potest faciliter responderi. Si enim Reges Francia, quos Deus singularibus privilegiis, gratiis et honoribus prae caeteris Regibus insignivit,—Ecclesiae plures libertates concesserunt, vel concessis uti libere permisissent, non est mirum: imo tanta fuit ad Ecclesiam eorum devotio, quod Ecclesiae quanto eis propinquiores, tanto pluribus libertatibus gaudent. Nec ex hoc minus habuerunt, sed plus, sicut rei evidentia manifestat, imo hoc redundat in magnam nobilitatem regni et Regis. On the Friday after Petrus Bertrandus spoke, and then answered, one by one, the Gravamina alleged: these he divided into three parts, quia quidam articuli tangebant jura Ecclesiae perpetua;—secunda pars articulorum continebat abusus et errores, si veri essent, et illos nullo modo volebant defendere, imo providere ne talia fierent, et corrigere si quae talia facta erant. Tertia pars continebat aliqua, quae poterant esse justa, et aliqua injusta: quantum ad justa respondit ut de contentis in prima parte, quantum ad injusta, ut de contentis in secunda. The spirit of these answers may be seen by the following one: Ad XXXIV., qui loquitur de clericis maleficientibus, quos Officiales Praelatorum de facili expediunt pro poenis pecuniariis, dicit, quod hoc esset irrationabile, ubi maleficium esset notorium vel manifestum, et tale vel tantum, propter quod perpetua poena ei deberet imponi, si pro poena pecuniaria tale crimen transiret. Sed nullum est inconveniens, si pro causa justa dicti Officiales poenam corporalem in pecuniariam convertant: quia hoc etiam volunt jura tam canonica quam civilia.

¹⁴ The house of Valois came to the throne with Philip in 1328, although Edward III., king of England, was more nearly related to the deceased monarch, Philip the Fair, and had numerous adherents in France. The bishops now made it understood that if Philip persevered in this persecution of the Church, they would lend their influences to the side of his adversary. Comp. Brunet's Letters on this controversy in the *Traité des Droits et Libertés de l'Egl. Gall.* t. i.

¹⁵ After the close of the inquiry, the prelates entreated the King (l. c. p. 1381), ut pro Dei honore in statu, in quo sui boni praedecessores tenuerunt Ecclesiam, ipse eam teneat et defendat, nec ei faciat aliquam novitatem: et placeat ei proclamationes et inhibitiones factas, scilicet, quod nullus laicus trahat alium laicum coram iudice ecclesiastico, revocare: quia hoc esset omnia Ecclesiarum jura tollere. Et licet in aliquibus locis pro toleranda eorum malitia in talibus proclamationibus seu inhibitionibus verba, quae sequuntur, opponant, videlicet quod laicus non trahat alium laicum coram Ecclesia *super casibus pertinentibus ad iudices saeculares*;—hoc est propter jura Ecclesiae usurpanda, quia multa pertinent ad forum laicorum, quae nihilominus pertinent ad ecclesiasticum. Et sic jus et consuetudo tollerentur, per quae in electione laici est, quod possit alios laicos in foro Ecclesiae convenire. Item quia tales proclamationes seu inhibitiones factae, licet etiam essent bene generales, dant occasionem omnimode jurisdictionem ecclesiasticam perturbandi, unde *reges Franciae semper prohibuerunt tales proclamationes seu inhibitiones fieri, et factas penitus faciebant revocari et ad nihilum reduci*. In the presence of the King, and in his name, Petrus de Cugneriis declared to them, quia intentio domini Regis erat servare jura Ecclesiae et Praelatorum, yet that he sought thereby again to prove, quod

to establish their jurisdiction still more firmly by decrees of councils.¹⁶ On the other hand, a powerful resistance to these proceedings was developed in the Parliament, which was now transforming itself into a standing corporation:¹⁷ this was especially manifest from the time of Charles V. Henceforth ecclesiastical jurisdiction was not only confined to its proper limits,¹⁸ but Parliament

causarum civilium non poterat ad Ecclesiam cognitio pertinere: however, in a second audience the King refused to acknowledge these last expressions, *quod non erant factae de suo mandato, nec aliquid sciebat, nec eas ratas habebat*, and contented himself with the promise of the prelates to remedy the prevailing abuses. The last answer given by Petrus de Cugneriis was, *quod placebat Regi, si Praelati emendarent ea, quae essent emendanda et corrigenda: et quod Dominus Rex expectaret usque ad festum nativitatis Domini proximum venturum, infra quem terminum nihil innovaret. Et si infra dictum terminum Praelati non emendassent emendanda,—dominus Rex apponeret tale remedium, quod esset gratum Deo et populo.* In Flacius (*Cat. Test. Verit.* p. 391) is found the addition cited by Goldast, p. 1383, that the King, after waiting in vain, passed a severe law, *quae ac suos in libertatem asserit*; but this is historically untrue. Petrus Bertrandus, with a view to the further establishment of ecclesiastical claims, wrote afterward the scholastic Tract. de Origine et Usu Jurisdictionum, s. de Spirituali et Temporalis Potestate (in *Bibl. PP. Lugd. XXVI.* 127).

¹⁶ Conc. Bituricense, ann. 1336, c. 12 (*Mansi xxv.* 1062), first describes the injuries of the ecclesiastical jurisdiction: viz. *Nonnulli temporale dominium obtinentes, vel saecularis judicariae potestatis gerentes officium,—aliquotiens palam,—aliquotiens seorsum ad partem, proclamaverunt et inhibuerunt,—ne aliquis subjectorum suorum alter alterum ad forum ecclesiasticum—trahere praesumat,—ne ipsi subditi—super recipiendis contractibus ad—notarios curiae ecclesiasticae recurrerent;—litteras excommunicatorias, —quandoque lacerant,—litteras, et quod detestabilius est, portitores ipsos interdum capiunt, verberant, et compellunt comedere litteras et sigilla;—sacerdotes,—et personas ecclesiasticas, atque ipsorum uxores, parentes et amicos—ceperunt, arrestaverunt;—licet moneantur, nolunt restituere, etc.* All such *turbatores jurisdictionis ecclesiasticae* should fall under excommunication and interdict: *quos omnes—nominatim et expresse—per curatos totius provinciae omnibus diebus dominicis in Missa excommunicatos denunciari sub poena excommunicationis praecipimus alta voce.* Cap. 13: The bishop alone, either in person, or, per ejus Officialem vel Commissarium super hoc specialem, could absolve these excommunicated persons, and then only after they had given complete satisfaction. Comp. Conc. apud Castrum Gonterii, ann. 1336, c. 1 and 2. Conc. Noviomense, ann. 1344, c. 1 and 2 (*Mansi xxvi.* 1), etc. The clergy were forbidden with especial rigor to seek justice before secular courts. Conc. Bituric. ann. 1336, c. 11.

¹⁷ Pasquier, *Recherches de la France*, liv. ii. chap. 3.

¹⁸ A royal edict of 8th March, 1371, to the *Baillif* of Sens (in the *Preuves des Libertez de l'Egl. Gallic.* chap. vii. no. 27), after enumerating the encroachments of the ecclesiastical jurisdiction, decrees: *Quocirca nos jura et libertates jurisdictionis nostrae temporalis—servari volentes illaesa, Vobis, prout per dictam nostram Curiam, habita super his deliberatione diligenti, extitit ordinatum, tenore praesentium committimus et mandamus, quatenus praefatis Archiepiscopis et Episcopis, ac eorum—Officialibus, etc.—ex parte nostra, ac sub magnis poenis a nobis applicandis, injungatis,—ne de casibus et actionibus realibus ac aliis superius declaratis—de caetero amplius cognoscere—praesumant, sed facta et agitata in contrarium—revocent penitus et annullent. Quod si facere noluerint, aut plus debito distulerint, ipsos ad hoc per captionem et detentionem eorum temporalitatis, ac omnibus aliis viis et modis licitis, quibus melius videbitur et poteritis, viriliter et debite compellatis:—et insuper ne usurpationes et surprisae supradictae—illaesae remaneant, vos de et super usurpationibus et surprisiis antedictis, eorumque circumstantiis et dependentibus universis diligenter et secreta informetis, et quos de his*

claimed a certain degree of superintendence over it,¹⁹ and drew to itself the right of decision upon many points which were at that time generally held to be ecclesiastical.²⁰

§ 109.

INTERNAL RELATIONS OF THE DIOCESAN HIERARCHY.

The earlier encroachments of the popes upon episcopal rights were still further increased by the fact that they now assumed the exclusive right of appointment to ecclesiastical offices,¹ and exercised the right of exemption from other jurisdiction in the

per dictam informationem culpabiles reperietis, ipsos ad dies Seneschalliarum vel Baillivarum suarum nostri futuri proximi Parlamenti adiornetis (summon before), etc. The Parliament kept a jealous watch over these decisions from this time. Thus, in the year 1385, it condemned the Bishop of Chalons to a fine for transgressing them (*ibid.* no. 29).

¹⁹ When the Bishop of Mans excommunicated a man with whom he had a suit before the King's courts, *pendente lite*, and then denied him church burial, he was compelled, in 1396, *per arrestum* of Parliament, to have the body removed, and to revoke the excommunication; *Preuves des Lib.* chap. vi. no. 2. Likewise also the Archbishop of Rheims, *ibid.* no. 4.—When the ecclesiastical courts, upon the plea, *quod ipsi feminas aliasque quam suas desponsatas carnaliter cognoverant*, bore hard upon many persons, ipsos ad solvendum emendas propter hoc compellendo, Philip of Valois checked them in 1336 by the command, *ipsum episcopum ad desistendum de praemissis per ipsius temporalitatis captionem compellere*; so also Charles V. in 1388 (*Preuves*, chap. xxxv. no. 10 and 11).

²⁰ Parliament maintained its right to take cognizance, *de omnibus causis ecclesiasticis possessoriiis* (*Preuves*, chap. xxvi. no. 1), and even Martin V. yielded his express consent to this (*ibid.* no. 2)—*Preuves*, chap. xxxv. no. 21: the Archbishop of Bourges decreed at a diocesan synod in 1369: *Quoniam ut intelleximus domini saeculares propter crimina a Clericis commissa bona capiunt Clericorum, ut sic indirecte de crimine Clericos puniant, et eosdem Clericos faciunt compellere, ut eis emendam exsolvant ratione seu occasione criminum commissorum, quod est directe contra ecclesiasticam libertatem, cum illi de crimine criminaliter seu civiliter distringi seu puniri nequeant per iudicem saecularem: igitur praedicta fieri prohibemus, statuentes quod si quis dominus saecularis, vel alius procedendo de caetero, Clericos ratione criminum ab eis commissorum per captionem bonorum mobilium vel immobilium suorum vexaverint, seu ad emendam compellerint, eo ipso sententiam excommunicationis incurrat, et quaelibet civitas statim quod hoc siverit habeat cessare penitus a divinis, donec bona capta vel ad manum saecularem posita libere sint dimissa, et amotum impedimentum quodlibet ab eisdem: et nihilominus illos, qui contra praemissa fecerint, ut excommunicatos habeatis evitare.* The Duke of Berri, on the contrary, immediately came forward as the King's lieutenant, and announced on this point, *quod dictus rev. Pater postmodum sufficienter informatus et certioratus, dictas suas constitutiones et statuta dictae jurisdictioni temporali et dictae Bituricensis patriae usibus et consuetudinibus existere contrarias;—in nostri praesentia sponte revocaverit et totaliter adnullaverit, et insuper nobis promiserit dictam adnullationem et revocationem in sua proxima futura Bituricensi Synodo in personis dictorum Curatorum dictae suae dioecesis fieri, facere publicare, etc.* Accordingly, under the conviction, *dictum reverendum praedictas constitutiones—non dolo, fraude seu malitia aliquialiter edidisse,—he released him from omnem poenam, emendam et offensam.* The King at once approved this proceeding.

¹ See above, § 103, note 6, ff.

highest degree, particularly during the schism.² Thus the weight of the bishops in the Church was small:³ they compensated themselves for this by secular honors and worldly enjoyment.⁴ The oppression which fell upon them from above they knew how to

² De Ruina Eccl. c. 31 (written in 1401, but not by Nicol. de Clemangis; see § 103, note 5). in v. d. Hardt, Conc. Const. I. iii. 31: Et hos ergo Canonicos aliquis vocabit, qui, sic ab omni canone, h. e. ab omni regula abalienati sunt, qui, ut licenter et impune omnia, quae ferret animus, flagitia admittere possint, ab omni se castigatione et disciplina suorum Praelatorum maxima ubique redemptione exemerunt? Fraudant itaque se mutuo, fraudant subditos.—Quas omnes fraudes et rapinas cum fecerint, non est, qui eos puniat. Ad Papam enim, quem solum judicem plerique eorum se habere jactant, quis circumvento pauperi accessus est?—Martini V. bulla, A.D. 1418, by which the exemptions granted during the schism were abolished (ibid. iv. 1535): a tempore obitus felicitis recordationis Gregorii P. XI., praedecessoris nostri, nonnulli Romani Pontifices, et pro Romanis Pontificibus se gerentes—nonnullas *Eccllesias, monasteria, capitula, conventus, prioratus, beneficia, loca et personas*—de novo a dictorum Ordinariorum jurisdictionibus exemerunt, in grave ipsorum Ordinariorum praejudicium.

³ Jo. Gerson, de Modis Niendi ac Reform. Ecclesiam in Concil. univers., written in 1410 (in v. d. Hardt, Conc. Const. I. v. 90. Gersonii Opp. ii. 174): Quam quidem coactivam potestatem multi summi Pontifices per successiones temporum et contra Deum et justitiam sibi applicarunt, privando inferiores Episcopos potestatibus et auctoritatibus eis a Deo et Ecclesia concessis: qui in primitiva Ecclesia aequalis potestatis cum Papa erant, quando non fuerunt papales beneficiorum reservationes, non casuum episcopalium inhibitiones, non indulgentiarum venditiones, non Cardinalium commendae, et distinctiones beneficiorum, prioratum et monasteriorum. Tandem per tempora successive crescente Clericorum avaritia et Papae simonia, cupiditate et ambitione, potestas et auctoritas Episcoporum et Praelatorum inferiorum quasi videtur exhausta et totaliter diruta; ita ut jam in Ecclesia non videantur esse nisi *simulacra depicta*, et quasi frustra: jam enim Papa Romanus reservavit omnia beneficia ecclesiastica, jam advocavit omnes causas ad Curiam suam, jam voluit Poenitentiarium habere ibidem, jam legitimaciones Clericorum, jam ordinationes sacras quorumcumque sine differentia vult fieri in ejus Curia: et illi, qui in terra propria non possint ordinari, in eadem Curia ordinantur de facili.

⁴ De Ruina Ecclesiae, c. 25: multi ex eis, qui pastorali apice potiuntur, perque anosa tempora potiti sunt, nunquam civitates suas intraverunt, suas Ecclesias viderunt, sua loca vel dioeceses visitaverunt, nunquam pecorum suorum vultus agnoverunt, vocem audierunt, vulnera senserunt, nisi ea forte vulnera, quae ipsi suis uberibus spoliis per alienos mercenarios eis intulerunt. Alienos dixi, quia et ipsimet mercenarii sunt, qui non gregis sui custodiam, salutem, profectum quaerunt, sed solum temporalis mercedis retributionem.—Cap. 26: At enim, dicit forsitan aliquis, jure eis ignoscendum est, si raro suas dioeceses adeant,—quoniam pro consilio a Principibus accersiti magna regni negotia tractant.—Cap. 28: Sed quid eorum tanto tempore a suis sedibus absentiam accusamus? cum per suam, si illic adessent, praesentiam verisimilium obesse, quam prodesse possent. Quidnam enim ore illi prosunt, qui toto elabente anno suam bis aut ter intrant Ecclesiam, qui totos in aucupio et venatu, in ludis et palaestra dies agunt, qui in conviviis accuratissimis, in plausibus et choreis, cum puellis etiam, effeminati insomnes transigunt noctes, qui suo turpi exemplo gregem per devia quaeque abductum in praecipitium trahunt, qui imberbes adhuc adolescentuli, vix tum ferulam egressi, ad pastorale convolant magisterium, et tantundem de illo, quantum de nautico sciunt officio? Difficile itaque satis est statuere, qui eorum magis incommodent suo gregi: hi, qui deserto eo lupisque exposito cum scurris et parasitis in aula versantur, an hi potius, qui coram positi, eum per rapinam vexant, per incuriam negligunt, per errorem ductum praecipitant. Comp. André, Hist. Politique de la Monarchie Pontificale au xiv. siècle, p. 246. The German bishops, from their peculiar circumstances, were constantly

transfer to those below, and thus the lower orders of the clergy groaned beneath intolerable burdens.⁵

§ 110.

MORAL CONDITION OF THE CLERGY.

The moral condition of the clergy could not fail to degenerate still more in this period, in consequence of the manner in which ecclesiastical offices were generally bestowed, the example which the Papal court gave,¹ and the method in which the ecclesiastical jurisdiction was administered.² In the chapters, where the stalls were for the most part benefices reserved for the nobles,³ as well

involved in feuds, i. e. in disputes with their freedom-loving capitals; see Schmidt's *Gesch. d. Deutschen*, iv. 600.

⁵ Nicolaus Oresmius (or Orem, a theologian of Paris, dean at Rouen), in a sermon preached in 1363, coram Papa Urbano et Cardinalibus (ed. Flacius Cat. Test. Verit. no. cccvi. Brown, Appendix ad Fasc. Rerum Expetend. et Fugiendarum, p. 489): Non puto, posse in historiis reperiri, quod unquam fuerit aliqua gentium politia bene instituta, in qua esset tanta doctrina, quam nunc sit in politia sacerdotum, *ut ii quidem essent majores quam Principes saeculi, caeteri dejectiores vulgo.*—In corpore—idem videmus: si nutrimentum fluat ad unum membrum, ita ut enormiter ingrossetur, et alia nimium macerentur, non potest diu vivere: sic in corpore reipublicae ecclesiasticae, si superiores augmentatione substantiae ita graves in statu sunt, quod vix possunt ab inferioribus sustineri, hoc est signum et causa propinquae ruinae, etc.

¹ See above, § 103, note 5.

² Comp. Div. 2, § 63, note 21. Fresh abuses were now introduced: De Ruina Eccl. c. 20 (v. d. Hardt, Conc. Const. I. iii. 24): Corradendis omni ex parte pecuniis nostris Praelati summopere invigilant.—Si quis apud eos Clericus pro furto, pro homicidio, pro raptu, aut sacrilegio, aut alio quovis enormi crimine in carcerem conjectus sit, tristisque panis et aquae edulio adjectus: tam diu poenae subjaceat, et tanquam reus sua commissa luet, donec pro modo sui census aut suorum quaesitam a se pecuniam persolverit. Ubi vero id egerit, liber et velut innocens abire sinetur. Omnis noxa, omnis error, omnia maleficia, etiamsi capitalia sint, per pecuniam laxantur ac delentur. Comp. the Gravamina, § 108, note 12, no. xxxiv., and the answer of Petrus Bertrandus, *ibid.* note 13.

³ De Ruina Eccl. c. 29: Quid de Capitulis et Canonicis longum trahere sermonem necesse est, cum uno statim verbo dicere liceat, similes Episcoporum pro suo modo Canonicos esse, indoctos, simoniacos, cupidos, ambitiosos, aemulos, obtrectatores, suae vitae negligentes, alienae curiosos scrutatores ac reprehensores, adhuc autem ebriosos, incontinentissimos, utpote qui passim et inverecunde prolem ex meretrice susceptam et scorta vice conjugum domi tenent; vaniloquos, praeterea garrulos, tempus in fabulis et nugis terentes, quia nihil utile noverunt aut serium, in quo occupentur. Et propterea in re sua, seu per fas seu nefas agenda, in cura ventris et gulae, in carnis voluptatibus hauriendis suae vitae felicitatem, ut porci Epicurei, constituunt. Cap. 30: Quam vero pacem inter se habeant, aut quam fraternitatem, declarant sectae et seditiones, omnibus modo in Ecclesiis per infernales furias excitatae, ut jam illa infernalis hydra schismatica—omnia fere collegia suo vipereo semine infecerit. On the abuses which had crept into the chapters, see Conc. Const. reformatorii Decretales, lib. iii. tit. iii. c. 1 (v. d. Hardt, Conc. Const. I. xii. 695): In Ecclesiis quibusdam, praesertim cathedralibus, et etiam quibusdam regularibus de Ordine s. Benedicti, pessime servatur et inolevit consuetudo, vel potius corruptela, sic quod in eis non admittuntur nisi de nobilibus aut mi-

as among the parochial clergy, there prevailed a depth of ignorance and an immorality which awakened indignation.⁴ The con-

litarium genere procreati (see Div. 2, § 64, note 2. The cathedral chapter of Basle came to the same decision in 1337 with the consent of its bishop; the records are in Ochs's *Gesch. v. Basel II. i. 49*), qui velut ex militia geniti moribus laicalibus et militaribus imbuti literarum studia non frequentant neque curant, et sic ignari remanent et idiotae: ex quibus tunc communiter per electionem talem qualem ad Ecclesias cathedrales hujusmodi militiae dediti in Praelatos promoventur, interdum vix latinum fari scientes, et actus militares tam in vestibus, quam in bellorum conflictibus, et armorum insultibus, quia exercitati sunt in illis, magis praetendentes, quam quod actibus pontificalibus—se ingerent. Cap. 2: damnabilis usus in quibusdam—Ecclesiis inolevit, quod videlicet, quoad tractatus capitulares secretos et alios, admittuntur interdum Canonici parvi, ex maturitate annorum inhabiles. Cap. 3: In quibusdam Ecclesiis statutum reperitur, ut, licet numerus Canonice praebendorum sit satis magnus, ipsorum tamen Capitularium ad satis parvum numerum sit restrictus, in finem, ut creditor, quod dicti pauci Capitulares ex capitularibus proventibus uberius valeant impinguari. How great was the ignorance prevailing among them is shown by the example of the chapter of Zurich, in a document of 1335, in which when they announced to the Bishop of Constance the selection of a people's priest, they were obliged to do it by the *notary*, quia singuli de Capitulo scribere nescimus; see *Beitrage zur Gesch. d. deutschen Sprache u. Nationalliteratur*, London (in Switzerland), 1778, Th. 1, s. 178.

⁴ Comp. Ruysbroek, prior of Grünthal († 1381), in Engelhardt's *Richard v. St. Victor u. Joh. Ruysbroek*, s. 326. German sermons of the 13th and 14th century, published by Leyser, *Einleit.* s. xxviii. De Ruina Eccl. c. 7: Summi Pontifices, ut aurei rivuli—suam uberius curiam irrigarent, omnibus dioecesanis et patronis praesentandi facultatem conferendique libertatem—ademerunt.—Quantus vero, Deus optime, exspectantium numerus ex illo tempore, et qualium undique affluxit, atque ibi praesto fuit! Non tantum a studiis aut schola, sed ab aratro etiam et servilibus artibus ad parochias regendas caeteraque beneficia passim proficiscebantur, qui paulo plus latinae linguae quam arabicae intelligerent, imo qui et nihil legere, et quod referre pudor, alpha vix nossent a betha discernere. Ac morum in illis compositio hanc forte ignorantiam excusabat? Imo si parum docti, negligentius—morati: utpote qui absque literis in otio educati, nihil nisi impudicitias, ludos, comessationes, jurgia, vaniloquia consecerent. Inde omnibus in locis tot sacerdotes improbi et miseri atque ignari, qui ruinae et scandalo sua turpi conversatione subditis sunt. Cap. 24: De literis vero et doctrina quid loqui attinet? Cum omnes fere Presbyteros, sine aliquo captu aut rerum aut vocabulorum, morose syllabatimque vix legere videamus. Quem ergo fructum, quam exauditionem ex suis orationibus sive sibi, sive et aliis impetrabunt, quibus barbarum est, quod orant? Quomodo per suas preces Dominum alienis propitiabunt, quem sibi ipsi sua ignorantia et suae foeditate vitae per suum ministerium infensum faciunt? Si quis hodie desidiosus est, si quis a labore abhorrens, si quis in otio luxuriari volens, ad sacerdotium convolat. Qui simul ac perventum est, fornices et cauponulas seduli frequentant, potando, comessando, pransitando, coenitando, tesseris et pila ludendo, tempora tota consumunt. Crapulati vero et inebriati pugnant, clamant, tumultuantur, nomen Dei et Sanctorum suorum pollutissimis labiis execrantur. Sicque tandem compositi ex meretricum suarum complexibus ad divinum altare veniunt. How sorely the clergy were wanting in proper education, and the people in religious instruction, may be seen in Nic. de Clemangis, *De Studio Theologico in d'Achery Spicileg. i. 473*, where, among other complaints, is the following, p. 478: *Conterunt infiniti ovium rectores totam in studiis (Universities) aetatem.—Nec tam procul dubio discere cupiunt, quam sub titulo et umbra studii multiplicandis ecclesiasticis beneficiis atque promotionibus sine ulla unquam satietate inhiare.* As to the frightful moral degradation of the clergy, the writings of Wycliffe, Nicol. de Clemangis, Matthaens de Cracovia, Jo. Huss, Jo. Gerson, Theod. a Niem, may be consulted, and the sermons preached at the Council of Constance by several preachers, which are pub-

tinued struggle of the synods against the dissoluteness of priests remained quite fruitless.⁵ The laity were only too glad to secure their wives and daughters from the sacerdotal seducers, and accordingly favored, at times even demanded, fixed alliances of their priests with concubines.⁶ Thus, in many countries, concubinage was publicly allowed among the priests, who were supposed to be too sacred for a matrimonial connection.⁷ The fines with which

lished in v. d. Hardt, Conc. Const., in the *Historia Literaria Reformationis*, P. iii. by the same author, and in *Walchii Monumenta Medii Aevi*, fasc. ii. iii. iv. E. g. Bernardi Baptisati (a Benedictine monk from Gascony) *Invectiva in corruptum Clerum* (v. d. Hardt, Conc. Const. I. xviii. 880): *In Praelatis inclusa est malitia et iniquitas, negligentia, ignorantia et vanitas, superbia, avaritia et pompositas: et qui solebant esse ovium pastores, jam effecti sunt lupi, ovium comestores.*—*Et habeatis pro firmo, quod revelatum est hic cuidam in generali concilio, quod, nisi de caetero tollatur, et extirpetur simonia ab Ecclesia Dei, rapacitas et tyrannia, in brevi erit tanta persecutio Clericorum, et tam terribilis, qualis non fuit ab initio.*—*Quare hoc? Quia jam supradicti viri ecclesiastici continuo palam et publice concipiunt lasciviam, pariunt ignominiam, nutriunt avaritiam, colligunt superbiam, divisiones et guerras ipsi generant, in cautelis et deceptionibus ambulant,*—*in tantum quod jam totus fere Clerus diabolo est subjectus.*—*Jo. Gerson, De Simonia, cap. 4 (ibid. i. iv. 10): Sicut et alia vitia regnare videmus passim apud homines, et multo plus apud Clericos.*—*Recessit enim a Clero omnis lex, omnis veritas, omnis verecundia, ita ut haec, audeant, quae etiam latrones et similes horrent, and so on.*

⁵ *Comp. the Einführung der erzwungenen Ehelosigkeit bei den christl. Geistlichen u. ihre Folgen, von Dr. J. A. Theiner u. A. Theiner (Altenburg, 1828, 2 Bde. 8.), II. ii. 591.* Here belongs also the *Sermo Mag. Gerardi Magni* († 1384), de *Focariis*, first published by Th. A. Clarisse in *Archief voor kerkelijke Geschiedenis, inzonderheid van Nederland, verzameld door Kist en Roijards*, i. 364; ii. 300; viii. 1. Moreover, the *Satires of Juan Ruitz*, archpriest of Hita in Spain, in the middle of the 14th century; see *M'Crie's Reformation in Spain* (German translation by Plieninger), s. 63.

⁶ *Conc. Palentinum, ann. 1322, c. 7 (Mansi xxv. 703): Quia nonnulli laicorum Clericos compellunt, in sacris praecipue Ordinibus constitutos, ut aliquas mulieres concubinas recipiant, et cum eis in contubernio publice vivant contra decorem ordinis clericalis:—nos—excommunicationis sententiae ipso facto decernimus subjacere quemlibet,—necon universitatem seu communitatem quamlibet sententiae interdicti, quae personam quamvis ecclesiasticam duxerit compellendam ad recipiendam in concubina mulierem quaecumque.* *Nicol. de Clemangis, De Praesulibus Simoniacis, in Opp. ed. J. M. Lydius. Lugd. Bat. 1613, 4. p. 165: Taceo de fornicationibus et adulteriis, a quibus qui alieni sunt, probro caeteris ac ludibrio esse solent, spadonesque aut sodomitae appellantur. Denique laici usque adeo persuasum habent, nullos caelibes esse, ut in plerisque parochiis non aliter velint Presbyterum tolerare, nisi concubinam habeat, quo vel sic suis sit consultum uxoribus, quae ne sic quidem usquequaque sunt extra periculum.* Thus *Aeneae Sylvii* (about 1440) *Europa s. Cosmographiae*, lib. ii. c. 35 (in *Freheri Scriptt. Germ. T. ii.*), of the *Frieslanders: Phrisones sacerdotes, ne aliena cubilia polluant, sine conjugē non facile admittunt. Vix enim continere hominem posse, et super naturam arbitrantur.*

⁷ *Alvarus Pelagius, De Planctu Ecclesiae, lib. ii. c. 27: Utinam nunquam continentiam promisissent, maxime Hispani et Regnicolae, in quibus provinciis in paucis majori numero sunt filii laicorum, quam Clericorum.*—*Saepe cum parochianis mulieribus, quas ad confessionem admittunt, scelestissime fornicant.*—*Multi Presbyteri et alii constituti in sacris, maxime in Hispania, in Austria (Asturia?) et Galicia et alibi, et publice, et aliquoties per publicum instrumentum promittunt et jurant quibusdam, maxime no-*

these excesses were visited by many synods⁸ were quickly changed into a fixed tax, welcome to the avarice of the bishops.⁹ Never-

bilibus mulieribus, nunquam eas dimittere; et dant eis arras de bonis Ecclesiae, et possessiones Ecclesiae: publice eas ducunt cum consanguineis et amicis et solenni convivio, ac si essent uxores legitimae.—Theodor. a Niem, Nemoris Unionis Tract. vi. c. 35: In eisdem etiam partibus Hiberniae et Norwegiae juxta consuetudines patriae licet Episcopis et Presbyteris tenere publice concubinas, et eisdem visitantibus bis in anno subditos sibi Presbyteros, ac Ecclesiasticorum Parochialiumque Rectores, suam dilectam ducere secum ad domos et hospitia eorundem subditorum Presbyterorum.—Et si forte aliquis ipsorum visitorum casu vel fortuna non habeat focariam, ut praevaricator paternarum traditionum, Episcopo visitanti proinde procuraciones duplices ministrabit. Ac etiam presbyterorum amasiae seu uxores in eisdem partibus, statu et gradu, in Ecclesiis ac in mensis, cundo, sedendo et stando caeteris dominabus, etiam militaribus, praeponuntur. Et paene idem modus, scilicet quoad luxuriam, circa presbyteros Gasconiae, Hispaniae ac Portugaliae, necnon contiguarum regionum versus Africam in omnibus observatur. Unde quodammodo plures naturales ex foedo complexu nati, quam filii legitimi in omnibus illis partibus in ecclesiasticis titulis concedendis praeferuntur, et plures legitimis apertissime promoventur. The synods accordingly confined themselves almost entirely to decrees against the *concupinari publici*; comp. Theiner in the work quoted above. The Clerici conjugati, who are frequently mentioned in this period (e. g. § 108, note 12, 16), are Clerici minorum ordinum, who, if they were married, could hold no benefice (see Div. 2, § 65, note 3), but still, on condition of wearing ecclesiastical clothing and the tonsure, continually enjoyed the privilegia clericalia; see Thomassini Vetus et Nova Ecclesiae Discipl. P. i. lib. ii. c. 66.

⁸ Div. 2, § 65, note 6. Conc. Poseniense (in Presburg), ann. 1300, c. 5: The concubinari publici were to pay, quartam partem reddituum beneficiorum suorum, as a fine: confidimus enim, quod spirituali poena, excommunicationis videlicet, quae quamvis sine comparatione periculosior, minus tamen peccatis exigentibus formidatur, in temporalem mutata vindictam, subditorum mutabuntur et mores. Fines of this nature were especially exacted by the Italian councils. Thus by the Conc. Pergam. ann. 1311, rubr. 6, 10 librae Papienses were required from a prelate, 5 from other ecclesiastics. Ravenn. ann. 1317, rubr. 4. Benevent. ann. 1331, c. 55. Constit. Eccl. Ferrar. ann. 1332, c. 31 (24 librae), etc.

⁹ Conc. Moguntin. ann. 1310 (Mansi xxv. 313): Cohabitationis vitium—quorundam negligentia Praelatorum, immo quod detestabilius est, aliquorum malitia, qui quaestum aestimant pietatem, sentitur iterum pullulare.—Si qui—ob quaestum turpem hujusmodi ad se delatum in subditis suis favere vel dissimulare praesumpserint (the archdeacons and deans are meant), illi per suos Praelatos ab honoribus dejiciantur. But the taxes afterward established rose from the fines, as had happened before in the case of many penalties inflicted by the synods (Div. 2, § 85, note 3). Thus the Lower House in England petitioned the King in 1372 (Rotuli Parliamentorum tempore Edwardi III. p. 313): de remedie de ce que les Prelatz et Ordinares de seint Eglise pristrent sommes pecuniers de gentz de seint Eglise, et autres, pur redemption de leur peccie de jour en jour, et an en an, de se que ils tiendrent overtement leurs concubines. De Ruina Eccl. c. 22 (in v. d. Hardt, Conc. Const. I. iii. 23): Jam illud, obsecro, quale est, quod plebisque in dioecesibus rectores parochiarum ex certo et conducto cum suis Praelatis pretio passim et publice concubinas tenent?—Theobaldi Publ. Conquestio in Conc. Const. (l. c. i. xix. 909): Ipsi (sacerdotes)—non solum tabernas, sed etiam lupanaria intrare, puellas maritatas atque moniales corrumpere, concubinas in domibus publice tenere, et cum eis procreare, atque alias superinducere, statimque post celebrare non adhorrent. Episcopi autem quoniam eodem vitio laborant, talia corripere non praesumunt. Imo aliquid annuatim ab eis recipiunt, et omnes in tali miseria stare permittunt. Under these circumstances, want of chastity in priests passed for a small offense. Accordingly Gerson De Visitatione Praelatorum (Opp. ed du Pin. ii. 564): denunciatur recipientibus sacros

theless, every attempt of the secular power to check these scandals was resisted by the Church as an invasion of her rights.¹⁰

THIRD CHAPTER.

HISTORY OF MONASTICISM.

§ 111.

STATE OF THE EARLIER ENDOWED ORDERS.

The same causes which produced the deep defection of the secular clergy furthered also an universal licentiousness among the endowed orders,¹ where the fondness for good living and independ-

Ordines, quod faciunt votum castitatis solemne, ne putent se liberos ad fornicandum, sicut fatui quidam putant.

¹⁰ The Emperor Charles IV., notwithstanding his deep reverence for the clergy, found himself driven to such attempts. But comp. Innocentii P. IV. ep. ad Carolum (in Raynald. ann. 1359, no. 11): *Habet fide digna insinuatō facta nobis, quod tua Serenitas, attendens quosdam Clericos et ecclesiasticas personas—effrenata quadam vivendi licentia contra ecclesiasticæ religionis decentiam, et clericalis habitus honestatem sæcularibus sese actibus immiscentes, ad cōcercendos illorum errores et transgressiones temerarias refrenandas imperialis sollicitudinis operam adhibere fervore devotionis intendit, jamque super his nonnullis Praelatis—certas literas destinavit, comminationes sequestrationis ecclesiasticorum proventuum faciendæ per sæculares Principes continentes, ne Clerici ipsi, qui tanquam Dei ministri esse debent caeteris modestiæ et gravitatis exemplar, in suam et aliorum perniciem incorrecti ulterius per vitiorum lubricum gradientur. Siquidem, carissime fili, zelum tuum, quem habes ad domum Domini multipliciter, commendamus, etc.—verum cum tu defensor egregius et zelator præcipuus ecclesiasticæ libertatis existas, decet excellentiam tuam accurata diligentia providere, ne per id, quod ortum ex puritate devotionis accepit, debitos transeundo terminos, nostro et apostolicæ sedis honori, ac præfatae libertati ecclesiasticæ—possit in aliquo derogari. Ideoque magnitudinem tuam rogamus et hortamur attente, quatenus ab hujusmodi comminationibus sequestrationis ecclesiasticorum proventuum faciendæ, quod absit, per sæculares Principes, de caetero abstinens, et si quid per comminationes ipsas attentatum forsitan extiterit, quod non credimus, cum id proculdubio foret illicitum,—in statum pristinum reformare procurans, Praelatos—debita caritate sollicites et inducas, ut contra eosdem transgressores sui officii debitum exequantur, etc.* The free towns could venture further on this ground. Comp. Conr. Justinger's († 1426) *Berner Chronik*, published by Stierlin and Wyss, Bern, 1819, s. 254. *Da man zalt von Gottes Geburt, 1405 Jare, warent viel Pfaffendirnen im Lande. Nu hättent die von Bern gern gesechen, dass sie die Dirnen von ihnen gelassen hättent. Da meintent die Pfaffen, die Leigen hattent sie nit ze strafen, noch ze wisen. Da gebuttent aber die von Bern allen Pfaffendirnen, dass sie von ihnen kehrtent, bi einer Pene. Also giengent sie von ihnen etwas Zites. Zehend kehrtent sie wiederumb. Die hiess man alle fachen, und wurdent in die Kefen geleit.*

¹ For instance, discipline was hindered by the grants *in commendam*; Gerson, *De Modis Uniendi ac Reform. Ecclesiam in Conc.* (Opp. ed. du Pin, ii. 174): *Jam monasteria Ordinum quorumcunque—dantur in commendas dictis Cardinalibus, qui vix habent in quolibet decimam partem monachorum ibidem olim existentium, aut paucos aut nul-*

ence was already of old standing. Thus, we now find in them few traces of learned pursuits;² but, on the contrary, a great increase of debauchery,³ which overpassed all bounds, especially during the schism,⁴ and to which the nunneries abandoned themselves in the most scandalous manner.⁵

los omnino. Unde videbis, aliquos nepotes aut consanguineos laicos Cardinalium in ipsa Romana Curia otiose vacare, et nisi luxuriis et deliciis inhaerere:—et pauperes religiosi, de quorum fructibus talis pompa fit,—grandi semper rerum penuria laborant.

² These orders did not contribute one man of distinction to the sciences of the time, scholastic theology and philosophy. How it fared with the monastic libraries may be gathered from the fate of one of the most famous, that of Monte Cassino. See Benvenuti Imolensis Comm. in Dantis Paradisum, cant. xxii. v. 74 (written in 1386, in Muratori Antiquitt. Ital. Medii Aevi, i. 1296): Venerabilis praeceptor meus Boccacius de Certaldo (the famous romancer, † 1375) dicebat, quod dum esset in Apulia,—accessit ad nobile monasterium Montis Casini.—Et avidus videndi librariam, quam audiverat ibi esse nobilissimam, petivit ab uno monacho humiliter,—quod deberet ex gratia sibi aperire bibliothecam. At ille rigide respondit, ostendens sibi altam scalam: *ascende, quia aperta est.* Ille, laetus ascendens, invenit locum tanti thesauri sine ostio vel clavi: ingressusque vidit herbam natam per fenestras, et libros omnes cum bancis coepertos pulvere alto. Et mirabundus coepit aperire et volvere nunc istum librum, nunc illum, invenitque ibi multa et varia volumina antiquorum et peregrinorum librorum. Ex quorum aliquibus erant detracti aliqui quinterni, ex aliis recisi margines chartarum, et sic multipliciter deformati. Tandem miseratus, labores et studia tot inclytorum ingeniorum devenisse ad manus perditissimorum hominum, dolens et illacrymans recessit. Et occurrens in claustrum petivit a monacho obvio, quare libri illi pretiosissimi essent ita turpiter detruncati. Qui respondit, quod aliqui monachi volentes lucrari duos vel quinque solidos, radebant unum quaternum, et faciebant psalteriolos, quos vendebant pueris, et ita de marginibus faciebant brevia (magic charms against sickness and such like), quae vendebant mulieribus. Nunc ergo, o vir studiose, frange tibi caput pro faciendo libros.

³ Clement V., at the Council of Vienne, prescribed several reforms to the *nigri monachi* (Clementin. lib. iii. tit. 10, c. 1), and forbade, especially, many sorts of objectionable dress and hunting. Benedict XII. commanded a still more extensive reform of the Cistercians by the bull *Fulgens sicut stella* in 1335, for the Benedictines by the bull *Summi magistri* in 1336, and for the other orders by *Dudum pro bono* in 1340. (These bulls are in the Bullaria.) But Clement VI. (Tertia vita in Baluz, i. 285) constitutionis per—Benedictum P. XII.—editae super reformatione monachorum nigrorum rigorem attendens, illam oleo suae clementiae misericordis adspargens modificavit in multis, et eam discretionis lima reformans, ad jugi dominici suavitatem et levitatem omnes cum aequitate reduxit.

⁴ De Ruina Eccl. c. 32 (in v. d. Hardt, Conc. Const. I. iii. 33): De monachis autem et monasteriis late patet ad loquendum materia.—Quid autem commendabile de ipsis dicere possumus, qui—quanto magis inter caeteros Ecclesiae filios ex votis suae religionis perfecti esse debebant:—tanto ab his omnibus rebus licet eos videre magis alienos, magis videlicet tenaces, magis avaros, magis saeculari rei—immixtos, magis insuper lubricos, indisciplinatos, dissolutos, inquietos, magis per loca publica et inhonesta (si modo freno laxantur) discursantes: ita ut nihil illis aequae odiosum sit, quemadmodum cella et claustrum, lectio et oratio, regula et religio. Quocirca monachi quidem sunt exteriori habitu, sed vita, sed operibus, sed internae conscientiae spurcitia a perfectione, quam habitus ille demonstrat, longissime disjuncti. Fallit autem illos nimium sua opinio. Nam quanto sua professione rejecta terrenis magis adipiscendis inhiant, tanto pauciora habent, tantoque dotes et reditus ipsorum magis semper in nihilum fluunt. Ecce omnium coenobiorum uberrimos olim fructus ita hodie attenuatos cernimus, ut unde centum homines vivere solebant, vix decem nunc aegerrime vivant. Cuno, abbot

§ 112.

AGENCY OF THE MENDICANT ORDERS.

The mendicant friars, on the other hand, preserved more of that outward decency which was necessary for the maintenance of

of St. Gall, about 1400, kept openly "ein Husfrowen;" so also did the monks (Reimchronik des Appenzellerkrieges, published by J. v. Arx, St. Gall, 1830, s. 4). The monks of the monastery of Abdinghof in Paderborn had divided the property of their house among themselves, led a dissolute life, and in 1409 resisted their bishop, who wished to reform them. (Annal. Paderborn, ii. 353.)

⁵ Alvarus Pelagius (de Planctu Eccl. (see § 99, note 18) lib. ii. c. 45) brings, as the 101st charge against the women: *aliquae supponunt se daemones transfigurato incubo, sicut in quodam coenobio sanctimonialium eam daemonicam vexationem post multas poenitentias et consimilia et praedicationes non usquequaque de eis potui extirpare: tantam enim familiaritatem cum quibusdam ex eis isti daemones contraxerant, quod ad eorum adspectum non terrebantur, sed absque pavore cum eis loquebantur et contractabantur, sicut ex earum judiciali confessione habui.* Compare the representation of nunneries in Rulman Merswin's Buch, Von d. Neum Felsen (H. Suso's Leben u. Schriften v. Diepenbrock, s. 519). De Ruina Eccl. c. 36: De monialibus autem plura dicere, etsi plura, quae dici possent, suppetebant, verecundia prohibet; ne non de coetu virginum Deo dicatarum, sed magis de lupanaribus, de dolis et procacia meretricum, de stupris et incestuosis operibus pudendum sermonem prolixè trahamus. Nam quid, obsecro, aliud sunt hoc tempore puellarum monasteria, nisi quaedam, non dico Dei sanctuarium, sed Veneris execranda prostibula, sed lascivorum et impudicorum juvenum ad libidines exponere. Thus also Jo. Gerson, Declaratio Defectuum Virorum Ecclesiasticorum (Opp. ed. du Pin, ii. 317), demands: inquire, si quae hodie claustra monialium facta sunt quasi prostibula meretricum. Comp. Gregory XII.'s letter A.D. 1408 to an abbot of Friesland on the condition of the Benedictine nunneries there (in Theod. de Niem, Nemus Unionis Tract. vi. c. 34): nuper ad nostrum pervenit auditum, quod in partibus Frisiae XXII. monasteria Ordinis s. Benedicti, Bremensis, Monasteriensis et Trajectensis dioeceseos consistunt, in quibus olim—tantummodo moniales dicti ordinis degebant, sed successu temporis contigit, quod in eisdem etiam mares ejusdem professionis in magno numero qualitercunque cum monialibus—degerent, prout degunt ad praesens.—In quibus [monasteriis] paene omnis religio et observantia dicti Ordinis, ac Dei timor abscessit, libido et corruptio carnis inter ipsos mares et moniales, necnon alia multa mala, excessus et vitia, quae pudor esse effari, per singula succreverunt.—Fornicantur etiam quam plures hujusmodi monialium cum eisdem suis Praelatis, monachis et conversis, et in iisdem monasteriis plures parturiunt filios et filias.—Filios autem in monachos, et filias taliter conceptas quandoque in moniales dictorum monasteriorum recipi faciunt et procurant: et quod miserandum est, nonnullae ex hujusmodi monialibus maternae pietatis oblitae, ac mala malis accumulando, aliquos foetus eorum mortificant, et infantes in lucem editos trucidant.—Insuper quasi singulae moniales hujusmodi singulis monachis et conversis—ad instar ancillarum seu uxorum—sternunt lectos, lavant etiam eis capita et pannos,—necnon decoquunt ipsis cibaria delicata, ac die noctuque cum ipsis monachis et conversis in comessionibus et ebrietatibus creberrime conversantur, etc. Theobaldi Sermo in Conc. Const. (in v. d. Hardt, Conc. Const. I. xix. 909: Loca sanctimonialium—quasi publica loca, plus quam theatra ad omnes vanitates, etiam a magnis, non sine maximo scandalo frequentantur. Et si qui forte alti status propter verecundiam temporalem intrare non audeant, sua munuscula, fercula et literas eis mittunt, easque cum maximo scandalo ad se invitant. Quae autem ex his sequuntur, turpe est dicere, sed multo turpius est facere.

their multifarious agency than the wealthier orders. The sciences which commanded the greatest respect at that time, scholastic philosophy and theology, were nowhere more zealously cultivated than among the mendicants.¹ Accordingly, they continued to enlarge their sphere of operation, both in the universities² and among the common people, at the expense of the secular clergy, who were held by them in contempt. The stout resistance of the University

¹ De Ruina Eccl. c. 33 (v. d. Hardt, Conc. Const. I. iii. 33): Venio nunc ad Mendicantes, qui ex professione arctissimae paupertatis veros se Christi discipulos verosque imitatores esse jactant atque gloriantur:—qui eruditi praeterea in divinis literis, quibus paene soli hodie insudant, pabulum verbi Dei, quo populi reficiantur, assidua praedicatione ministrant, viam eis salutis aeternae, quam nemo alius docet, aperiunt,—denique soli ipsi, ut asserunt, caeterorum omnium Ecclesiae ministrorum segniter dormitantium officia peragunt, ministeria exercent, eorum delicta, ignorantias et negligentias supplent. Cap. 34: Sed libet ab eis quaerere: si hunc gradum supremam perfectionis—attigerunt, quid est, quod suis eam verbis ita magnificent, quod insolenter adeo inde se jactant, quod universis propterea inani gloriatione se praeferunt, imo quod alios omnes sui status comparatione ab omni perfectione evacuant? Decebat enim, ut alieno ore, et non proprio suo, illa aetherea et angelica in terris perfectio laudaretur, si modo solidam laudem, non vanam, suspectam et odiosam cupiebant.—Cap. 35: Videtur autem haec parabola (of the Pharisee and publican) contra hos quaeuarios verbi Dei adulatorem congruentissime inducta. Quia sicut Synagoga suos Phariseos habuit, adversus quos in Evangelio acerrime Christus semper invehit, ita nimirum hi novi et subintroducti Apostoli Ecclesiae Pharisei censendi sunt, quibus omnia a Christo de Phariseis dicta, et forte alia plurima, nescio an deteriora, conveniunt.—With reference to the words of Christ, Attendite a falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ovium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces, he asks: Annon lupi rapaces sunt, ovicularum vellere amicti, qui vitae austeritatem, castitatem, humilitatem, sanctam simplicitatem exteriori specie simulant, intus vero exquisitissimis deliciis et variarum copia voluptatum ultra omnem mundanorum luxuriam exuberant? Annon lupi rapaces sunt, sub ovili imagine latitantes, qui more sacerdotum Belis in suis penetralibus oblata devorant, mero se ac lautis epulis cum non suis uxoris, licet saepe cum suis parvulis, avidae satiantes, cunctaque libidinibus, quarum torrentur ardore, polluentes? Annon lupi rapaces sunt, foris ovem mentientes, qui ea, quae facienda dictant, non faciunt, et cum aliis praedicaverint, sua praedicatione reprobri efficiuntur? etc.—Satis eorum perfidiam, quantum ad nostram pertinet breviter, detegere videmur. De qua, si quem juvat ampliora agnoscere, Cyrillus videat, et illic mira de eis inveniet, ad fidelium instructionem longe antequam orientur Spiritu sancto revelante praedicta (Cyril, who is regarded by the Carmelites as their third general, on 21st Oct. 1192, received from an angel upon Mount Carmel two tables of silver, with prophecies in the Greek language, which were afterward translated, and interpreted by the Abbot Joachim and Gilbert the Great, general of the Cistercians, about 1280. Acta SS. Mart. i. 498. Bibliotheca Carmelitana, Aurelianus, 1752, foli. i. 357). Quamquam nec aliqui alii scriptores etiam defuerunt, qui de his subdolis illusoribus multa valde utilia et praeclara post eorum introitum ad Ecclesiae praemonitionem et praemunitionem prodiderunt.

nunc de voluntate dicti concilii fuit ordinatum, quod dictus Romanus Pontifex haberet potestatem super alios Patriarchas. Quam potestatem habuerunt Romani Pontifices usque ad concilium Chalcedonense: sed quia in dicto concilio, ad instantiam b. Leonis Papae congregato, fuit determinatum, quod in Christo erant duae naturae et una persona. Romani Pontifices perdidit dictam potestatem, et omnes illi, qui dicto concilio consenserunt. XC. Item Armeni dicunt et tenent, quod potestas illa, quam Christus dedit b. Petro, dicendo ei: *Quodcumque ligaveris, etc.*, sit solum data personae Petri et pro ipso solo, ita quod haec potestas non transiit ad aliquem ejus successorem. CX. Item quod apud Armenos sunt multi errores a praedictis, qui errores continentur in infrascriptis libris Armenorum, quorum primus intitulatur *Tenophacer*, i. e. contra festiuitates, quas celebrant Ecclesiae Romana et Graeca. Secundus liber vocatur *Anadoarmat*, i. e. radix fidei.—Decimus liber vocatur *liber canonum Apostolorum*, in quo continentur omnes errores Armenorum, etc. CXVI. Item quod cum Rex Armenorum vocatus Ethom, ut Armeni unirentur Ecclesiae Romanae, congregasset omnes Episcopos Armeniae, et magistros, et Catholicos, ut disputarent cum legato misso eis per Romanam Ecclesiam, et facta dicta disputatione cognovisset dictus Rex, quod veritatem tenebat s. Romana Ecclesia, et quod Armeni errantes erant a veritate; ex tunc Reges Armeniae minoris tenuerunt fidem s. Romanae Ecclesiae: sed Episcopi, magistri, et Principes Armenorum non fuerunt de hoc contenti. Et post recessum dicti legati quidam magister vocatus *Vartan* de Nigromonte composuit unum librum *de Risma*, i. e. versus pedem, contra Papam et suum legatum, et contra Ecclesiam Romanam, in quo vocavit Papam Romanum superbum Pharaonem cum suis subditis in mare haeresis verbum, et legatum ejus, ambaxatorem Pharaonis, fuisse reuersum cum maxima verecundia: et dixit, quod Ecclesia Romana erat multum decepta, quia nativitatem et aquam a maledicto Artomono recepit, et multas alias blasphemias scripsit in dicto libro, qui magnus est. Et multi ministri Armenorum, et Episcopi, ac Presbyteri dictum librum honorant tanquam canones Apostolorum. (So Wartan the Great, † 1271, one of the most highly-prized writers of the Armenians, is no doubt the author of those works written against the Church of Rome, which the Mechitarists consider forged; see Neumann's *Gesch. d. armen. Literatur*, s. 188.) In order to satisfy the Pope the Armenians held a synod on the question (Raynald. 1341, no. 118): still Clement VI. found it necessary to send to the Armenian bishops two legates, Antonius Episc. Gajetanus and Joannes electus Coronensis (Raynald. 1346, no. 67 ss.), ut per eos de ipsa fide ejusque salutari doctrina informemini plenius et imbuamini viva voce, quam possetis scriptura instrui vel literis informari, and they brought word back (Raynald. 1350, no. 37), quod dicti Rex, Catholicos et populus adhuc in multis a veritate catholicae fidei aberrabant; so that the Pope, on occasion of a fresh request for aid from the Armenians, resolved only to refer the matter to the Archbishop of Nicosia (l. c.), quatenus eidem Regi populoque, cum ipse ac dicti Catholicos et populus aliquas recognitiones super aliquibus, quibus ab ejusdem fidei discrepant veritate, fecerint iuxta formam, quam tibi—transmitteremus,—sex millia florenorum auri de pecuniis camerae nostrae tradi et assignari facere non omittas. By means of those ambassadors the Pope had also laid before the Catholicos of Armenia—quaedam capitula pro pleniori eruditione, and received responses; but he represented to him, in a new brief (Raynald. 1351, no. 2 ss.): non potuimus nec possumus ex responsionibus hujusmodi quoad plura elicere, quid tu et eadem Ecclesia minoris Armeniae sincere et pure credatis:—ex quarum (responsionum) aliquibus conditionata, ex quibusdam vero diminuta vel imperfecta, et ex nonnullis, forsitan scriptoris vel interpretis vitio, minus vera confessio manifeste colligitur. Accordingly he examines these responses throughout, and appends to each new questions, to draw forth the interpretation and correction of them. Then: Post praedicta omnia mirari cogimur vehementer, quod—subtrahis de LIII. primis capitulis capitula XVI. Primum, quod Spiritus sanctus procedit a Patre et Filio. Tertium, quod parvuli ex primis parentibus contrahunt originale peccatum. Sextum,

elukes, who immediately began a cruel persecution of Christianity.³

The Coptic Christians also, in Egypt, during the fourteenth century, suffered under the dominion of the Mamelukes several severe persecutions, during which many of them went over to the Islam faith.⁴

The invitations of Pope John XXII. to the Ethiopians⁵ and Jacobites⁶ to submit themselves to the Roman Church remained without result.

quod animae ex toto purgatae separatae a suis corporibus manifeste Deum vident. Num, quod animae decedentium in mortali peccato in infernum descendant. Duodecimum, quod baptismus deleat originale et actuale peccatum. XIII. quod Christus non destruxit, descendendo ad inferos, inferiorem infernum. XV. quod angeli a Deo fuerunt creati boni. XXX. quod effusio sanguinis animalium nullam operatur remissionem peccatorum. XXXII. quod non judicent comestores piscium et olei in diebus jejuniorum. XXXIX. quod in Ecclesia catholica baptizati, si efficiantur infideles, et postmodum convertantur, non sunt iterum baptizandi. XL. quod parvuli ante octavum diem possunt baptizari, et quod baptismus non potest esse in liquore alio, quam in vera aqua. XLII. quod corpus Christi post verba consecrationis sit idem numero, quod corpus natum de virgine et immolatum in cruce. XLV. quod nullus, etiam Sanctus, corpus Christi potest conficere, nisi sit sacerdos. XLVI. quod est de necessitate salutis, confiteri proprio sacerdoti, vel de licentia ejus [alii] omnia peccata mortalia perfecte et distincte.—Ideo volumus clare et sine velamine a te scire, si praedicta XVI. capitula diminuisti de LIII. pro eo, quod non credis esse vera neque catholica, vel ex qua causa ipsa capitula diminuisti. Item in scriptis rogasti Archiepiscopum et Episcopum antefatos (the papal legates), ut esset inter eos et te verborum finis :—scias, quod non possemus nos—finem imponere,—nisi prius pure, clare, perfecte et integre tu et Armeni—fidem illam receperitis, quam ipsa Romana tenet et docet Ecclesia.—Caeterum quia fidedignorum plurimum, et quorundam etiam Armenorum relatio frequenter nostris auribus instillavit, quod tu et antecessores tui—ea, quae circa ipsius fidei nostrae cultum—Romanis Pontificibus—descripsistis et promisistis,—in nullo penitus observatis,—ac fidem ipsius Ecclesiae Romanae, extra quam nulli est gratia, nulli salus, habuistis damnabiliter in derisum : ideo fraternitatem tuam monemus,—quatenus responsiones per te ad interrogationes nostras faciendas, et omnia, quae tu et iidem obedientes tibi Armeni circa ipsius fidei nostrae negotium promittetis et dicetis, vos credere ac tenere,—tactis sacrosanctis evangelii, juramentis solemnibus roboretis : et nihilominus sub juramentis similibus promittatis, quod nobis et successoribus nostris Romanis Pontificibus—parebitis cum effectu, ut ora de te et Armenis eisdem sic graviter—obloquentium obstruas :—sciturus pro certo, quod praeter salutis aeternae praemia, et famae titulos, quae provide consequeris, dabit tibi Deus, ille omnium opulentissimus retributor, unde in praesenti quoque saeculo gratis et beneficiis affluas.

[Upon the Armenian history, compare also the work of Count Lazareff of St. Petersburg, on its History, Dogmas, Liturgy, Sacraments, and Hierarchy. Paris, 1855. Dulaurier, Bibliothèque Hist. Arménienne, t. i. Paris. K. N. Pischon, Die Entwicklung d. Armen. Kirche vom Evangelio zum Evangelio, in the Deutsche Zeitschrift, 1854. 5.]

³ Cf. Clementis VII. Epist. ad Archiep. Taranensem, in Raynald. 1382. no. 49.

⁴ Makrizi's (in Cairo † 1441) History of the Copts, translated by F. Wüstenfeld, in the Abhandlungen d. kgl. Gesellschaft d. Wissenschaften zu Göttingen, Bd. 3 (1847), historisch-philol. Classe, s. 71. Compare Renaudot, Hist. Patriarcharum Alexandrinorum Jacobitarum. Paris 1713. 4. p. 602. ss.

⁵ Raynald. 1329, no. 98.

⁶ Raynald. 1330, no. 57.

FIFTH DIVISION.

FROM THE COUNCIL OF PISA TO THE REFORMATION. 1409-1517.

MOST IMPORTANT HISTORIANS.

Antoninus, a Dominican, from 1446 Archbishop of Florence, † 1459, canonized 1523 (Summa Historialis, in three Parts, to 1459, published Venet. 1481. Norimb. 1484, and elsewhere, last in Opp. Omnia, Florent. 1741. t. i. fol.).—Joannes Trithemius or von Tritenheim, from 1483 Abbot of Spanheim, from 1506 Abbot of St. James in the suburb of Würzburg, † 1516 (Chronicon Monast. S. Martini Spanheimiense, in Opp. Trithemii historica, ed. Marq. Freherus. t. ii. Francof. 1601. Chron. Monast. S. Jacobi Majoris, in J. P. Ludewig, Scriptt. Rerum Herbipolitanarum, Halae, 1713. By far the most important are the Annales Hirsaugienses, ed. in Monast. St. Galli, 1690. tomi ii. fol.). Albert Kranz, teacher of theology and canon law at Rostock, afterward Canon, and at length Dean of the Cathedral Chapter at Hamburg, † 1517. (Metropolis, a Church History of Northern Germany until 1504, cum. praef. Dav. Chytraei, Vitebergae 1576. Francof. ad M. 1576. 1590.—Kranzens Saxonia, Vandalia, and Chronicon Regnorum Aquilonarium relate to political history.)

FIRST CHAPTER.

HISTORY OF THE PAPACY.

Bartholomaeus Platina (properly Barth. de Sacchi, from Piadina in the district of Cremona, under Pius II. Papal *Abbreviator*, persecuted under Paul II., under Sixtus IV. librarian of the Vatican, † 1481), Vitae Pontificum Romanorum, ed. Venet. 1479, fol. published afterward very often, but not always without alterations. The editions which appeared in 12mo. in Holland, without the name of the place, A.D. 1640, 1645, and 1664, are accurate reprints of the *Edit. Princeps*, and accordingly much prized. Compare Dan. Guil. Moller Disp. de B. Platina. Altorf, 1694. 4.

§ 130.

COUNCIL OF PISA (25TH MARCH-7TH AUGUST, 1409). ALEXANDER V. (26TH JUNE, 1409-3^D MAY, 1410). JOHN XXIII. (17TH MAY, 1410-DEPOSED 29TH MAY, 1415).

Theodoricus a Niem (see vol. iii. above, § 102) De Schismate, lib. iii. c. 38 ss. Ejusdem Vita Johannis XXIII., in Meibomii Rerum Germ. t. i. p. 5 ss. and in v. d. Hardt, Conc. Constant. t. ii. p. 336 ss.

Leonardi Aretini (private secretary to Innocent VII., Gregory XII., Alexander V., and John XXIII., afterward Chancellor at Florence, † 1444) Rerum suo Tempore in Italia Gestarum Commentarius, ab anno 1378, usque ad ann. 1440 (in Muratorii Rerum Italicarum Scriptores, t. xix. p. 909 ss.).

Acts of the Council, in Mansi xxvii. p. 1 ss., in d'Achery Spicileg. i. p. 828, and in v. d. Hardt, Conc. Constantiense, t. ii. P. ii. p. 62 ss.

Histoire du Concile de Pise, et de ce qui s'est passé de plus mémorable depuis ce Concile jusqu'au Concile de Constance, par Jacques Lenfant. t. ii. à Amsterdam.

1724. 4. [J. II. v. Wessenberg, Die grossen Kirchen-Versammlungen d. xv. u. xvi. Jahr. Const. 4. 8. 1840.]

The Council of Pisa, among the members of which Peter de Alliaco, bishop of Cambray,¹ and John Gerson, chancellor of the University of Paris,² are pre-eminent as the chiefs of the reforming party, opened its sessions on the 25th March, 1409. Notwithstanding the efforts which the Emperor Rupert caused to be made in favor of the Roman Pope, Gregory XII.,³ it proceeded as early as the 5th of June to the deposition of both popes;⁴ and then, after the proposed reformation seemed to be secured by the solemn engagement of all the cardinals,⁵ it caused Alexander V.

¹ Compare § 106, note 1; § 119, note 9. He was the teacher of Gerson and Nicholas of Clamengis, 1389 Chancellor of the University of Paris, 1396 Bishop of Cambray, 1411 Cardinal (Cardinalis Cameracensis), † 1425. On his life see v. d. Hardt, Conc. Const. t. i. P. viii. p. 450 ss.

² Compare § 107, note 3 and 9, Chancellor of the University of Paris from 1395, † 1429. Opp. ed. L. E. Du Pin. Antverp. 1706; tomi iv. fol. The second volume contains Gerson's principal works upon the ecclesiastical affairs of the period, together with similar works by other contemporaries. On his life and works see v. d. Hardt, l. c. t. i. P. iv. p. 26 ss. and the *Gersoniana* prefixed to Dupin's edition.

³ Theod. a Niem, iii. c. 39. The speech of the Emperor's ambassador, Ulricus Ep. Verdensis, is in Raynaldus ad ann. 1409. no. 13 ss. The answer which Petrus de Ancharano gave in the name of the council, is in Mansi xxvii. p. 367 ss.

⁴ In session X., on May 21, the Articuli contra Petrum de Luna, Benedictum XIII., et Angelum Corario, Gregorium XII. nuncupatos, de papatu perperam contententes (in Raynald, ann. 1409, no. 47 ss. d'Achery Spicileg. t. i. p. 833 ss.), giving a detailed representation of the previous conduct of both popes, and of the cardinals, were presented. In session XV., the 5th of June, there followed the Sententia definitiva et privativa contra praedictos contententes (Theodor. a Niem, iii. c. 44; Raynald. a. l. no. 71, d'Achery, i. p. 847 ss.): Christi nomine invocato sancta et universalis Synodus universalem Ecclesiam repraesentans, et ad quam cognitio et decisio hujus causae noscitur pertinere,—pronunciat, decernit, definit et declarat,—Angelum Corario et Petrum de Luna de papatu contententes, et eorum utrumque fuisse et esse notorios schismaticos, et antiqui schismaticis nutritores, defensores, fautores, approbatores, et manutentores pertinaces, necnon notorios haereticos, et a fide devios, notoriiisque criminibus enormibus perjuri et violationis voti irretitos, universalem Ecclesiam sanctam Dei notorie scandalizantes cum incorrigibilitate, contumacia et pertinacia notorii, evidentibus et manifestis; et ex his et aliis se reddidisse omni honore et dignitate, etiam papali, indignos; ipsosque et eorum utrumque propter praemissas iniquitates, crimina et excessus ne regnent, vel imperent, aut praesint, a Deo et sacris canonibus fore ipso facto abjectos et privatos, ac etiam ab Ecclesia praecisos; et nihilominus ipsos Petrum et Angelum, et eorum utrumque, per hanc sententiam definitivam in his scriptis privat, abjicit et praecidit, inhibendo cisdem, ne eorum aliquis pro summo Pontifice gerere se praesumat, etc.

⁵ In session XVI., June 10, the cardinals had to make oath (Raynald. l. l. d'Achery, i. p. 848), quod, si quis nostrum in summum Romanum Pontificem eligeretur, praesens concilium continuabit nec dissolvetur, neque dissolvi permittit, quantum in eo erit, usquequo per ipsum cum consilio ejusdem concilii sit facta debita, rationalis, et sufficiens reformatio universalis Ecclesiae, et status ejus tam in capite quam in membris. If the election were to fall without the college of cardinals, the Pope elect was to take the same oath before the publication of his election.

to be elected Pope on the 26th of June. Now the reformation was to follow;⁶ but the synod was soon obliged to acknowledge that there was no possibility of reform in union with a Pope. In fact, it required more than ordinary insight, morality, and power in a Pope to close his ears to the suggestions of a curia that seemed entirely devoted to his cause, and himself to help to overthrow all the splendor which his predecessors for centuries appeared to have built up for him, without even being sure of the perpetuity of his work, and the honor of his name in time to come. Alexander's earliest policy displayed the ordinary characteristics of a Pope after the old fashion.⁷ He sought to silence, and not to sat-

⁶ The necessity of a reformation and the matters to be reformed were forcibly brought before his mind previously to his coronation, by Gerson, in the *Sermo factus coram Alex. P.* (Opp. ed. du Pin, ii. p. 131.)

⁷ Gerson, *De Modo Reformandi Ecclesiam in Conc. Univ.*, written 1410, cap. 10 (in v. d. Hardt, *Conc. Const. t. i. P. v. p. 90*): Et ut sic fieret (viz., ut limitaretur potestas usurpata papalis) fuit omnino inclinatus dictus Dominus Alexander V. ante ejus Papatum, dum ageretur, ut dictum concilium celebraretur in Pisis. Qui etiam hoc dicebat, et etiam super limitatione subsequenda multis argumentis theologicis, philosophicis, juridicis insudabat. Qui creatus in Papam in lucem educere non curabat. Petrus de Alliaco *De Difficultate Reformationis in Conc. universali ad Jo. Gersonem*, written 1410, cap. 3 (in v. d. Hardt, *Conc. Const. t. i. P. vi. p. 262*): Alexander prorsus inexpertus erat eorum, quae officii pastoralis honor et sublimitas exigebat, quamvis esset magnus Theologus. Et quicquid dicti Cardinales ab eo petierunt, ipsis absque contradictione concessit, nec audebat ipsis aliquid denegare. Unde ipsi continuo eum importune crebris petitionibus vexarunt, ita ut aliquando propterea in se ipso nimium turbaretur. Nec poterant satiari. Theodoricus a Niem, iii. c. 51: Fuit autem dictus dominus Petrus (Alexander prius nominatus Petrus de Candia), cum eligebatur in Papam, septuagenarius, vel circa.—Hic quicquid ordinavit et fieri voluit per ipsum dictus dominus Joannes Papa, tunc Diaconus Cardinalis (Balthasar Cossa), in omnibus et per omnia fecit, ab ejus precibus, consiliis aut mandatis—nullatenus recedendo, et in ejus Papatu nihil penitus reformavit, et omnibus studuit complacere, et vix alicui ab eo quicquam petenti a majori usque ad minimum sine personarum discretione scivit denegare. Unde subito postquam in Papam assumptus fuit, adeo deformavit notabiliora officia suae Curiae ad importunam instantiam multorum petentium, excedendo illorum numerum antiquum nulla necessitate aut utilitate urgente, quod in longo tempore in statum debitum vix potuerunt reformari, et tam prodigus fuit in concedendis gratis beneficalibus, quod nullam novit differentiam inter personas, quibus illa fecit, et quales facere deberet, nec modum nec ordinem debitos et consuetos in talibus observando: fuit enim in illis practicalibus et agibilibus penitus inexpertus.—Aliquos etiam fratres Minores (brethren of his order) sibi caros et sociales publicis officiis et lucrativis, quae prius consueverunt regi per saeculares personas habiles et expertas, in eadem sua Curia praefert, et miro modo conabatur plerosque fratres minores cathedralibus Ecclesiis vacantibus praeficere in pastores: in his praecipue, et etiam in multis aliis Papale officium, cujus gravitatem non novit, in brevi tempore denigrando.—Cap. 52:—statim postquam creatus fuit, et ante ipsius coronationem multos creavit Archiepiscopos, Episcopos et Abbates, et omnibus illis familiaribus dominorum Cardinalium, qui eum elegerunt in Papam, qui dictis Dominis Cardinalibus in conclavi ministrarunt, adeo abusivas et exorbitantes beneficales gratias, etiam cum dispensationibus ad plura incompatibilia beneficia, qui eas petierunt, absque personarum delectu fecit, sicuti a saeculo nunquam prius audita fuerunt, ita quod caeteri saltem intelligentes Curiales de indiscreta provisione stupefacti murmu-

isfy. Accordingly, he conceded some insignificant points, promised to set on foot the real reformation in a new synod, and then as soon as possible (on the 7th of August) dissolved the troublesome assembly.⁸

Thus the result of the synod of Pisa, which was opened with such great hopes (see § 107), failed to satisfy the demands even of the strictest justice.⁹ Instead of two popes, there now were

rabant. Videbatur enim praedictus Alexander pro nihilo habere titulos ecclesiasticos, quos tam improvide dividebat, etc.

⁸ In session XX., on July 27, the Pope declared (d'Achery, i. p. 852): Sacro approbante Concilio decernimus,—iterum generale Concilium Ecclesiae fore convocandum, hinc ad triennium, videlicet anno quo dicitur Dom. MCCCCXII. in mense Aprilis, in civitate seu loco habili et decenti. Session XXIII. August 7th (l. c.): Sanctissimus Dominus noster sacro approbante Concilio ordinavit, quod bona immobilia Ecclesiae Romanae seu aliarum Ecclesiarum nullatenus—alienentur seu hypothecentur usque ad proxime indictum Concilium, in quo super hoc articulo maturius poterit deliberari. Item—Dominus noster eodem approbante Concilio ordinat et mandat celebrari Concilia provincialia per Metropolitanos, et Synodos per eorum suffraganeos, secundum formam juris et Concilii generalis; quia ex eorum omissione multa sequuntur inconvenientia. Item—celebrari capitula Monachorum nigrorum et Canoniorum regularium.—Item Dominus noster, misericordia motus, liberaliter remittit, prout alias fecit, omnia arreragia (arrears, from *arrérages*) majora, et minuta servitia suae Camerae Apostolicae de toto tempore antiquo debita, sibi dumtaxat competentia: etiam si qui propter defectum solutionis hujusmodi arreragiorum sententiam excommunicationis incurrerint, eos auctoritate Apostolica absolvit.—Item—disponit, non facere translationes de invitis.—Item—concedit omnibus, qui in hoc sacro Concilio interfuerint, et ejus determinationi adhaerent, absolutionem plenariam a culpa et poena semel tantum.—Item Dominus noster sanctissimus cum consilio Concilii intendit reformare Ecclesiam in capite et in membris. Et quia jam multa per Dei gratiam sunt expedita, quae ipsum Dominum nostrum, et favorem Praelatorum, aliorumque inferiorum concernunt, restantque alia, quae propter recessum Praelatorum et Ambassadorum de praesenti expediri non possunt: propterea Dominus noster sacro requirente et approbante Concilio dictam reformationem suspendit, et continuat (*i. e.*, *differt*) usque ad proxime indictum Concilium, etc.

⁹ Gerson wrote in 1410, *De Modo Reformandi Eccles.* in *Conc. univ. c. 19* (in v. d. Hardt, *Conc. Const. t. i. P. v. p. 113*): In Concilio Pisano, secundum opinionem multorum, omnia fuerunt quasi primis motibus facta et agitata, spiritu vehementi, et non matura deliberatione, ut etiam Concilium decebat, ordinata nec completa. Nicolas de Clamengis *Disp. super Materia Concilii Generalis cum quodam Scholastico Parisiensi* (written in 1416; see p. 75) in his *Opp. ed. Jo. M. Lydius. Lugd. Bat. 1613. 4. p. 70*: Quae alia res in Pisana congregatione Ecclesiam Dei populumque decepit, et clamare fecit: *Pax, pax*, cum nulla esset pax; nisi quia carnales et cupidi homines, qui ubique ex refrigerio charitatis superabundant, beneficiorum ardore succensi, prorsusque excaecati ecclesiasticam reformationem, quam boni et fideles plerique ante omnia fieri volebant, impediunt, ad novamque mox electionem processerunt, qua facta, et promotionibus quas concupierunt adeptis, pacem esse clamant, solutoque conventu cum illa quam quaesierant pace, hoc est promotione, reversi sunt? Whether this council was œcumenical or not remained long undecided, after the last trace of its agency was destroyed by the deposition of John XXIII. at Constance. S. Antonini *Summa Histor. Tit. xxii. Cap. 5, § 2*: per Pisanum Concilium vel Conciliabulum (cum non esset auctoritate alicujus eorum, qui se gerebant pro Pontifice, congregatum) non erat ablatum ipsum schisma, sed augmentatum, ex duobus vel tribus jam se pro Papa gerentibus. Cajetanus *De Auct. Papae et Concilii, Tract. ii. c. 2*, says, quod nec illud Concilium con-

three; for although most of the nations recognized Alexander V., Gregory XII. still retained on his side Naples, several of the smaller states of Italy, and the German bishops of Treves, Speyer, and Worms, while Benedict XIII. kept Spain and Scotland. A reformation of the Church was not effected; and after Alexander V. died at Bologna, 3d May, 1410, and Balthasar Cossa, infamous for all sorts of crimes, succeeded him, as John XXIII.,¹¹ nothing more could be expected from the Pope.¹² John XXIII. used all his

stat fuisse certum et indubitatum; Bellarminus, de Conciliis et Ecclesia, lib. i. c. 8, calls it—*nec approbatum, nec reprobatum*; but he still considers Alexander V. and John XXIII. as the real popes of that age: *certe ex tribus, qui tum se pro Pontificibus gerebant, isti maxime ut veri Pontifices colebantur*. The later curialists entirely reject the œcumenicity of the Concilium Pisanum (Ballerinius, De Potestate Ecclesiastica Summorum Pontificum et Concilii Generalis, cap. 6); and, accordingly, they disown its popes also, Alexander V. and John XXIII., and recognize Gregory XII. as the rightful Pope, until his resignation at Constance (Raynald. ann. 1409, no. 79 and 80). The French party, on the other hand, have constantly defended the council and its popes; see Edm. Rieherii Hist. Conciliorum Generalium, lib. ii. c. 2, § 6; Bossuet, Defensio Declarat. Cleri Gall. P. ii. lib. 9. c. 11; especially, Natalis Alex. Hist. Eccl., sæc. xv. et xvi. Diss. ii.

¹⁰ Probably poisoned by his successor; see the *Articuli contra Joh. P. XXIII.* laid before the Council of Constance (in v. d. Hardt, Conc. Const. t. iv. p. 197): *dictus tunc Dominus Balthasar appellatus, Legatus Bononiae existens, ad papatum illicitis mediis anhelans, in mortem bonae memoriae Domini Alexandri Papae V. extitit machinatus, et ut tam ipse, quam medicus suus Magister Daniel de sancta Sophia, artium et medicinae Doctor, veneno extinguerentur, prout extincti sunt, operam dedit. Sicque, ut praedicitur, fuit dictum, tentum, creditum et reputatum, diciturque, tenetur, creditur et reputatur. Atque fuit et est de praemissis in civitate Bononiensi et extra per totum mundum publica vox et fama, et est graviter et notorie diffamatus*. Conrad Justinger's († 1426) Berner Chronik, herausgeg. von Stierlin u. Wyss, Bern, 1819, 8. s. 275: "und war ein offen Lümde, der künftige Pabst ware eine Fürdrung zu sinem Tode." Antoninus, P. iii. Tit. xxii. Cap. 5, § 3, merely says: *migravit a saeculo, ut dicitur, toxicatus in elisterio*.

¹¹ Conrad Justinger, s. 276: "The Cardinals chose the wickedest and most infamous man that could be found; his wickedness was made very clear at the Council of Constance; his name was Balthasar, accused and laden with many a deed of crime." See Theod. a Niem, *Invectiva in diffugientem a Constant. Conc. Joh. XXIII.* in v. d. Hardt, Conc. Const. t. ii. p. 296 ss. *Ejusd. Vita. Jo. XXIII. ibid.* p. 336, and the *Articuli* quoted in note 10.

¹² *Regulae Cancellariae Joh. P. XXIII.*, published 19th July, 1410, in v. d. Hardt, i. XXI. p. 954. *Petrus de Alliaco, De Difficultate Reformationis in Conc. universali ad Jo. Gersonem*, written in 1410, cap. 2 (in v. d. Hardt, Conc. Const. t. i. P. vi. p. 256 ss.): *Quippe notorium est, quod dictus Johannes in primordio sui Pontificatus reservavit suae dispositioni omnes Patriarchales, Metropolitanas ac Cathedralis Ecclesias, necnon omnia Monasteria virorum, prout etiam nonnulli ejus praedecessores summi Pontifices facere consueverunt.—Item ultra praedictas et omnes generales alias reservationes quarumlibet inferiorum dignitatum et beneficiorum ecclesiasticorum per eum etiam factas, extra solitam consuetudinem eorundem suorum praedecessorum, reservavit suae dispositioni omnes Prioratus, Conventuales et majores post Pontificales in cathedralibus, necnon principales dignitates in collegiatis Ecclesiis ubicunque vacantes et vacaturas.—Item dictus Johannes aliam fecit constitutionem, continentem in effectu, quod quicumque ab eo impetraret qualecunque beneficium ecclesiasticum—antequam illi super eadem im-*

power to subdue Ladislaus, king of Naples, who protected Gregory XII. After all his efforts, including even the proclamation of a crusade in 1411,¹³ had remained without result, the King was won over in 1412 by the promise of great advantages; and Gregory XII., faithlessly abandoned, was driven to seek refuge in Rimini with his true friend Charles of Malatesta.¹⁴ But not long afterward Ladislaus broke once more with John XXIII., suddenly marched against Rome in 1413, and forced the Pope to fly into

petratione literae apostolicae in Romana curia confectae traderentur, solveret camerae Apostolicae realiter medietatem *fructuum* dicti beneficii impetrati *unius anni*. To this were added also—duae novellae constitutiones. Viz., olim quicumque praefecti fuerant cathedralibus Ecclesiis, aut Monasteriis virorum vacantibus in Praelatos, non arctabantur per sedem Apostolicam, ut in promptu plus solverent Camerae Apostolicae aut collegio Cardinalium pro *communi servitio*, quam medietatem taxae, ad quam Ecclesiae vel Monasteria ipsa in eadem Camera reperiebantur esse taxata. Et pro alia medietate solvenda promotis—dilatio dabatur.—Quas quidem taxas oportet promotos per ipsum Dom. Johannem integraliter solve, —antequam literae Apostolicae—tradantur ipsis promotis.—Ex quo contingit, quod plures Ecclesiarum et dignitatum seu monasteriorum, ad quae promoti sunt, possessionem nequeant apprehendere. Further, olim ante schisma—ratione inferiorum dignitatum et beneficiorum Ecclesiasticorum vacantium—non consueverunt impetrantes *medios fructus* dignitatum et beneficiorum praefatorum eidem camerae solve, priusquam illa essent pacifice assecuti. Et tunc concordabant super illis cum collectoribus fructuum dictae camerae in diversis partibus debitorum.—Nunc autem extorquentur dicti medii fructus ab impetrantibus ipsis in eadem curia, antequam eis literae Apostolicae confectae super talibus gratiis tradantur per officiales dictae camerae.—Et quod deterius est, si forte centum concurrerent pro uno beneficio vacante et reservato impetrando, daretur omnibus per Papam. Tamen si literas Apostolicas super ipsis impetrationibus suis vellent habere, quemlibet eorum incunctanter medietatem fructuum dicti beneficii praefatae camerae ante omnia solve oporteret, licet nisi unus eorum illud assequi posset (compare the anonymous writer in Bulaeus Hist. Univ. Paris, iv. p. 914).—Cap. 3. p. 260: Cum igitur juxta praehabita pateat, quod apud Papam et ejus collegium Cardinalium nulla vigeat charitas quoad alios Praelatos et Christianos, sed perpetua et insatiabilis rapacitas potius ardeat in eisdem, ut qualitercunque dicebatur: dato, quod generale Concilium convocaretur et fieret, sicut dicis et consulis fieri debere, qualis ex hoc utilitas universalis Ecclesiae resultaret? Esto etiam, quod omnes isti tres de papatu contententes sponte cederent, aut ad cedendum compellerentur inviti, eisque novus Papa, sicut factum fuit in Pisis novissime, surrogaretur: dicti Cardinales in statu eorum nihilominus remanentes dicerent, quod ad eos duntaxat spectaret electio summi Pontificis. Quod si obtinerent, non est dubitandum, quin unum ex se ipsis eligerent, sicut fecerunt in Pisis. Sicque nulla reformatio efficax et fructuosa ex cessione hujusmodi sequeretur, nisi vocalis, et unius personae mutatio tantum. Et hi quidem electus et electores juxta mores veteres eorum similiter perpetuum errorem in ipsa Ecclesia continuarent, quousque unus eorum in eodem statu in ipsa Ecclesia remaneret. Certum est enim, quod mystice sacerdotes Bel cum eorum uxoribus et filiis omnes unanimiter in lacum leonum missi fuerint, ut per ipsos leones devorarentur. Quod si aliqui eorum supervixissent, extunc etiam cibos regios, eidem Bel singulis diebus appositos devorassent, prout ante deceptorie facere consueverant. Et ne hoc deinceps fieret taliter, una sententia super omnes justo Dei judicio lata subito perierunt.

¹³ Raynaldus, ann. 1411, no. 5; ann. 1412, no. 2.

¹⁴ Theodor. a Niem, De Vita Jo. XXIII. c. 22 and 24. H. Leo, Gesch. der Italienschen Staaten. Th. 4 (Hamburg, 1830), s. 271, ff.

Northern Italy, and throw himself into the arms of the Emperor Sigismund, who was there at the time. Under these circumstances, the Emperor succeeded in inducing the Pope to summon at Constance, a German city, for the 1st November, 1414, the long-desired general council, to put an end to the boundless disorder in the Church.¹⁵

§ 131.

COUNCIL OF CONSTANCE (5TH NOVEMBER, 1414—22D APRIL, 1418). MARTIN V. (11TH NOVEMBER, 1417, † 20TH FEBRUARY, 1431).

Magnum oecumenicum Constantiense Concilium ex ingenti antiquissimorum Manuscriptorum mole diligentissime erutum, op. II. v. d. Hardt, vi. tomi., Francof. et Lips. 1700. Tom. vii., sistens indicem generalem., congegessit G. Ch. Bohnstedt. Berolini, 1742, fol.

Theodorici Vrie (also written Vrige, Frig, Frie, but erroneously by modern writers Uric or Urias, an Augustin monk at Osnaburg; see v. d. Hardt, Prolegg. ad t. 1. Conc. Const., p. 22 ss.), De Consolatione Ecclesiae, libb. iv., written in 1417, published by v. d. Hardt with the title, Historia Conc. Constantiensis (Conc. Const. t. i. p. 1 ss.). Histoire du Concile de Constance par Jaques Lenfant. Tomes ii. à Amsterdam, 1714, nouv. édit. 1727. 4. Nouvelle Histoire du Concile de Constance, ou l'on fait voir, combien la France a contribué à l'extinction du Schisme, par Bourgeoise du Chastenot à Paris, 1718. 4. (a completion of the works of v. d. Hardt and Lenfant).—Casp. Royko's Geschichte der Kirchenversammlung zu Costnitz. Prag, Th. 1. 2. 2te Aufl. 1796. Th. 3. 4. 1784, 1785. Register, 1796, gr. 8. [Aschbach, Leben d. K. Sigismunds, 2. 8. Frankf. 1838. Bonnechose, Gerson. J. Huss, et le Concile de Const. Paris, 1853.]

The desire for a complete settlement of the schism, and for a reformation of the Church in head and members, was so much increased by the deception of Alexander V., and by the bold derision of John XXIII.; and the principles and proposals which John

¹⁵ Leonardus Aretinus in Muratori, xix. p. 928: unicum remedium et Imperatori et Pontifici videbatur generale Concilium advocari. Sed erant circa hoc ipsum constituenda permulta, ceu locus, tempus, modus. Missi sunt igitur his de causis ad Sigismundum Legati. Horum missio Legatorum ruinae Pontificis initium fuit. Qua in re non videtur praetereundum mirabile quiddam, quod tunc accidit, ut omnia caelitus gubernari cognoscamus. Communicaverat mecum Pontifex arcane mentem et cogitationem suam. *In loco, inquit, Concilii rei summa est, nec ego alicubi esse volo, ubi Imperator plus possit. Legatis igitur istis, qui a me mituntur, mandata amplissima, potestatemque maximam ad honestatis speciem dabo, quae palam ostentare possint, atque proferre: secreto autem mandatum restringam ad loca certa.* However, he altered his mind, he gave the ambassadors only general instructions, ostendens quanti ponderis illa res esset, cujus rei gratia mitterentur, and dismissed them with the injunction: *vestrae prudentiae cuncta permitto. Vos, quid mihi tutum, et quid formidandum, cogitetis.* After the ambassadors had come to an agreement with the Emperor as regards Constance, Joannes incredibile quantum indoluit, se ipsum ac fortunam suam detestatus, quod tam leviter a cogitatione, propositoque illo pristino restringendorum locorum descivisset. The bull by which the council was summoned, d. Laudae V. Id. Dec. 1413, may be seen in Raynald, ann. 1413, no. 22; v. d. Hardt, t. vi. p. 9.

Gerson avowed in his powerful works in favor of reform,¹ seemed

¹ Especially in his *Opus de Modis Uniendi ac Reformandi Ecclesiam in Concilio Universali*, written in 1410 (cf. cap. 21, cum ad praesens de facto vacet Imperium, et Imperii Electores diversis obediant)—published in v. d. Hardt, *Conc. Const. t. i. P. v. p. 68 ss.*, and in Gerson's *Opera*, ed. du Pin, t. ii. P. ii. p. 161 ss.—in which he sought to settle the doubts raised by Petrus de Alliaco, in his work *De Difficultate Reform. in Conc. Univ.* (see § 130, note 12.) First of all, the distinction which he adopts between the *una, sancta Catholica*, and the *Apostolica Ecclesia*, is remarkable; in v. d. Hardt, cap. 2, p. 70: *Catholica, universalis Ecclesia ex variis membris unum corpus constituentibus—est conjuncta et nominata. Cujus corporis, universalis Ecclesiae, caput Christus solus est. Caeteri vero, ut Papa, Cardinales, et Praelati, Clerici, Reges, et Principes, ac plebeji sunt membra inaequaliter disposita. Nec istius Ecclesiae Papa potest dici nec debet caput sed solum vicarius Christi, ejus vicem gerens in terris, dum tamen clavis non erret. Et in hac Ecclesia, et in ejus fide omnis homo potest salvari, etiamsi in toto mundo aliquis Papa non posset reperiri.—Haec Ecclesia de lege currenti nunquam errare potuit, nunquam deficere, nunquam schisma passa est, nunquam haeresi maculata est, nunquam falli aut fallere potuit, nunquam peccavit (according to Gratian's *Decretal, Caus. XXIV. Qu. 1. per totum*). In ista etiam omnes fideles, in quantum fideles sunt, unum sunt in Christo, in cuius fide non est distantia Judaei, Graeci, domini et servi. Alia vero vocatur *Ecclesia Apostolica* particularis et privata, in catholica Ecclesia inclusa, ex Papa, Cardinalibus, Episcopis, Praelatis et viris ecclesiasticis compaginata. Et solet dici Ecclesia Romana, cujus caput Papa creditur: caeteri vero Ecclesiastici, tanquam membra inferiora et superiora, in ea includuntur. Et haec errare potest et potuit falli et fallere, schisma et haeresim habere, etiam potest deficere. Et haec longe minoris auctoritatis videtur esse universali Ecclesia:—et est quasi instrumentalis et operativa clavium universalis Ecclesiae, et executiva potestatis ligandi et solvendi ejusdem. Nec de recta conscientia majorem habet vel habere potest auctoritatem, et executionem potestatis, quam sibi ab universali Ecclesia conceditur. Cap. 5, p. 75: Si propter salvationem unius regni, unius provinciae, deponitur unus Rex, unus Princeps saecularis, qui per successionem perpetuam descendit: multo magis unus Papa, unus Praelatus est deponendus, qui per electionem Cardinalium fuit institutus, cujus pater et avus forsan ventres implere non sufficiebant fabis. Durum enim est dicere, quod filius unius Veneti piscatoris papatum debeat tenere cum detrimento totius reipublicae ecclesiasticae.—Sed forte me voluisti capere in sermone per varia scripta, allegando, quod tam sancta, tam alta sit potestas Papae, ut a nullo mortalium iudicari valeat nec deponi, nisi propter haeresim incorrigibilem; ad haec allegas *Dist. xl. can. 6*. Sed perpende, mi frater, quanta fraude, quanta astutia temporibus antiquis fuerint facta et scripta quam plurima ad tenendam banc dignitatem Papatus.—Dico, quod tantam fraudem in administratione hujus Papatus fecerint aliqui antiqui, qui—multa jura sibi usurparunt, et pro se fecerunt,—et de republica non curarunt. Et quis fecit illos libros, *Sextum, et Clementinas*, arrogantiam, superbiam, juris Ordinariorum locorum usurpationem, Imperatorum Romanorum injuriosam detractionem, et eorum aliorumque potestatis periculosissimam suppressionem, et alia multa in spiritualis et saecularis reipublicae laesionem malitiose et pertinaci ambitione fabricata, in omnibus et per omnia concludentes. Et male: quia non minus terreno Principi in his, quae ad jura pertinent imperii, quam spirituali in his, quae ad Deum spectant, debetur obedientia.—Igitur omnes inobedientes Romano Imperatori, et ejusdem imperio, quia ejus jura usurpant, in statu damnationis existunt. Nichilominus et Papae voluerunt observari illos sicut sancta Dei Evangelia.—Papa, ut Papa, est homo, et ut homo, sic est Papa, et ut Papa potest peccare, et ut homo potest errare.—Subjicitur ergo, ut aliter Christianus, in omnibus praecepto et mandato Christi.—Cum ergo Christi praeceptum dicat: *Si peccaverit in te frater tuus, corripue eum inter te et ipsum solum: si te non audierit, adhibe duos testes, sin autem, dic Ecclesiae* (*Matth. xviii. 15*); cum ergo Papa sit meus frater et proximus in natura et in Christi fide:—corripendus est juxta processum praecepti Christi. Non ergo illud decretum est tenendum, quod Papa a nemine sit iudicandus.—Pag. 80: Papatus non est sanctitas, nec facit ho-*

to be so generally adopted by the majority of those who were as-

minem sanctum, licet volentem disponat ad sanctitatem, sicut faciunt caeterae dignitates ecclesiasticae.—Et si dicatur: *illu sedes aut sanctum facit, aut sanctum invenit*; intelligitur ita: *deberet sanctum invenire*. Ridiculum est enim dicere, quod unus homo mortalis dicat se potestatem habere in coelo et in terra ligandi et solvendi a peccatis, et quod ille sit filius perditionis, simoniacus, avarus, mendax, exactor, fornicator, superbus, pomposus, et pejor quam diabolus.—Cap. 9, p. 87: Sed numquid tale Concilium, ubi Papa non praesidet, est supra Papam? Certe sic. Superius in auctoritate, superius in dignitate, superius in officio. Tali enim Concilio ipse Papa in omnibus tenetur obedire, tale Concilium potest potestatem Papae limitare, quia tali Concilio, cum repraesentet Ecclesiam universalem, claves ligandi et solvendi sunt concessae. Tale Concilium jura papalia potest tollere, a tali Concilio nullus potest appellare, tale Concilium potest Papam cligere, privare et deponere, tale Concilium potest jura nova condere, et facta ac antiqua destruere, talis etiam Concilii constitutiones, statuta et regulae sunt immutabiles et indispensabiles per quamcunque personam inferiorem Concilio. Nec potest, nec potuit aliquando Papa dispensare contra canones sanctos in Conciliis generalibus, nisi Concilium specialiter hoc illi commiserit ex magna causa. Nec facta Concilii potest Papa immutare, imo nec interpretari, aut contra ea dispensare, cum sint sicut Evangelia Christi, quae nullam recipiunt dispensationem, et super quae Papa nullam habet jurisdictionem. Cap. 10, p. 90: Concilium ergo generale, repraesentans universalem Ecclesiam, si affectat unionem integram videre, si affectat schismata reprimere, si vult schismatibus finem statuere, si vult Ecclesiam exaltare; primo ante omnia ad instar sanctorum Patrum, qui nos praecesserunt, limitet ac terminet potestatem coactivam et usurpatam papalem. (Here follows the passage quoted in vol. 3, § 107, note 3.) P. 91: Ideo sacrum universale Concilium reducat et reformet Ecclesiam universalem in jure antiquo. Et abusivam papalem in Decreto et Decretalibus, Sexto et Clementinis, necnon Extravagantibus papalibus praetensam limitet potestatem. Christus enim nullam aliam potestatem Petro tribuit, quam ligandi et solvendi, ligandi per poenitentias, et solvendi culpas. Non enim illi contulit, ut beneficia tribueret, ut regna, castra et civitates haberet, ut Imperatores et Reges privaret. Quod si taliter potestatem Christus Petro contulisset, utique ipse Petrus aut Paulus, quod nefas est dicere, valde peccassent, aut errassent in eo, quod Neronem Imperatorem, quem sciverunt esse pessimum, et Christianorum immanissimum persecutorem, imperio non privarint.—Et quis unquam legit, vel in veritate audivit, quod antiquis temporibus Romanorum Reges vel Imperatores consueverint ante Papam juramentum praestare, potissime antequam primus Otto Magni Augusti semper alter, juramentum reperitur in Decretis praestitisse? quod indultum a quoquam Papae fuerit, ut reservationes cathedralium et aliarum Ecclesiarum ac Monasteriorum faceret? ut propter pecunias homines, Episcopos et Praelatos excommunicaret, atque ab eorum dignitatibus destitueret, seu privaret, ac omni die festivo in valvis Curiae? ut primos fructus in Camera soleret aggregare, et excommunicatos emaciaret ac eos scandalizaret? (cf. cap. 17, p. 110: Ita ut jam non videatur Romana Curia esse, nisi quoddam forum publicum, ad quod quo quis plura portaverit, plura mercimonia habebit.)—Reformetur etiam Ecclesia quoad Cardinales, qui tot commendas habent sine causa, destruentes tot Ecclesias et Monasteria.—Reformetur etiam Ecclesia in Praelatis, in Monachis et Presbyteris. In Praelatis, ut electi ad Ecclesias vitae honestate, literarum sufficientia, et perfecta aetate excellentes per Ordinarios et Archiepiscopos confirmantur: in Monachis, ut vivant in observantia regulari: in Presbyteris, ut non praeficiantur Ecclesiis, nisi virtutibus clari et literarum sufficientia fuerint imbuti, docti et instructi.—Rescindantur etiam abusivae libertates et exemptiones, concessae illis quatuor Ordinibus fratrum mendicantium, quibus nimium abutuntur.—Et liberentur ab ipsis omnino omnia monasteria monialium, quia ipsi fratres, seu multi ex eis in perisquis provinciis valde deturpant ipsas moniales eis subjectas.—Nimis etiam multiplicentur hi fratres. Et quid opus est, ut in aliqua domo eorum fratrum, scilicet Coloniae,—continue resideant LXX. eorum, aut plures, inter quos forsitan non sunt quinque vel sex sufficientes ad proponendum verbum Dei populo. Et tot pro una tota provincia sufficere

possent. Cap. 12, page 96: *Sed timeo, dato etiam, quod ista reformatio fiat in scriptis, etiam certis juramentis et firmamentis ac pactis adjectis, quod post per Papam et Cardinales, ac caeteros ipsius Curiae Officiales et Praelatos non observarentur, dicente Francisco Petrarca in libro sine nomine: Crescutibus flagitiis hominum crevit veri odium, et regnum blanditiis atque mendacio datum est. Et quia difficile est, consuetam relinquere.*—Cap. 16, p. 105: Aut ergo congregetur Ecclesia ad hoc, ut sancita et acitata in concilio Pisano demandentur ulteriori et reali executioni, et illi duo (Greg. XII. et Bened. XIII.) privati de jure etiam priventur de facto. Aut ubi hoc remedium reperiri non poterit, quod est verisimile reperiri non posse propter adstrictas obedientias eis subditas, seu potentes obedientes ipsis, qui ab eis deviare nolunt: tunc, si illi duo privati et abjecti petant generale concilium, et promittant, se ibidem personaliter velle comparere, et suo juri de facto, quod habent, libere et pure renunciare in casu, quo Dominus noster Papa Johannes etiam suo juri renunciare velit: tunc in isto casu quid fiet, dicam sine praepjudicio, quod ipse Dominus noster Papa, si alias non potest consuli Ecclesiae,—non dico unum Papatum, sed plures, si essent possibiles, teneatur in casu isto libenter et voluntarie renunciare, et Papatui suo cedere, ne respublica et tota Ecclesia propter unum hominem peccatorem siue virtutibus et exemplis bonis debeat perire. Cap. 17, p. 107: Tunc—universalis Ecclesia—reformabitur. Sed tunc caveat universalis Ecclesia super omnia, ut nunquam sub quovis colore concedat Papae potestatem dispensandi contra statuta generalis Concilii, aut ea interpretandi, seu immutandi propter varietates temporum, et novos supervenientes casus; sed quod solum illa debeant immutari per aliud Concilium generale, fiendum de tempore in tempus propter reformationem Ecclesiae. Luce enim clarius constat, quod pro majori parte facta et ordinata in quatuor generalibus Conciliis principalibus, et aliis Conciliis per temporum successiones statuta, crescente avaritia Pontificum, Cardinalium, et Praelatorum, tam per Papae reservationes, quam per iniquas Camerae Apostolicae constitutiones et Cancellariae regulas, et formulas audientiae causarum Rotae, et ambitiosas dispensationes, absolutiones, indulgentias, confessionalia, officium poenitentiariae sint fere immutata, annihilata, et quasi in derisum et oblivionem posita.—Cap. 24: Subsequenter autem venio ad illas novellas constitutiones Alexandri et Johannis praedictorum, quibus cavetur, quod promotus ad aliquam Ecclesiam cathedralem, vel aliquod Monasterium, etc., et quod impetrans beneficium reservatum a Papa, etc. (see § 130, note 12.) Huic quaestioni, Pater reverende, cum non sint de jure, sed de facto hae pestiferae constitutiones, satisfacere nequeo ad praesens, cum sint super violentia manifesta, Simonia publica, rapacitate lupina, et ovium Christi dispersione fabricatae, quaeque ad aliud non sunt, nisi ut eorum conditores furentur, mactent et perdant, ipsi videlicet Papae et Cardinales. Quocirca ut futurus Rex vel Imperator Romanus, Domino concedente, adhaereat dictis Angelo (Gregorio XII.), et Petro (Benedicto XIII.), et tali lupo rapaci, et tali raptori tyranno (Joanni XXIII.), qui non regnat in Ecclesia, nec principatur propter bonum commune, sed solum propter bonum privatum, et ejus principatus est manifesta tyrannus, quod sana conscientia compellat, seu compelli faciat, aut audeat compellere, non video.—Sic ergo concludo, quod superioribus sit obediendum in lictis et honestis: non autem compelli debemus ad eorum obedientias, ubi opera eorum sunt notorie prava, et totam Ecclesiam scandalizantia; ubi est patrimonii Christi manifesta dissipatio et injuriosa dispensatio; ubi pastores sunt tonsores; ubi non sunt agni, sed lupi; ubi non sunt dispensatores mysteriorum Christi, sed dissipatores; ubi non sunt sobrii, sed ebrii; ubi non sunt Praelati, ponentes animas suas pro ovibus suis, sed Pilati, satisfaciennes aliorum cupiditatibus et desideriis, et ubi non mittunt retia sua in capturam animarum, sed pecuniarum. Omnis enim eorum cura circa acquisitionem pecuniarum est. Et breviter, ubi non Christi, sed mores gerunt Antichristi. Et ideo Christus dixit, talibus non obediendum. *In novissimis enim temporibus multi venient in nomine meo, dicentes: ecce hic Christus, ecce illic Christus* (Matth. xxiv. 23): sicut modo dicitur: ecce hic est verus Papa, ecce iste alius est verus Papa. *Nolite credere eis, ait Christus.* Imo, si nos debemus subtrahere ab omni fratre ambulante inordinate, quanto magis a superiori perverso et iniquo, ex cujus exemplo tota corrumpitur respublica, et sancta mater Ecclesia deturpatur.

sembling in such numbers at the synod of Constance² that John XXIII. could not long remain ignorant of the dangers which there threatened him. True, he opened the council with all Papal honors (5th November, 1414); but the preponderance of Italian voices, which at the earlier synods had always been in favor of the popes, was at once lost to him by the resolution that votes should be given by nations.³ From an anxious desire to put an end to the schism, the council immediately adopted the position, to let drop the decrees of Pisa, upon which John XXIII. rested his claim, and to persuade all three popes to a voluntary resigna-

² See Gebhard Dächer's list, made by order of the Elector of Saxony, who had the superintendence, in v. d. Hardt, t. v. P. ii. p. 10 ss., and another in Justinger's *Berner Chronik*, s. 320 ff. Compare Lenfant, t. ii. p. 365 ss. Dächer's list concludes: *Mulieres communes, quas reperi in domibus, et ultra et non minus, exceptis aliis, DCC. Justinger: offen fahrend Dirnen ob 700, denne ander heimlich Dirnen und Curtisanen vast viel.*

³ See v. d. Hardt, t. ii. p. 224 ss. The papal party wished, quod in Concilio—soli Praelati majores, Episcopi et Abbates habeant vocem in definitiva sententia agendorum. On the other hand, the Card. Cameracensis (Petrus de Alliaco) gave his opinion, in a *schedula*, in which he directed attention to the point, quod a tempore nascentis Ecclesiae—varii fuerunt modi observati—in modo congregationis et deliberationis Conciliorum generalium. Nam, sicut patet in Actibus Apostolorum,—quandoque in Conciliis congregabatur tota communitas Christianorum, quandoque Episcopi, Presbyteri, Diaconi, quandoque soli Episcopi sine Abbatibus quandoque cum Episcopis Abbates, quandoque Imperator convocabat et congregabat Concilium.—Item sciendum est, quod quando in Conciliis generalibus soli Episcopi habebant vocem definitivam, hoc fuit, quia habebant administrationem populi, et erant viri sancti et docti et electi prae caeteris in Ecclesia christiana. Postea fuerunt additi Abbates eadem de causa, et quia habebant administrationem subjectorum. Et eadem ratione addi deberent Priores aut Majores quarumcunque congregationum plus quam Episcopi, vel Abbates inutiles, solum titulares.—Item eadem ratione, qua supra, non sunt excludendi a voce definitiva Sacrae Theologiae Doctores, ac juris canonici et civilis. Quibus, et maxime Theologis, datur auctoritas praedicandi aut docendi ubique terrarum, quae non est parva auctoritas in populo Christiano, sed multo major quam unius Episcopi vel Abbatis ignorantis, et solum titularis. Et quia antiquitus haec Doctorum auctoritas non erat introducta per modum Studiorum generalium, quae hodie auctoritate Ecclesiae observatur, de eis non fit mentio in antiquis juribus communibus, sed in Concilio Pisano et Romano (from 1412) eorum auctoritas allegatur, et in definitiva sententia se subscribunt. Quare eos in simili excludere praesens Concilium, quod est dicti Pisani continuativum non solum esset absurdum, sed dicti Pisani Concilii quodammodo reprobativum.—Item quantum ad materiam terminandi praesens schisma et dandi pacem Ecclesiae, velle excludere Reges, Principes aut Ambasiatores eorum—a voce seu determinatione etiam conclusiva, non videtur justum, aequum, aut rationi consonum: cum hujusmodi pacis conclusio ad eos et populos eis subjectos valde pertineat, et sine eorum consilio, auxilio et favore non possint ea, quae in hoc Concilio concludentur, executioni mandari. To the same effect speaks the *Schedula* of the Cardinal S. Marci (Guil. Philasterius, Fillastre), p. 226: Tu, quisquis es, qui praetendis primo, solos majores Praelatos, ut his verbis utar, Episcopos et Abbates, habere vocem in generali Concilio: et ita excludis Doctores, Archidiaconos, Rectores parochialium Ecclesiarum, caeterosque dignitates habentes, quibus cura imminet animarum, Ordines praeterea ecclesiasticos, Sacerdotes et Diaconos, dic, ubi illos non admittendos legisti? Et si legeris Conciliorum antiquorum actiones, reperisti Sacerdotes et Diaconos

tion.⁴ John XXIII., when a frightful accusation threatened to

admissos.—Si Canonista es, vide textum Canonis dicentem, quod Doctorum Ordo quasi praecipuus est in Ecclesia Dei. Illum ergo Ordinem, et quasi praecipuum Ordinem repellis, et admittis indistincte Episcopos et Abbates, quorum pars major indocta. Et attende, quod Rex, vel Praelatus indoctus est asinus coronatus. Cum illis ergo Doctores admitte, ut illorum scientiae defectum, qui tamen auctoritatem habent, istorum scientia et doctrina suppleant. Then it is also maintained: Inter episcopos et Presbyteros, quantum ad ordinationem et meritum, Apostolus nullam differentiam facit. After this question came the other, p. 230: quomodo deciderentur agenda in Concilio, et fieret scrutinium votorum? utrum per nationes in genere, quarum quatuor erant, nimirum Italiae, Galliae, Germaniae et Angliae, vel per capita singula? Et licet clarum de jure videatur, quod perscrutanda sint vota per capita singula: *quia tamen plures sunt Praelati Italiae pauperes, quam fere de omnibus nationibus, praeterea Dominus noster fecit in numero excessivo Praelatos Cubicularios ultra quinquaginta; dicitur praeterea, quod multos voluit sibi obligare juramentis et muneribus, alios minis terruisse, ut ita scrutando per capita nihil fieret, nisi quod vellet Dominus noster*: in istis quaestionibus Concilium diu pependit.—Interim Nationes ulterioris Galliae, Germaniae et Angliae, et ita postea Italiae, per se ipsas se congregaverunt et deciderunt *de facto* quaestionem. *Cerretanus* in Actis Conc. Const. (v. d. Hardt, iv. ii. p. 40) says: Die Jovis, septima Februarii, post nonnullas disceptationes decretum est, ut in Concilio per Nationes, et non per vota procederetur.

⁴ In the Congregation on 7th December, 1414, a proposal was made by the Italians devoted to John XXIII. (see *Schedula* in v. d. Hardt, iv. i. p. 24), quod declararetur, Concilium Pisanum, omniaque et singula acta et gesta in eo, indeque secuta, fuisse et esse rationabilia et canonica, et ab omnibus et per omnia admittendum fore, et sub poenis canonice admitti debere, et executioni subjacere condemnata in eo. Et pro eorum executione quod Papa teneatur et debeat expellere Petrum de Luna, et persequi Errorium (Gregorium XII.) dejectos, eorumque fautores et defensores. On the other side, Petrus de Alliaco, Card. Cameracensis, sought to avert the confirmation of the council of Pisa (*Schedula* in v. d. Hardt, ii. p. 194): In praesenti Concilio non est revocandum in dubium, sed pro fundamento supponendum, quod Concilium Pisanum fuit legitimum, et canonice celebratum, et ideo stabile et firmum.—Confirmatio Pisani Concilii, simpliciter et sine nova causa facta, non habet proprie auctoritatem mentes solidandi, sed magis irritandi, nec omnem scrupulositatem in causa dicti Pisani Concilii amovendi, seu errores circa ipsum extirpandi, sed magis novos errores inducendi, et schismatis obstinationem confirmandi, nisi prius convenientia remedia adhibeantur. In a second *Schedula* he proposed (l. c. p. 196): quia ejectio duorum contententium de Papatu non est facilis vel verosimilis obtineri via belli, tentandum erit, et diligenter tractandum, quod fiat pax per ipsorum reductionem vel voluntariam cessionem. He came forward afterward with still greater plainness in some *Conclusiones* (l. c. p. 200): Licet Concilium Pisanum probabiliter credatur repraesentasse universalem Ecclesiam, et vices ejus gessisse, quae Spiritu Sancto regitur, et errare non poterit: tamen propter hoc non est necessario concludendum, quod a quocunque fidei sit firmiter credendum, quod illud Concilium errare non potuit, cum plura priora Concilia fuerint generalia reputata, quae errasse leguntur. Nam secundum quosdam magnos Doctores generale Concilium potest errare non solum in facto, sed etiam in jure, et quod magis est, in fide. Quia sola universalis Ecclesia hoc habet privilegium, quod in fide errare non potest. In January, 1415, ambassadors came also from Gregory XII. and Benedict XIII. (v. d. Hardt, iv. ii. p. 33 ss.), and Gregory XII. declared by his (v. d. Hardt, ii. p. 204); viam cessionis Papatus—ex nunc pura et sincera intentione offerimus—juxta determinationem Concilii per Regiam Majestatem de omnibus obedientiis et nationibus in hoc schismate in civitate Constantiensi congregati, dicto Balthasare, qui a nonnullis Johannis XXIII. nuncupatur, non praesidente, nec interessente, cum effectu perficiendam, praefatis Petro de Luna et Balthasar Cossa idem facientibus. In February, the Cardinalis S. Marci (Guillelmus Philasterius, formerly Dean at Rheims) first came forward with the proposal (v. d. Hardt, ii. p. 210) cessionis

lead to an examination into his crimes, found himself compelled, on 2d March, 1415, to promise his resignation.⁵ Thereupon, in-

fiendae ab omnibus, and on the question—*utrum ad illam teneatur Dominus Johannes*, declared himself to this effect; in casu, in quo est manifeste Summus Pontifex, quanto verior pastor Ecclesiae, tanto libentius, ferventius et citius debet pro pace et unione Ecclesiae aggredi viam cessionis et offerre. Patet conclusio ex dictis summi pastoris dicentis: *bonus pastor animam suam ponit pro ovibus suis* (Jo. x. 12).—Si autem animam tenetur ponere, multo magis accidentia vitae, honorem, potestatem, dominatum.—Quia ex praemissis tenetur ad hoc, igitur compelli potest, si recusat.—Nec dabitandum, quin generale Concilium sit iudex competens in hac parte. On the other hand, the papal party gave in several *Schedulae* (l. c. p. 214 ss.), in which it was particularly proved, p. 216, that—via cessionis, quae Domino nostro proponitur,—quoad Concilium Pisanum, est irrationabilis et injusta, quia est reprobativa et annullativa ipsius Concilii Pisani. But the Card. Cameracensis answered (p. 220): Licet Concilium (Pisanum) fuerit legitime et canonice convocatum, rite et canonice celebratum, et duo olim contententes de Papatu juste et canonice condemnati, et electio Domini Alexandri V. fuerit canonice et rite facta,—prout haec omnia tenet Obedientia Domini nostri Papae Johannis XXIII.: tamen duae Obedientiae duorum contententium probabiliter tenent contrarium. In qua opinionum diversa et adversa varietate non sunt minores difficultates juris et facti, quam ante Concilium Pisanum erant de justitia duorum contententium. Ex quo sequitur secunda conclusio, quod, sicut ante Concilium Pisanum ad evitandum difficultates juris et facti, et prolixitatem, et dilationem pacis Ecclesiae, tunc acceptata fuit ab omnibus Christifidelibus et laudata via cessionis amborum contententium, sic et nunc trium contententium de Papatu, similiter etiam majori ratione acceptanda est et laudanda.—Sexta conclusio: Licet regulariter Papa verus et canonicus, de haeresi aut nullo notorio crimine Ecclesiam scandalizante non infamatus, nec suspectus, nequeat ab aliquo particulari collegio, seu persona singulari contra ea quae sunt sui juris compelli vel arctari: tamen ab universali Ecclesia, seu Concilio generali ipsam repraesentante, attentata prolixitate casus praesentis, pro pace Ecclesiae celerius procuranda, juste posset ad cessionem compelli. Septima conclusio: Si in casu praedicto Papa dictam viam pertinaciter recusaret, legitime posset tanquam schismaticus et de fautoria schismatica pravitatis suspectus rationabiliter condemnari. The result of these negotiations was, p. 230: Et finaliter omnes declinarunt ad viam cessionis secundum formam primae schedulae super hoc datae per Cardinalem S. Marci. Viz. (v. d. Hardt, iv. ii. p. 41): Die 15. mensis Februarii Germanica, Gallica et Anglica nationes viam cessionis tanquam salubriorem ad unionem Ecclesiae conficiendam elegerunt, utque natio Italica eandem approbaret, impetrarunt.

⁵ Theodoricus de Nieme de Vita Jo. XXIII. lib. ii. cap. 3. (v. d. Hardt, ii. p. 391): Quibus sic stantibus (toward the middle of February, 1415) quidam, ut praesumitur, Italicus multos articulos valde famosos, et omnia peccata mortalia, necnon infinita quodammodo abominabilia continentes contra eundem Balthasarem in eodem Concilio exhibuit in scriptis, tamen secrete, quod super illis contra eundem Balthasarem fieret inquisitio, et provideretur instanter per Concilium memoratum. Quibus quidem articulis per aliquot majores nationum Germaniae, Angliae et Poloniae perfectis, ipsi nullatenus consentire volebant, quod dicti articuli publicarentur, aut contra ipsum Balthasarem inquisitio fieret hujusmodi super illos. Et hoc propter honestatem. Et si contrarium fieret, ut asserebant, per hoc macularetur sedes Apostolica, et confunderentur enormiter etiam omnes de obedientia dicti Balthasaris, et ponerentur in dubio promotiones et provisiones per ipsum factae, et multa scandala exinde subsequi possent. Plerisque etiam aliis nobilibus viris assentientibus et consulentibus, quod illa via inquisitionis fieret, quae compendiosa foret, et ipsi articuli, et contenta in eis, saltem pro majori parte essent notoria seu manifesta, et propterea modica vel nulla probatione indigerent. Quibus etiam interim clanculo et proditorie ad notitiam dicti Balthasaris deductis illico mente consternatus est, et coepit valde tremere et timere, ac etiam quosdam sibi secretos Cardinales—

deed, he withdrew, on 21st March, to Schaffhausen;⁶ but by so doing he only gave an opportunity to the council, encouraged by the firmness of the Emperor, who was present in person, and by the powerful oratory of Gerson,⁷ to assert in solemn decrees its own designs and its own dignity in contrast with the Papacy.⁸

consulere,—asserens, quod quaedam in ipsis articulis descripta tanquam homo peccando commisisset, et aliqua non. Et proposuit tunc in mente sua, prout et ore propalavit, quod ipsemet dictum Concilium vellet personaliter accedere, et quae de contentis in eisdem articulis perpetrasset, coram ipso Concilio in publico fateri, *fundans se in hoc, quod Papa propter quodcunque delictum, ut dicebat, nisi propter haeresim, deponi non posset.*—Cap. 4. Concilium autem, seu majores deputati in eodem, ignorantes, quod ipse Balthasar praedictos articulos sciret,—accesserunt ad eum, rogantes unanimiter, ut viam cessionis sui Papatus eligeret, ad hoc, quod alii contententes de Papatu illam similiter acceptarent, quia alias non viderent modum aptum, quod praefata unio fieret in universali Ecclesia pro hac vice. Ad hoc ipse laeto animo, observata tamen, ex industria, quadam gravitate, respondit, se facturum quod peterent, dum tamen ipsi alii duo contententes idem facere vellent. Maluit enim illam viam per se, ut existimo, amplecti, quam praedicti articuli ad ejus dejectionem a Papatu admissi et probati fuissent. The first forms of the promise (v. d. Hardt, ii. p. 232), which John XXIII. offered, were not satisfactory to the council, because he promised to yield—non nisi aliis cedentibus, and—propter verba irritativa, quia alii vocantur condemnati de haeresi: at length he adopted, on the first of March, the following formula, and swore to it on the 2d March in the *Sessio generalis* II. (l. c. p. 240): Ego Johannes Papa XXIII. propter quietem populi Christiani profiteor, spondeo et promitto, juro et voveo Deo et Ecclesiae, ac huic sacro Concilio, sponte et libere dare pacem Christi Ecclesiae per viam meae simplicis cessionis, et eam facere et adimplere cum effectu juxta deliberationem praesentis Concilii, si et quando Petrus de Luna, Benedictus XIII., Angelus Corario, Gregorius XII. in suis obedientiis nuncupati, Papatui, quem praetendunt, per se vel procuratores suos, legitime cedant: et etiam in quocunque casu cessionis vel decessus, aut alio, in quo per meam cessionem poterit dari unio Ecclesiae Dei per extirpationem praesentis schismatis. Though he was bound to issue *litterae testimoniales* on this point, he refused at first (Theod. de Niem, l. c.). However, on the 7th March he had a bull prepared in which that promise was incorporated word for word (see in v. d. Hardt, iv. ii. p. 53.).

⁶ Theod. de Niem, ii. 7. The letters to the King of France, the Duke of Orleans, and the University of Paris, in which the Pope sought to justify his flight, on the plea that he was neither safe nor free at Constance, that the Emperor Sigismund conducted the council entirely according to his own will, and so on, may be seen in v. d. Hardt, ii. p. 253 ss. There are letters of the same kind to the King of Poland, the Dukes of Berri and Burgundy, in Bourgeois du Chastenot, Preuves p. 318; to the Duke of Orleans, in J. G. Schelhorn's *Ergötzlichkeiten aus der Kirchenhistorie u. Literatur.* Bd. i. s. 27, f. There are letters of defense from the council to the princes, in v. d. Hardt, iv. p. 108; to the King of France, *ibid.* p. 129; more fully in Schelhorn, *ibid.* s. 225. In the first we find, p. 111: Nos igitur, cum omnia diligenter pensamus, et maturo judicio deliberamus, nil aliud eundem (Papam) attentasse conspicimus, quam hujusmodi Concilii dissolutionem, utpote ad unionem Ecclesiae intendentis. And thus, according to Theod. de Niem, ii. 8, the cardinals of the Pope's party at Constance endeavored to spread the opinion, quod Concilium dissolutum esset propter absentiam et recessum dicti Balthasaris.

⁷ See Oratio Publica de Concilii Auctoritate, delivered on March 23, in v. d. Hardt, ii. p. 265 ss. Gersonis Opp. ed. du Pin, t. ii. P. ii. p. 201 ss.

⁸ Sess. generalis III. d. 26. Mart., Decreta pro Concilii integritate et auctoritate post fugam Papae, per Cardinalem Zabarellam praelecta (in v. d. Hardt, iv. p. 72): Ad honorem, laudem et gloriam sanctissimae Trinitatis, Patris et Filii et Spiritus Sancti, pacemque in terris hominibus bonae voluntatis divinitus promissam in Dei Ecclesia con-

The process, immediately commenced against John XXIII., ended

sequendum, haec sancta Synodus, sacrum generale Concilium Constantiense nuncupata, pro unione et reformatione dictae Ecclesiae in capite et in membris fienda, in Spiritu Sancto hic debite congregata, decernit, declarat, diffinit, et ordinat, ut sequitur: Et primo, quod ipsa Synodus fuit et est recte et rite convocata ad hunc locum civitatis Constantiensis, et similiter recte et rite initiata et celebrata. Item quod per recessum Domini nostri Papae de hoc loco Constantiensi, vel etiam per recessum aliorum Praelatorum, seu aliorum quorumcunque, non est dissolutum hoc sacrum Concilium, sed remanet in sua integritate et auctoritate, etiamsi quae ordinationes factae essent in contrarium, vel fierent in futurum. Item quod istud sacrum concilium non debet dissolvi, nec dissolvatur usque ad perfectam exstirpationem praesentis schismatis, et quousque Ecclesia sit reformata in fide et in moribus, in capite et in membris. Item quod ipsum sacrum Concilium non transferatur ad alium locum, nisi ex causa rationabili, et de consilio hujus sacri Concilii deliberanda et concludenda. Item quod Praelati et alii, qui debent interesse huic Concilio, non recedant ab hoc loco ante finitum Concilium, nisi ex causa rationabili, examinanda per deputatos seu deputandos ab hoc sacro Concilio. Qua causa examinata et approbata possint recedere cum licentia ejus vel illorum, qui habebit vel habebunt auctoritatem. Et tunc recedens teneatur dimittere potestatem suam aliis remanentibus sub poenis juris et aliis per hoc sacrum Concilium indicendis et contra eos exequendis. Still more important resolutions were immediately after adopted by the nations. The cardinals wished for several omissions, and although the nations refused to yield (v. d. Hardt, iv. p. 81 ss.), yet the Cardinal Florentinus (Zabarella) published the resolutions with these omissions in the fourth solemn general session March 30; see l. c. p. 89. General dissatisfaction with the cardinals was caused by this action (l. c. p. 92); compare the violent invective of Benedictus Gentianus, representative of the University of Paris, against them, in v. d. Hardt, ii. p. 279. It was determined, with general assent, that the decree should be repeated un mutilated in the fifth general session April 6; see v. d. Hardt, ii. p. 98 (the part omitted by Zabarella is printed in Italics): In nomine sanctae et individuae Trinitatis, Patris et Filii et Spiritus Sancti, Amen. Haec sancta Synodus Constantiensis, generale Concilium faciens, pro exstirpatione praesentis schismatis, et unione ac reformatione Ecclesiae Dei in capite et in membris fienda, ad laudem omnipotentis Dei in Spiritu Sancto legitime congregata, ad consequendum facilius, securius, uberius, et liberius unionem ac reformationem Ecclesiae Dei, ordinat, diffinit, statuit, decernit et declarat, ut sequitur. Et primo declarat, quod ipsa in Spiritu Sancto legitime congregata, generale Concilium faciens, et Ecclesiam Catholicam militantem repraesentans, potestatem a Christo immediate habet, cui quilibet, cujuscunque status, vel dignitatis, etiamsi papalis, existat, obedire tenetur in his, qua pertinent ad fidem et exstirpationem dicti schismatis, ac *generalem reformationem Ecclesiae Dei in capite et in membris*. Item declarat, quod quicumque, cujuscunque conditionis, status, vel dignitatis, etiamsi papalis, existat, qui mandatis, statutis seu ordinationibus, aut praeceptis hujus sanctae Synodi et cujuscunque alterius Concilii generalis legitime congregati, super praemissis seu ad ea pertinentibus, factis vel faciendis obedire contumaciter contempserit, nisi resipuerit, condignae poenitentiae subjiciatur, et debite puniatur, etiam ad alia juris subsidia, si opus fuerit, recurrendo. Item diffinit et ordinat sancta Synodus, quod Dominus Johannes XXIII. Romanam Curiam et Officia publica, illius seu illorum Officiarios de hac civitate Constantiensi ad alium locum non mutet aut transferat, seu personas ditorum officiariorum ad sequendum eum directe vel indirecte cogat, sine deliberatione et consensu ipsius s. Synodi.—Item ordinat et diffinit, quod omnes et singulae translationes Praelatorum, necnon privationes eorundem aut aliorum beneficiatorum, officialium, administratorum, quarumcunque commendarum ac donationum revocationes, monitiones, censurae ecclesiasticae, processus, sententiae, et quaecunque acta, gesta, gerenda, agenda aut fienda per praefatum Dominum Johannem Papam, aut suos officarios vel commissarios in laesionem dicti Concilii seu adhaerentium eidem, a tempore inchoationis ejusdem Concilii—facta seu facienda,—auctoritate hujus sacri Concilii ipso facto sint nulla, cassa, irrita et inania.—Item declarat, quod idem Johannes Papa XXIII., et omnes

with the sentence of his deposition on the 29th May, 1415;⁹ Greg-

Praelati, ac alii ad hoc sacrum Concilium vocati, et alii in eodem Concilio existentes, in plenaria libertate fuerunt et existunt, ut visum est dicto sacro Concilio, nec ad notitiam dictorum vocatorum seu dicti Concilii contrarium deductum est. Et hoc testificatur dictum sacrum Concilium coram Deo et hominibus. Among these decrees, the first of the fifth session has always been particularly offensive to the ultramontanes. So they denied its validity, Card. Cajetanus, De Auctoritate Papae et Concilii, Bellarminus, De Conciliis et Ecclesia, lib. ii. c. 19, Andreas Vallius, De Suprema Potest. Papae, p. iv. q. 7; on the other hand, the Gallicans maintained its validity; see Richerii Hist. Conciliorum, lib. ii. c. 3, § 7. After the Gallican clergy, in their famous propositions of 1682, had declared,—*nec probari a Gallicana Ecclesia, qui eorum decretorum, quasi dubiae sint auctoritatis ac minus approbata, robur infringant aut ad solum schismatis tempus Concilii dicta detorqueant*, there appeared the work of Emanuel a Schelstraten, viz., *Acta Constantiensis Concilii ad expositionem decretorum ejus sessionum quartae et quintae facientia, nunc primum ex Codd. MSS. in lucem eruta ac dissertatione illustrata*, Antverp. 1683. 4, in which not only are the earlier subterfuges repeated, but it is also asserted that the first decree of the fourth session was interpolated by the Council of Basle, which, it was alleged, collected the acts of the Council of Constance first in 1442; and that the genuine decree only read—in his quae pertinent ad extirpationem dicti schismatis; and, further, that the decrees of the fifth session were drawn up without sufficient deliberation, and without the consent of all. On the contrary side are the Gallicans, Louis Maimbourg in his *Traité Hist. de l'Etablissement et des Prerogatives de l'Eglise de Rome et de ses Evêques*. Paris, 1685, 12. c. 23-25; Du Pin, *De Antiqua Eccl. Disciplina.*, cap. vi. § 6; Natalis Alexander *Hist. Eccl. Saec. xv. et xvi. Diss. 4.* After v. d. Hardt had published more exact reports of the deliberations of the congregations, Schelstraten's assertion was seen to be officially refuted.

⁹ In Sess. VI. 17th April, 1415, the council consented to the project of a *Procuratorium super renunciatione Papatus*, to be executed by John XXIII. (v. d. Hardt, iv. p. 114), by virtue of which the *Procuratores* to be nominated by him should be legally authorized to make renunciation in his stead, under the conditions sworn to by himself, with the definite statement: *Et si quovismodo contingeret, hujusmodi procuratorium seu procuratores nos recovare,—impugnare, etc., ex nunc prout ex tunc ipsi Papatui cedimus et renunciamus ipso facto, et deinceps pro non Papa haberi—volumus.* When the Pope refused to execute this *Procuratorium* thus set before him, in the Sess. Gen. VII., May 2, a citation ensued (l. c. p. 143); in the Sess. Gen. X., May 14, suspension (l. c. p. 183); and, after seventy *Articuli* (l. c. p. 196), several of which, however, were not read in public because of their scandalous contents (p. 237, 247), had been proved by witnesses (p. 253), in the Sess. Gen. XII., May 29, the *Sententia depositionis* (l. c. p. 280), in which the synod declared, *recessum per—Johannem Papam XXIII. ab hac civitate Constantiensi—clandestine—factum fuisse et esse illicitum, Ecclesiae Dei et dicto Concilio notorie scandalosum, pacis et unionis ipsius Ecclesiae turbativum et impeditivum, schismatis inveterati nutritivum, a voto, promissione et juramento per ipsum Dominum Johannem Papa Deo, et Ecclesiae, ac huic sacro Concilio praestitis deviativum; ipsumque Dominum Johannem Papam Simoniacum notorium, bonorumque et jurium, nedum Romanae, sed aliarum Ecclesiarum—dilapidatorem notorium, malumque spiritualium et temporalium Ecclesiae administratorem et dispensatorem fuisse et esse, suis detestabilibus inhonestisque vita et moribus Ecclesiam Dei et populum Christianum notorie scandalizantem;—postque monitiones debitas et charitativas, iteratis et crebris vicibus eidem factas, in praemissis malis pertinaciter perseverasse, seque ex hoc notorie incorrigibilem reddidisse: ipsumque—tanquam indignum, inutilem, et damnosum a Papatu—amovendum, privandum et deponendum fore.* Et eum dicta sancta Synodus amovet, privat et deponit, universos et singulos Christicolae, cujuscunque status, dignitatis, vel conditionis existant, ab ejus obedientia, fidelitate et juramento absolutos declarando.—Eumque ad standum et morandum in aliquo loco bono et honesto sub custodia tuta Serenissimi Principis Domini Sigismundi, Romanorum et Hungariae Regis,—nomine dicti sacri

ory XII. resigned voluntarily on the 4th July.¹⁰ Only Benedict XIII. remained immovable. Although the kingdom of Spain renounced his obedience on the 6th January, 1416, and united itself in October to the council as the fifth nation, still all attempts at a compromise with him were vain, and he himself gave no heed to the sentence of deposition pronounced against him by the council, 26th July, 1417.¹¹ However, as his *obedience* was restricted to the small town of Peniscola in Valencia, there was no need of taking any further notice of him.¹²

The Emperor Sigismund and the Germans, supported at first by the English, taking warning from the Council of Pisa, now desired that the proposed reformation¹³ should be taken in hand

Concilii generalis, quamdiu dicto sacro generali Concilio pro bono unionis Ecclesie Dei videbitur, condemnandum fore, et eadem sententia condemnat. Alias vero poenas, quae pro dictis criminibus et excessibus inferri deberent juxta canonicas sanctiones, dictum Concilium arbitrio suo reservat declarandas et infligendas secundum quod rigor justitiae vel misericordiae ratio suadebit.

¹⁰ Sess. Gen. XIV. in v. d. Hardt, iv. p. 346 ss. He was thereupon appointed by the council Cardinal Legate of the March of Ancona (l. c. p. 474). Cf. Theodorici de Niem hber iii., De Fatis Constantiensibus reliquorum duorum Pontificum Gregorii XII. et Petri de Luna, aliisque negotiis in Concilio, remoto Balthasare, incidentibus, in v. d. Hardt, ii. p. 409 ss.

¹¹ Theod. de Niem, l. c. The negotiations with him of the Emperor Sigismund, who went to Spain for the purpose in September, 1415, may be seen in v. d. Hardt, ii. p. 484 ss. The doings of the council against him may be found scattered in v. d. Hardt, iv. The sentence of deposition, Sess. XXXVII., July 26, in v. d. Hardt, iv. p. 1373, designates him as—perjurum, universalis Ecclesie scandalizotorem, fautorem et nutritorem inveterati schismatis,—et haeticum a fide devium, et articuli fidei *Unam sanctam catholicam Ecclesiam* violatorem pertinacem, cum scandalo Ecclesie Dei incorrigibilem, notorium et manifestum. According to Jo. Niderus (a Dominican at Basle and Vienna, † 1438), De Visionibus ac Revelationibus (or Formicarius) ed v. d. Hardt, Helmstadii, 1692. 8. lib. iii. c. l., Benedict had received a prophecy from a certain abbot, quod plura passurus esset ab adversariis, quod obsideri deberet,—sed tandem Romam iturus esset, et in unione Ecclesie ibidem, adepta pacifica possessione et sedato schismate, quieturus.—In praedictam prophetiam fatue confidens remotus a Papatu obedire renuit, in munitiunculam fugit, et tandem in exilio, pertinax in sua opinione, vitam nec Romae, nec in pace, sed in miseria finivit.

¹² Benedict XIII. died in 1424. He left behind him four cardinals, three of whom elected a Clement VIII., the fourth a Benedict XIV. Clement VIII. was obliged to abdicate at a council in Tortosa, A.D. 1429.

¹³ On the necessity for reform see Petri de Alliaco Canones Reformandi Ecclesiam in Conc. Constantiensi, presented to the council on 1st November, 1416 (in v. d. Hardt, I. viii. p. 409), in *Praefat.*: Quae Ecclesiae reformatio quam necessaria olim fuerit, et amplius modo sit, evidenter ostendit defenda ipsius deformatio. De qua lamentabiliter conquirebatur b. Bernhardus, serm. xxxiii. super Cant. (compare vol. ii. § 65, note 10).—Si haec a b. Bernhardo dicta sunt, nunc multo magis dici possunt. Quia ex eo Ecclesia de malis ad pejora processit, et in omni tam spirituali quam saeculari statu abjecto decore virtutum in variam cecidit turpitudinem vitiorum.—Hoc autem Deus misericordissimus, qui solus ex malis bona novit elicere, ideo permittere credendus est, ut eorum occasione Ecclesia sua in melius reformetur. *Quod nisi celeriter fiat, audeo dicere, quod, licet mag-*

before the election of a new Pope. But the cardinals and the rest of the nations were so urgent in their opposition to this measure,¹⁴ that the council was satisfied with framing some few reformatory decrees,¹⁵ and with recommending the other subjects for reform

na sint quae videmus, tamen brevi incomparabiliter majora videbimus, et post ista tonitrua tam horrenda, alia horribiliora in proximo audiemus. Eapropter summopere vigilandum est circa reformationem Ecclesiae. In order to prepare for this reformation, in the Sess. XIII., 15th June, 1415 (v. d. Hardt, iv. p. 335), a committee, consisting of four cardinals and deputies of the nations, was appointed as a *Reformatorium*; v. d. Hardt, I. x. p. 583 ss., has published their remarkable protocol.

¹⁴ V. d. Hardt, iv. p. 1394 ss.

¹⁵ Decrees of the Sessio Gen. XXXIX., 9th October, 1417, in v. d. Hardt, iv. p. 1435: I. *De Conciliis generalibus*: Frequens generalium conciliorum celebratio agri Dominici praecipua cultura est, quae vepres, spinas et tribulos haeresium, errorum et schismatum extirpat, excessus corrigit, deformata reformat, et viam Domini ad frugem uberrimae fertilitatis adducit: illorum vero neglectus praemissa disseminat atque fovet.—Propter hoc edicto perpetuo sancimus,—ut amodo concilia generalia celebrentur, ita quod primum a fine hujus Concilii in quinquennium immediate sequens, secundum vero a fine illius immediate sequentis Concilii in septennium, et deinceps de decennio in decennium perpetuo celebrentur in locis, quae summus Pontifex per mensem ante finem cujuslibet Concilii, approbante et consentiente Concilio, vel in ejus defectu ipsum Concilium deputare et assignare teneatur; ut sic per quandam continuationem semper aut Concilium vigeat, aut per termini pendentiam exspectetur.—II. *Provisio adversus futura schismata praecavenda*: Si vero, quod absit, in futurum schisma oriri contingeret,—ipso jure terminus Concilii tunc forte ultra annum pendens ad annum proximum brevius.—Et quilibet ipsorum se pro Romano Pontifice gerentium infra mensem, a die qua scientiam habere potuit, alium vel alios assumpsisse Papatus insignia,—teneatur sub intimatione maledictionis aeternae et amissione juris, si quod forte sibi quaesitum esset in Papatu,—Concilium ipsum ad terminum anni praedictum in loco prius deputato celebrandum indicare et publicare, et per suas literas competitoribus—et cacteris Praelatis ac Principibus—intimare, necnon termino praefixo—ad locum Concilii personaliter se transferre, nec inde discedere, donec per Concilium causa schismatis plenarie sit finita. Hoc adjuncto quod nullus ipsorum contententium de Papatu in ipso Concilio ut Papa praesideat: quinimo—sint ipsi omnes de Papatu contententes, postquam dictum Concilium inceptum fuerit, auctoritate hujus sacrae synodi ipso jure ab omni administratione suspensi.—Quod si forte electionem Romani Pontificis per metum, qui caderet in constantem, seu impressionem de cetero fieri contingat, ipsam nullius decernimus efficaciae vel momenti, nec posse per sequentem consensum, etiam metu praedicto cessante, ratificari vel approbari. Non tamen liceat Cardinalibus ad aliam electionem procedere, nisi ille, qui fuit electus, forte renunciet, vel decedat, donec per generale Concilium de electione illa fuerit judicatum. Et si procedant, nulla sit electio.—Sed—teneantur electores omnes—quam cito sine periculo personarum poterunt—se transferre ad locum tutum, et metum praedictum allegare coram Notariis publicis, et notabilibus personis ac multitudine populi in loco insigni.—Teneantur insuper—provocare sic electum ad Concilium.—III. *De professione facienda per Papam*. IV. *Ne Praelati transferantur inviti*. V. *De spoliis et procurationibus*. Cum per Papam facta reservatio et exactio et perceptio procurationum Ordinariis et aliis inferioribus Praelatis debitum ratione visitationis, necnon et spoliis decedentium Praelatorum, aliorumque clericorum, gravia Ecclesiis, Monasteriis, et aliis beneficiis ecclesiasticisque personis afferant detrimenta: praesenti declaramus edicto, rationi fore consentaneum, ac reipublicae accommodum, tales per Papam reservationes ac—exactiones seu perceptiones de cetero nullo modo fieri seu attentari. Quinimo procurationes hujusmodi, et quorumcunque Praelatorum—in Curia Romana vel extra—decedentium spolia, seu bona eorum mortis tempore reperta, plane et libere pertineant illis,

in general intimations to the future pontiff.¹⁶ Otto Colonna was then elected Pope, on 11th November, 1417, under the name of Martin V. The results justified the fears of the Germans. The feeble glimmer of the council grew pale before the splendor of the new Pope, the first for a long time who had been universally acknowledged; and the Papal monarchy was again immediately elevated without opposition above all the limits which the ecclesiastical aristocracy meant to have imposed upon it. The rules in chancery which Martin V. caused to be prepared immediately after his election were but slightly different from those of former popes, about which there had been so much complaint.¹⁷ The proposals for reformation which he set forth did not by any means correspond with the expectations.¹⁸ But the strength and unity

—quibus alias, praefatis reservationibus mandatis et exactionibus cessantibus competent ac pertinere deberent. Praelatis etiam inferioribus et aliis hujusmodi spoliolorum exactiones praeter et contra juris communis formam fieri interdiximus.

¹⁶ Sessio Gen. XL, 30th October, 1417 (v. d. Hardt, iv. p. 1452): Sacrosancta synodus Constantiensis statuit et decernit, quod futurus summus Pontifex per Dei gratiam de proximo assumendus, cum hoc sacro Concilio vel deputandis per singulas nationes debeat reformare Ecclesiam in capite et Curia Romana secundum aequitatem et bonum regimen Ecclesiae, antequam hoc sacrum Concilium dissolvatur, super materiis articulo- rum, alias per nationes in Reformatoriis oblato- rum, qui sequuntur. 1. Primo de numero, qualitate et natione Dominorum Cardinalium. 2. Item de reservationibus sedis Apostolicae. 3. Item de annatis, communibus servitiis, et minutis. 4. Item de collationibus beneficiorum, et gratiis expectativis. 5. Item de causis in Romana Curia tractandis, vel non. 6. Item de appellationibus ad Romanam Curiam. 7. Item de officiis Cancellariae et Poenitentiariae. 8. Item de exemptionibus et incorporationibus tempore schismatis factis. 9. Item de commendis. 10. Item de confirmationibus electionum. 11. Item de fructibus medii temporis. 12. Item de non alienandis bonis Romanae Ecclesiae et aliarum Ecclesiarum. 13. Item propter quae, et quomodo Papa possit corrigi vel deponi. 14. Item de exstirpatione Simoniae. 15. Item de dispensationibus. 16. Item de provisione Papae et Cardinalium. 17. Item de indulgentiis. 18. Item de decimis. Hoc adjecto, quod facta per nationes deputatione praedicta liceat aliis de Papae licentia libere ad propria remeare.

¹⁷ Martini, P. V. Regulae Cancellariae, die 12. November, 1417, a Johanne Ostiensis Cardinale conscriptae et d. 26th February, 1418, publicatae, in v. d. Hardt, i. xxi. p. 965 ss.

¹⁸ In the beginning of the year 1418 the German nation presented *Avisamenta Nationis Germanicae super articulis juxta decretum Concilii, reformandis, exhibenda Domino nostro sanctissimo* (v. d. Hardt, i. xxii. p. 999 ss.). Toward the end of January came the *Responsio Dom. P. Martini super reformatione capitulorum, in Concilio per decretum statutorum, per modum Avisamenti data Nationibus* (l. c. p. 1021 ss.), the concessions of which fell far short of the requisitions made. With reference to Art. xiii. the proposal of the German nation (l. c. p. 1008) was: Super decimo tertio articulo videtur, quod summus Pontifex non solum de haeresi, sed etiam de simonia notoria tam circa sacramenta, quam circa beneficia ecclesiastica, et quolibet alio notorio crimine gravi, Ecclesiam universalem notorie scandalizante, de quo canonice monitus incorrigibilis extiterit, per generale Concilium puniri valeat, ac deponi etiam de Papatu. Item videtur, quod sanctissimus Dominus noster sacro approbante Concilio specialem constitutionem super hoc,

of the council were already so much broken, that the Pope was able to adjust the most critical points of reformation by concordats with the separate nations;¹⁹ and thus a few general decrees for

quod praemittitur, declaratoriam debeat promulgare, et insuper declarare, quod nedum circa sacramenta, sed etiam circa beneficia ecclesiastica conventionem seu pactionem pecuniariam per se vel alium faciendo crimen pravitatis Simoniacae non evadat (compare vol. iii. § 101, note 29). In the Pope's *Responsio* we find on this head (l. c. p. 1032): Art. xiii.: *Propter quae et quomodo Papa possit corrigi et deponi.* Non videtur, prout nec visum fuit in pluribus nationibus, circa hoc aliquid novum statui vel decerni.

¹⁹ Germanicae Nationis et Martini V. Papae Concordata, published 2d May, 1418 (in v. d. Hardt, i. p. 1055. E. Münch's vollständige Sammlung aller ältern und neuern Konkordate. Th. i. s. 20 ff.). Cap. 1. *De numero et qualitate Cardinalium, et eorum creatione.* Statuimus, ut deinceps numeros Cardinalium S. Romanae Ecclesiae adeo sit moderatus, quod non sit gravis Ecclesiae. Qui de omnibus partibus Christianitatis proportionaliter, quantum fieri poterit, assumantur, ut notitia causarum et negotiorum in Ecclesia emergentium facilius haberi possit, et aequalitas regionum in honoribus ecclesiasticis observetur; sic tamen, quod numerum xxiv. non excedant, nisi pro honore nationum, quae Cardinalem non habent, unus vel duo pro semel de consilio et assensu Cardinalium assumendi viderentur. Sint autem viri in scientia, moribus et rerum experientia excellentes, Doctores in theologia, aut in jure canonico vel civili, praeter admodum paucos, qui de stirpe regia vel ducali, aut magni Principis oriundi existant, in quibus competens literatura sufficiat: non fratres, aut nepotes ex fratre vel sorore, alicujus Cardinalis viventis: nec de uno Ordine Mendicantium ultra unum: non corpore vitiat, nec alicujus criminis vel infamiae nota respersi. Nec fiat eorum electio per auricularia vota solummodo, sed etiam cum consilio Cardinalium collegialiter, sicut in promotione Episcoporum fieri consuevit. Qui modus etiam observetur, quando aliquis ex Cardinalibus in Episcopum assumetur. Cap. 2. *De provisione Ecclesiarum, Monasteriorum, etc.* Sanctissimus Dominus noster Papa, Martinus V., super provisionibus Ecclesiarum, Monasteriorum et beneficiorum quorumcunque utetur reservationibus juris scripti, et constitutionis *Execrabilis* et *Ad regimen* (see vol. iii. § 101, note 10 and 16) modificatae. The Pope accordingly reserved to himself the occupation of all benefices becoming vacant in *Curia*, and thus of all those the incumbents of which were members of the Papal *Curia*, or were deposed or translated by the Pope, and those to which an appointment had been made but annulled by the Pope. The Pope was also to make provision when the election was not made within the proper time. The *maiores dignitates* in the chapters were to be filled up by the election of the chapters, the other stalls alternately by the Pope and those to whom the nomination belonged. A sixth part of the canonries was to be filled up with graduates only, all parish churches likewise with 2000 communicants and more. Cap. 3. *De Annatis.* De Ecclesiis et Monasteriis viro- rum duntaxat vacantibus et vacaturis solvantur pro fructibus primi anni a die vacationis summae pecuniarum in libris Camerae Apostolicae taxatae, quae communia servitia nuncupantur. Si quae vero excessive taxatae sunt, juste retaxentur.—Taxae autem praedictae pro media parte infra annum a die habitae possessionis pacificae totius vel majoris partis solvantur, et pro media parte alia infra sequentem annum. Et si infra annum bis vel pluries vacaverit, semel tantum solvetur.—De ceteris autem dignitatibus—quibuscunque, quae auctoritate sedis Apostolicae conferentur,—solvatur annata seu medii fructus juxta taxam solitam tempore immissionis infra annum. Et debitum hujusmodi in successorem in beneficio non transeat. De beneficiis vero, quae valorem xxiv. florenorum de camera non excedunt, nihil solvatur. Cap. 4. *De causis tractandis in Romana Curia necne.*—Nullae causae in Romana Curia committantur, nisi quae de jure et natura causae in Romana Curia tractari debebant.—Caeterae committantur in partibus. Nisi forte pro causae et personarum qualitate, in commissione exprimenda, illas tractare in Curia expediret pro justitia consequenda, vel de partium consensu in curia tractentur. Cap. 5. *De Commendis.* Ordinatus Dominus noster Papa, quod impos-

reform²⁰ were sufficient to obtain from the council an approval of

terum Monasteria aut magni Prioratus conventuales habentes ultra decem religiosos, et officia claustralia, dignitates majores post pontificales in cathedralibus, sive Ecclesiae parochiales, nulli Praelato, etiam Cardinali, dentur in commendam.—Una etiam Ecclesia metropolitana uni Cardinali vel Patriarchae concedi poterit, provisionem aliam sufficientiorem non habenti. Cap. 6. *De Simonia in foro conscientiae providetur.* Every clerical person was to choose for himself a graduate, or a man otherwise approved for discretion, as his father confessor, who, within the next three months, should absolve him from—simonia active vel passive commissa, and who could remove all the ecclesiastical disabilities resulting from it. Cap. 7. *De non vitandis excommunicatis, antequam per iudicem fuerint declarati et denunciati.* Cap. 8. *De dispensationibus.* Ordinatur etiam Dominus noster, ad Ecclesias cathedrales, Monasteria, Prioratus conventuales, et parochiales Ecclesias super defectum aetatis ultra triennium nullatenus dispensare: nisi forte in Ecclesiis cathedralibus ex ardua et evidenti causa, de consilio Cardinalium—videretur aliter dispensandum. Item Dominus noster in arduis et gravibus casibus sine consilio Cardinalium non intendit dispensare. Cap. 9. *De provisione Papae et Cardinalium.* Romano Pontifici et s. Romanae Ecclesiae Cardinalibus pro illorum sustentatione, rebus Romanae Ecclesiae stantibus ut sunt, non videtur aliter posse provideri, quam hucusque factum est, scilicet per beneficia et communia servitia, quae vacantiae nuncupantur. Here the definitions of cap. 5 are repeated. Cardinalis de proventibus ecclesiasticis non habeat ultra valorem sex millium florenorum. Cap. 10. *De indulgentiis.* Cavebit Dominus noster Papa in futurum nimiam indulgentiarum effusionem, ne vilescant. Et in praeteritum concessas ab obitu Gregorii XI. ad instar alterius indulgentiae revocat et annullat. Cap. 11. *De horum Concordatorum valore.* Item sanctissimus Dominus noster Papa et inelyta natio Germanorum consenserunt et protestati sunt, quod omnia et singula supradicta durare et tolerari debeant usque ad quinquennium duntaxat a data praesentium numerandum;—quodque per observantiam illorum nullum jus novum Romano Pontifici, aut alicui alteri Ecclesiae vel personae acquiratur seu praedictum generetur, sed lapso dicto quinquennio quaelibet Ecclesia et persona praedicta liberam facultatem habeat utendi quolibet jure suo. The concordat with the French (v. d. Hardt, iv. p. 1566 ss.), in which, however, a reservation was made for the King's consent, was likewise published on the 2d May, 1418, and in most of its divisions exactly corresponds with the concordat of the Germans, only here the Pope remitted half the Annates for the next four years; on the other hand: Circa articulum indulgentiarum habita deliberatione matura nihil intendimus circa eas immutare seu ordinare. The concordat with the English was not concluded till the 12th July; see in v. d. Hardt, 1. p. 1079 ss.

²⁰ Sess. Gen. XLIII., 21st March, 1418, the following decrees were published (v. d. Hardt, iv. p. 1535): 1. *De Exemptionibus* (beginning, *Attendentes*). 2. *De unionibus et incorporationibus*, whereby all exemptions, unions, and incorporations made since the death of Gregory XI., were revoked with few exceptions. 3. *De fructibus medii temporis.* Item fructus et proventus Ecclesiarum, Monasteriorum et Beneficiorum, vacationis tempore obvenientes, juris et consuetudinis vel privilegii dispositioni relinquimus, illosque nobis vel Apostolicae Camerae prohibemus applicari. 4. *De Simoniacis*:—Ordinati simoniace ab executione suorum Ordinum sint eo ipso suspensi:—quaevis provisiones simoniacae—nullae sint ipso jure:—dantes et recipientes eo ipso facto sententiam excommunicationis incurrant. 5. *De dispensationibus.* An abrogation of the Papal dispensations which were granted to persons appointed to ecclesiastical offices, quibus certus Ordo debitus est, ne debitos aut annexos Ordines suscipiant. 6. *De decimis et aliis oneribus.* Praecipimus et mandamus, jura, quae prohibent inferioribus a Papa decimas et alia onera Ecclesiis et personis ecclesiasticis imponi, districtius observari. Per nos autem nullatenus imponentur generaliter super totum Clerum, nisi ex magna et ardua causa et utilitate universalem Ecclesiam concernente, et de consilio, et consensu et subscriptione fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium, et Praelatorum, quorum consilium commode haberi poterit: nec specialiter in aliquo regno vel provincia inconsultis Praelatis illius regni vel provinciae et ipsis non consentientibus, vel eorum majori parte, et eo casu per per-

what had been done as being a satisfactory reformation.²¹ However, in the midst of these transactions, not only did the Pope allow himself to grant ecclesiastical tithes to the Emperor Sigismund, notwithstanding all the outcry which had been raised against this kind of church oppression,²² but he even ventured, in direct opposition to an express principle of the council, to pronounce all appeals from the Pope to a general council inadmissible, when the Poles in their controversy with John of Falckenberg put in such an appeal.²³ Thus the council became so unlike itself, that its

sonas ecclesiasticas et auctoritate apostolica duntaxat leventur. 7. *De vita et honestate Clericorum*, against the worldly pomp of the clergy.

²¹ The last papal decree in its forty-third Session was (l. c. p. 1540), *Decernimus et declaramus sacro approbante Concilio, per decreta, statuta et ordinata, tam lecta in praesenti sessione, quam concordata cum singulis nationibus ejusdem Concilii,—huic sacro Concilio super articulis contentis in decreto super fienda reformatione, die sabbati xxx. mensis Oct. proxime praeteriti promulgato (see note 16) fuisse et esse jam satisfactum.* Thereupon the Cardinal Bishop of Ostia replied: *De mandato nationum respondeo, quod placent nationibus decreta recitata, et cuilibet nationi placet Concordia cum ipsa per Dominum nostrum facta. Et per praemissa fatentur, decreto etiam jam esse satisfactum, non intendentes propterea, quod concordata cum una natione in aliquo alteri nationi afferant praejudicium.*

a. no. 40, complete in Aen. Sylv. Epist. 385):—nuper—sicut nobis relatum est, nonnulli ex venerabilibus fratribus nostris ac dilectis filiis, nobilibus viris, Romani Imperii Electoribus, et alii plerique Principes ac Praelati nationis ejusdem, dieta quadam sive conventu inter se celebrata (in Frankfort; see above, note 14), Oratores suos ad Te miserunt, qui de nobis, deque curia nostra non parvam querelam facientes, inter caetera exposuisse feruntur, quod nos diversis modis nationem ipsam aggravantes, quae inter Te nomine nationis et antecessorem nostrum—concordata fuerunt, minime adimplere aut observare curemus.—Audivimus rumore esse, tanquam nos aurum ex natione tua, supra quam deceat, extorqueamus. Injuriuntur profecto nobis, et a vero longe recedunt, qui talia dicunt: nihil unquam nostro nomine ab his extortum est, quibus beneficia contulimus, ut illi garriunt: nihil exactum, nihil petitum praeter Annatam vetusto jure debitam: at si qui contra Tureos pecuniaria nobis subsidia obtulerunt, non recusavimus, nec recusare quidem debemus pro tanta Christianae religionis necessitate. Pecunias autem hujusmodi—non usurpamus nobis,—non consumimus in deliciis, sed in defensionem fidei convertimus.—Innumerabiles sunt et intolerabiles nobis, quas indies subimus, expensae: nunc in Orientem Legato classis nostrae, nunc in Albaniam Scanderbechio fortissimo Christi athletae, indefessoque bellatori, nunc Legatis et Oratoribus in diversas mundi partes emissis, nunc istis, nunc illis per Graeciam et Asiam laborantibus, ne destituti periclitarentur, pecunias mittimus: nec fuerunt inanes hujusmodi sumptus. Licet enim nobis in Domino gloriari, qui per ministros suos, torpentibus ac pene dormientibus cunctis ferme Christianis Principibus, nobis tantummodo instantibus atque urgentibus Turcorum superbissima cornua et insolentissimas acies apud Ungariam confregit (viz., the victory of John Hunnyades at Belgrade in 1456), magnumque illum et potentissimum exercitum prostravit, qui sibi non Ungariam modo, sed Germaniam totam, Galliam atque Italiam proterere, legemque Christi funditus evertere promittebat.—Nunc quoque classis nostra Rhodum tuetur, Cyprum, Mitylenem, Chium, et omnes in Oriente Christiani nominis insulas:—quodque laudabilius est,—non tantum quas diximus insulas Legatus noster—tutus est, sed alias plerasque Turcorum domino servantibus ad Apostolicae sedis devotionem obedientiamque redegit.—Quae cum ita sint, audent tamen nonnulli parum quidem religiosi, et ad commune bonum minus intenti nos redarguere, quod ab his pecunias recipimus, qui promoventur, quamvis sponte oblatas in classem contra Turcos emissam. Quod quam inique agunt, jam plane prospicis. Sed ajunt plerique, concordata, de quibus mentionem supra fecimus, per nos minime observari, affirmantes, electiones Episcoporum aliorumque Praelatorum nos parvi pendere, ac prorsus abjicere: quod pari modo neque vere, neque juste nobis objicitur. Neque enim electiones Praelatorum in Germania factas quovis pacto contemnimus, neque ex concordatis omnes passim electiones confirmare tenemur, sed illas tantummodo, quae canonicae experiuntur: quod quidem a nobis diligenter custoditum est.—Super reservationibus autem caeterisque beneficiorum provisionibus, de quibus similiter accepimus querelas coram Tua Serenitate fuisse propositas, non sumus memores, aliquid a nobis esse concessum contra concordata praedicta. Quod si quid tale factum est, ut saepe in multitudine literarum ac negotiorum aliqua transeunt neque bene gesta, neque bene revisa; non est intentionis nostrae aut Ordinariorum mensibus derogare, aut concordatis ipsis contravenire. *Quinimo quamvis liberrima sit Apostolicae sedis auctoritas, nullisque debeat pactionum vinculis coerceri; ex mera tamen liberalitate nostra, ex zelo, quem gerimus ad pacem, ex caritate, qua te tuamque nationem prosequimur, concordatis ipsis locum esse volumus, nec patiemur ea temere violari, dum Romanae sedis gubernacula retinebimus. Si quid praeterea est, quod ipsi nationi molestum videatur ex his, quae prodeunt ex nostro solio, idque fortasse dignum emendatione censetur (possumus enim et nos, ut homines, aliquando labi atque errare, in his maxime, quae facti sunt); non decet Episcopos aut alios quosvis mortales super Apostolicam sedem auctoritatem sibi vindicare.—Et tu ergo, Serenissime Imperator, si quid arbitrarie tuae nationis Praelatos habere, quod per nos emendari debeat, admone eos, hortare et urge, ut ad nos venientes suas nobis necessitates exponant, gravamina referant, desideria proferant, etc.* Under the letter is the note: Dictata per Aeneam Cardinalem Senensem.

Germany nor any other country was the crusade accomplished;¹⁶ and the Pope could not undertake any decisive enterprise against the Turks with the sums which had been collected, not without difficulty, from the different national Churches. Aeneas Sylvius, who for his good service in Germany had been already successively rewarded by Nicolas V. with the bishoprics of Trieste and Siena, and by Calixtus III. (in December, 1456) with the rank of cardinal, still used every means to allay the excited feeling that prevailed in Germany against the Papal See.¹⁷ He sought by his

¹⁶ True, Alphonso, king of Aragon and Sicily, took the cross (Raynald. 1455, no. 30), but he carried on a war against the Genoese with the forces and money collected for war against the Turks (l. c. 1456, no. 11 ss.). Alphonso, king of Portugal, also promised to march against the Turks (l. c. 1456, no. 8), but in the end did nothing at all (l. c. 1457, no. 65). Charles VII., king of France, forbade the preaching of the crusade, lest his kingdom, threatened by the English, should be left unprotected (l. c. 1456, no. 3 ss.): he consented, indeed, at this time, to the collection of the ecclesiastical tithes, sans prejudice des droits, franchises, libertez et prerogatives de l'Eglise de France (see the edict in the Preuves des libertez de l'égl. Gallicane. chap. xxii. no. 20), but he refused to allow a crusading army to be assembled (Raynald. 1456, no. 5): the tithes also were refused by many of the clergy, who appealed to a general council after the example of the university of Paris (Raynald. 1457, no. 54 ss.).

¹⁷ This is known chiefly from the letters of Martin Meyer, chancellor of Mayence, to his friend, Aeneas Sylvius, dd. 31st August, 1457 (prefixed to Aeneae Sylv. Germania, printed often besides, e. g. in Freheri Scriptt. Rer. Germ. ed. Struve, t. ii. p. 686. Richerii Hist. Conc. Gener., lib. iv. P. I, cap. 1. J. F. Georgii Nationis Germanicae gravamina adv. sedem Rom., p. 244 ss.): Cognovi ex literis amicorum, Te Cardinalem esse creatum. Congratulor et Tibi, qui pro Tua virtute digna consecutus es praemia, et mihi, ejus amicus in ea dignitate constitutus est, in qua me meosque necessarios aliquando juvare poterit. Illud mihi molestum, quod in ea tempora incidisti, quae sedem Apostolicam afflictura videntur. Nam domino meo Archiepiscopo frequentes afferuntur de Romano Pontifice querelae, qui neque Constantiensis neque Basileensis Concilii decreta custodit, neque se pactionibus antecessoris sui teneri arbitrat, nationemque nostram contemnere et prorsus exhaurire videtur. Constat enim, electiones Praelatorum passim rejici, beneficia dignitatesque cujusvis qualitatis et Cardinalibus et Protonotariis reservari. Et tu quidem ad tres Provincias Teutonici nominis sub ea formula reservationem impetrasti, quae hactenus insolita est et inaudita. Expectativae etiam gratiae sine numero conceduntur: Annatae sive medii fructus absque ulla dilatione temporis exiguntur, et plus etiam, quam debeatur, extorqueri palam est. Ecclesiarum regimina non magis merentur, sed plus offerenti committuntur: ad corradendas pecunias novae indulgentiae indies conceduntur. Decimarum exactiones inconsultis Praelatis nostris (against Conc. Const. Sess. XLIII., see § 131, note 20, Decr. 6) Turcorum causa fieri jubentur. Causae, quae tractandae terminandaeque in partibus fuerant, ad Apostolicum tribunal indistincte trahuntur (against Conc. Basil. Sess. XXXI., see § 132, note 35): excogitantur mille modi, quibus Romana sedes aurum ex nobis, tamquam ex barbaris, subtili extrahat ingenio: ob quas res natio nostra quondam inclyta, quae sua virtute suoque sanguine Romanum Imperium coëmit, fuitque mundi domina ac regina, ad inopiam nunc redacta, ancilla et tributaria facta est, et in squalore jacens, suam fortunam, suam pauperiem multos jam annos moeret. Nunc vero, quasi ex somno excitati optimates nostri, quibus remediis huic calamitati obviam pergant, cogitare coeperunt, jugumque prorsus excutere, et se in pristinam vindicare libertatem decreverunt. Erit haec non parva jactura Romanae Curiae, si quod cogitant Romani Principes effecerint. Quantum itaque de tua nova dignitate laetor, tantum commoveor et angor, tuo tempore hoc parari. Sed

numerous letters to win more the important men among the malcontents.¹⁸ His work, *Descriptio de Ritu, Situ, Moribus et Con-*

Dei fortassis alia est cogitatio, et illius profecto sententia obtinebit. Tu interim bonum habeto animum, et quibus repagulis fluminis impetus coërceri possit, pro tua sapientia cogitato, et vale optime. The dissatisfaction with Rome proceeded yet further; see *Aeneae Sylvii Ep. 301, ad Martinum Mayer: Sunt nonnulli nationis tuae homines, parum pensi habentes, quibus Romani Pontificis auctoritas neque necessaria esse videtur neque a Christo instituta.* The whole letter, which is adopted into *Aeneae Germania, c. 89 and 90*, has for its aim the refutation of their opinion.

¹⁸ *Aeneae Sylvii Ep. 348, ad Laurentium Rovarellam (Legate in Hungary).* He was to impress upon the German nobles, *quod multo facilius filii Principum promoverentur per sedem Apostolicam, quam per Capitula vel Ordinarios.* Et hoc bene cura in auribus Principum conculcare, quia veritas est. *Ep. 319, ad Theodoricum Archiep. Colon. dd. 2. Dec., 1457.* Si Romanae sedis auctoritas deprimeretur, credito, quia nec tua ne aliorum Episcoporum salva manebit. Audito tamen, quae consulis, ut hic quoque ea reformentur, quae odium tuae nationis pariunt, et ego, si mea vox audietur, ad id operam dabo. Nam et hic aliqua committuntur, quae non laudo omnia. Verum illud salubre puto, ut super gravaminibus, quae vestri allegant, ad Romanum Pontificem recursus habeatur, qui non negabit assensum justa petentibus. *Ep. 334, ad Johannem de Lisura (Councillor of Mayence, see § 132, note 51):* Per Wigandum Secretarium Moguntini missimus tibi Alphabetum, et nunc duplicamus, si forsitan illud non recepisti: poteris scribere mentis tuae conceptum, et consulere Ecclesiae necessitati.—*Labore tuo nostroque quietem consecuta est Ecclesia nostris diebus apud Germanos. Faxit Deus, ne lacerari videamus quod aliquando resarcivimus. Multa rumor affert, et Germanos fieri Gallos imitatione contendit. Nobis illa via salubrior esse videtur, qua patres nostri ambulaverunt.—Nec facile sua in Dioecesi quisque Pontifex Papatum habebit: et sunt, qui quaerunt, et ejus rei causa nigrum in candida vertunt.* *Ep. 383, ad Martinum Mayer, the answer to the letter quoted in note 17.* He first maintains, *nec unquam regni coelestis introire januam potuisse, qui Romanorum Pontificum auctoritatem contumaciter contempere, nec hodie illis glorandum esse, qui auctoritate propria leges sibi constituunt, quibus pro suo libito Romanae sedis jussiones spernere possint. Hos enim catholica veritas, nisi respuerint ante obitum, ignis aeterni mancipio sine intermissione deputat. Fatemur insuper aliquando in Romana Curia, quam regunt homines, aliqua fieri, quae digna essent emendatione, nec dubitamus ipsos Romanae urbis Praesules etiam, in quantum homines, falli, errare, labi ac decipi posse.* Then he refutes the charges, first that the concordats were not observed, afterward that the right of election was not regarded. On this head the same *Aeneas Sylvius*, who had declared in his *Ep. 66, ad Jo. Peregallum: (Nihil est, quod absque argento Romana curia dedat. Nam ipsae manus impositiones et Spiritus Sancti dona venduntur, nec peccatorum venia nisi nummatis impenditur),* writes as follows: *Quod deinde subjungis extorqueri multum auri ab his, qui dignitates vel alia beneficia assequuntur, non est cur de hac sede conqueramini, sed potius de cupiditate et ambitione vestrorum hominum, qui currentes pro Episcopatibus, invenientes competitores, his quibus palatium patet certatim pecunias offerunt. Illi vero, qui alioqui Pontificem possunt, non sunt omnes similes Angelis, sed quales in Alemania Galliaque multos reperias: recipiunt enim quod offertur, non extorquent. Romanus autem Praesul solus in thalamo suo nunc hos nunc illos audit, et illos promovere solet, qui magis commendantur, nec scit, nec etiam arbitratur, pecuniae causa hos aut illos commendatione praeferrere. Nec sibi plus auri datur, quam concordata permittant; nisi fortasse aliquando occasione expeditionis contra Turcos, aliquid super Annatas recepit (the reading, in *Germania, c. 25, is corrected thus) quod sibi profecto non fuit in tanta necessitate negandum.* Then as regards the complaints about the sale of indulgences and tithes. Complaints of extortion would always be alleged by the avaricious on various grounds. Germany was not impoverished, but richer than ever, yet its prosperity was the happy result of Christianity, and so an advantage conferred by the Roman See which converted*

ditione Germaniae, was intended principally for the refutation of the complaints of the Germans against the Papal See.¹⁹ At the

the country. Then he defends himself against the reproach of holding *insolita reservationes*. The reservations made in his favor were not against the concordats. Sed arbitraris fortasse, beneficia quae in Germania sunt Germanis potius committi debere quam extraneis, nec nos aliter sentimus. Sed cum nos jam annis supra XXIV. Germaniam incoluerimus, non reputamus extraneos existimari debere: cumque Imperatori ipsique nationi longo tempore, summa fide, magnis laboribus servierimus, et nunc ad Cardinalatum recepti ea curemus, quae nationis ipsius honori atque utilitati conducant, et ita prorsus agamus, ut natione Germani potius quam Itali putemur; non judicavimus tribus illis provinciis Moguntinae, Coloniensi, Treverensi indignum videri, aut grave cense-ri, si annuo duo millia ducatorum in eis obtineremus ex illis beneficiis, quae sedes Apostolica conferre haberet. Putavissimus etiam majora in eadem natione, cui semper servivimus, sponte offerri: sed non sumus nos insatiabiles, contentamur eo, quod pro debiti status conservatione sufficiat, nec plura circa hoc. Quod autem operas tuas ad id offers, ut gratiae nostrae fructum consequamur, agimus tibi gratias, qui partes amici non negligis, idque rogamus, ut interveniente casu opportuno prorsus efficias.—Si qua Praepositura vacaverit, aut Ecclesia parochialis magni redditus, velis ita efficere, ut ad complementum gratiae nostrae (the reservation granted him by the Pope) pervenire possimus.

¹⁹ This work has been many times published separately, e. g. Argent. 1515, small 4to. Romae, 1584, and in Aen. Sylv. Opp. Basil. 1571, fol. p. 1034 ss. It is addressed to Martin Mayer, chancellor of the Electorate, and contains a more detailed answer to the *gravamina* brought forward by him, which are before given Ep. 383 (note 18). The remarks on the Pragmatic Sanction proposed in Germany are worthy of note (compare above, note 14). Cap. 78: Pugna nobis cum paucis, qui cum sibi docti videantur, nec pro sua opinione dignis efferantur honoribus, miscere omnia divina et humana jura conantur, ut inter rerum mutationes cadentium assequi cathedras valeant, etc.—Quid est quod pro libertate molientur, quid parant in Apostolicam sedem, quo sibi modo consulere satagunt? Non scribis tu hoc nobis: fortasse times deferri. Commendamus cautionem tuam: nam Cancellario nihil tam convenit quam pectus arcanorum tenax. Non tamen nos latet hoc: provisi sunt amici nostri, nullis obligati Principibus, quod nobis omnium, quae apud vos aguntur, notitiam fecere, missis exemplaribus ejus Pragmaticae, quae ab aliquibus excogitata, in publicum deferri debuit. Cap. 79: Cujus duae partes sunt. In prima referuntur omnia fere gravamina, quae superius enumeravimus. Quibus ut obvietur, ponitur modus, qui servandus sit in natione vestra circa Praelatorum electiones, beneficiorum collationes, causarum auditiones, indulgentiarum concessiones, decimarum exactiones, et caetera istiusmodi. In secunda ponuntur appellationes, ad quas recurrendum sit, si forte Pragmaticae sanctioni Summus Pontifex obviam irit. Inseritur et poena, qua plectendi sint Germani non obedientes, et foedus Principum pro custodia sanctionis. Fama quoque ad nos delatum est, inter Pragmaticos sermonem habitum esse de mittendis huc oratoribus, qui ex Romano Pontifice sanctionis suae confirmationem expetant, quasi primam sedem eo modo honoraturi, quod, si optatum responsum habuerint, gratias agant, si minus, nihilominus natio Pragmaticae subjiciatur. Scimus nihil horum placere divo Imperatori, majorique parti Principum,—sed agimus, ut dictum est, cum seditiosis quibusdam et perditis hominibus, etc. Cap. 80: De Pragmatica igitur imprimis dicamus.—Summam vim ejus respicimus, quae huc tendit, ne Germanica natio jussionibus Apostolicae sedis obedire cogatur, ne quid pecuniarum ad Romanam curiam deferatur. Nam hoc est, quod omnes sibi querelae volunt, hoc quaeritur, dum causae in partibus retinendae dicuntur, dum Praelatorum electiones ad Metropolitanos referuntur, dum beneficiorum collationes Ordinariis reservantur, dum annatarum exactiones prohibentur. Aeneas conceives of the dignity and power of the Papal See quite in an ultramontane sense, but he defends them upon a political and strikingly material platform. Cap. 87: Ecclesiarum ceterarum dignitates et cathedras, ut inquit

same time these works expressed so undisguisedly the principles of the most decisive Papal system, that it was already evident from them what was to be expected from this former adherent of the Council of Basle, when, under the name of Pius II., he mounted the Papal throne (1458).²⁰ Pius II. thought, by imita-

Nicolaus, Papa Romanus instituit: Ecclesiam vero illam solus ipse Deus fundavit, et super petram fidei mox nascentis erexit. Qui b. Petro aeternae vitae clavifero terreni simul et caelestis Imperii jura commisit. Cap. 94: An pauperem tu Pontificem maximum esse vuleris?—At nos Pontificem maximum, quamvis optimum, non putamus officio suo satisfacere posse, nisi facultatibus praeditus sit.—Convenit Romanum Pontificem, magnum sacerdotem, curare, ut evangelium Christi—omnibus sincere praedicetur, ut omnes errores, omnis blasphemia—eradicetur, ut pellantur a finibus Christianis impugnatores nostrae religionis, ut schismata removeantur, ut bella sopiantur, ut furta, rapinae—de medio tollantur.—Postremo debet Romana sedes, veluti patrociniū orbis terrae, tutusque portus afflictorum,—omnibus ad se currentibus non solum benignas aures adhibere, sed opem ultro afferre.—Et quis est, qui haec agere posse pauperem et inopem Papam affirmet?—Quomodo restituentur Episcopi exules, aut haeretici, vel schismatici corrigentur?—*Implorandum est brachium saeculare*, clamabis. At nos ex te quaerimus, an melius per se Romanus Praesul haec agat viribus suis fretus, an per alium?—Quid vero, si Principes ipsi aberrent, et, ut saepe vidimus, haereticis succumbant erroribus, quid agemus? Quid si Rex coercendus, si arguendus Imperator? Numquid et Regem Franciae inutilem depositum a Romano Praesule legimus? Numquid Henrici Fridericique Caesares contra Ecclesiam debacchati sunt, et digni anathemate putati? Quod ergo an brachium contra se Imperator praebebit, aut pauper eum corripiet Romanus Praesul?—Nos tenemus, potentiam, opes, viresque multo melius in Apostolica sede quam in alio quovis saeculari throno existere. Nam sedes haec tutrix fidei est, quae nunquam erravit, aut erratura est, quia rogavit Dominus, ut non deficiat fides Petri. Imperatores vero, et Reges, et alios Episcopos saepe in haeresim lapsos fuisse legimus. Cap. 101: Caeterum neque illud, quod sequitur de appellationibus, piae aures ferre possunt. Nam si Princeps est Romanus Praesul, si Dominus, si Magister, quo pacto ab eo appellatur?—Nam si leges civiles neque a Senatu, neque a Principe saeculari appellationem admittunt, quanto minus ab ecclesiastico Principe erit? Nam si Papa simul et Imperator conferantur, quantum inter solem et lunam interest, tantum eos differre dicemus, et Papam soli, Imperatorem lunae assimilabimus. Praeterea cum appellatio ab inferiori ad superiorem deferatur, Papa vero prior sit et major omnibus, liquet ab eo non esse provocandum. Sed audio, quod tecum loqui potes: *non quispiam singularis homo appellabitur, sed Concilium, quod majus est et potentius Romano Praesule*. Nolumus hanc modo quaestionem ingredi, quae longiore tractatu requirit, et aliud ingenium quam nostrum est. At idem Gelasius sacros canones ait sanxisse, ne unquam ab ea sede appellaretur, neque Concilium exceptit, et amplius de Romana sede, quod illa etiam quos Synodus inique damnaverit absolvit. Quo dicto declarat a Synodo ad Papam appellatum fuisse, eoque modo majorem Synodo Papam extitisse.—Quocirca si quid est quod gravius ille agat, non est recalcitrandum, sed ferendum. Ridiculum profecto, nemo est tam parvae urbis dominus, qui a se appellari ferat, et nos Papam appellationi subjectum dicemus?—*At si me ais, Pontifex indigne premit, quid agam?* Redi ad eum supplex, ora onus levet. *At si rogatus, interpellatus nolit subvenire misero, quid agam?* Quid ages, ubi tuus te Princeps saecularis urget?—*Feram,* dices, *nam aliud nullum est remedium*. Et hic ergo feras.—Cap. 102: Et majores igitur nostri, quamvis Romanum Pontificem aliquando posse injurium esse non dubitarent, non tamen appellandum ab eo sanxerunt. Nam injuriam ab illa sede rarissime venturam arbitrati sunt; privatos vero homines, si provocare possent, non dubitaverunt toties appellaturos, quotiens in eos sententia promulgaretur: quoniam sicut litigare homines injuste audent, ita et provocare audebunt, ac per eum modum nullus erit unquam finis litium.

²⁰ Concerning him see especially Gobellini Commentarii, above, note 11. His own

ting the earlier popes, to bring back the Papacy to its former supremacy; but just as he himself acted rather from political calculations than from conviction and enthusiasm, so all his efforts were shivered upon the political complications of the times without eliciting any enthusiasm.²¹ Accordingly, it was in vain that he set in motion the same means by which the Popes had achieved such marvelous results in the first ages of the Crusades. He founded new ecclesiastical orders of knighthood, but they soon came to an end.²² He summoned a general assemblage of Christian nobles at Mantua,²³ but he could only bring it to an imperfect issue by dint of great labor.²⁴ At this council the nations were to have been united in one crusade; but here, on the contrary, nothing else was brought fully to light but the universal lukewarmness, and the impossibility of any common enterprise by reason of the manifold quarrels of the princes among themselves.²⁵ Pius II.

Epistolæ are the chief sources for his history; these, however, although there are more than twenty editions of them, are still seldom to be found. The edition used here is that of Norimb. 1496. 4. With regard to a new edition intended by Privy-Councilor Zapf, see Hormayr's Taschenbuch für die vaterländ. Gesch. Jahrg. 1830, s. 144 ff.—H. Chr. C. E. Helwing de Pii II. Pont. Max. rebus gestis et moribus comm. Berol. 1825. 4. [Cf. Enea Sylvio de Piccolomini, als Pabst Pius II., und sein Zeitalter. Von Dr. G. Voigt, Bd. 1. Berl. 1856. See also the works of Beets, Haarlem, 1839, and Hagenbach, Basel, 1840. The letters have been published in the Austrian Archiv. f. Geschichtsquellen, and also separately.]

²¹ Pius II. invested Ferdinand with Naples (Raynald. 1458, no. 20 ss.); but the house of Anjou, supported by France, made unceasing claims for this kingdom, and occasioned wars in Italy.—The Emperor Frederick III. was at issue with the King Matthias about Hungary, but he gave in as early as 1459. On the other side, within Germany itself, there were two hostile parties, the Imperial and the Palatino-Bavarian, opposed to each other.

²² On 18th January, 1459, he founded the *Ordo hospitalis b. Mariæ Bethlehemitanæ*, after the example of the Knights of St. John, for the protection of Lemnos (Raynald. ad. h. a. no. 2). To the same year belongs also a—*Societas sub vocabulo Jesu nuncupata, ad Dei honorem et infidelium oppugnationem instituta* (see Pii II. Ep. ad Carolum R. Galliae, dd. 13. Oct., 1459, in Leibnitii Cod. Juris Gentium, P. i. p. 420), to which the Pope granted many privileges (Raynald. l. c. no. 83).

²³ Gobellinus, lib. ii. p. 34. The writ of summons is in Raynald. 1458, no. 16 ss.

²⁴ Pius II. opened the Assembly 1st June, 1459, with the words (Gobellinus, lib. iii. p. 60): *Speravimus, fratres ac filii, hanc urbem adeuntes, frequentes, qui præcessissent Regum legatos invenire: pauci adeunt, ut vidimus, decepti sumus. Non est religionis cura apud Christianos, quantum credidimus, etc.*

²⁵ In his closing speech in January, 1460, the Pope states the result of the convention to this effect (Gobellinus, lib. iii. p. 92): *Hungari si adjuventur, summo conatu et universis viribus suis Turcas invadent. Germani exercitum pollicentur duorum et quadraginta millium bellatorum; Burgundus sex millium; Itali, exceptis Venetis ac Genuensibus, Cleri decimas, populi trigesimas annuorum reddituum, ac vigesimas Judaicæ substantiæ, ex quibus navales copiæ sustentari queant. Idem facit Joannes Rex Aragonum. Ragusæi duas triremes offerunt, Rhodi quatuor. Haec tanquam certa solemn*

condemned also at Mantua appeals from the Pope to a general council,²⁶ but immediately several such appeals followed quick one after the other. Cardinal Bessarion, as Papal legate, was expected to bring about a crusade in Germany (1460),²⁷ but at last

stipulatione per Principes ac Legatos promissa sunt. Veneti quamquam publice nihil promiserint, cum tamen expeditionem paratam viderint, haudquaquam deerunt, neque patientur, ut suis majoribus deteriores videri possint. Idem de Francis, de Castellanis, de Portugallensibus dicimus. Anglia civilibus agitata motibus spem nullam pollicetur, neque Scotia in intimo abscondita Oceano. Dacia quoque, Suecia ac Norvegia remotiores provinciae sunt, quam milites possint mittere, nec solis contentae piscibus pecuniam ministrare possunt. Poloni Turcis per Muldaviam contermini suam causam deserere non audebunt. Bohemos mercede licebit conducere, suo acre extra regnum non militabunt. Sic res Christianae se habent. Classem pecunia Italica parabit, si non Venetiis, ac saltim Genuae, aut in Aragonia: nec minor erit, quam res ipsa deponat. Hungari viginti millia equitum armabunt, peditum haud minorem numerum, qui Germanis juncti ac Burgundis duodenonaginta millia militum in castris habebunt. Et quis non his copiis superatum iri Turcas arbitretur? Hic accedet Georgius Scanderbechius, et Albanorum fortissima manus; et multi per Graeciam ab hoste deficient; et in Asia Charamannus et Armenorum populi Turcas a tergo ferient: non est cur desperemus, tantum Deus ipse coepta secundet!

²⁶ The bull of 23d January, 1640, in Gobellinus, iii. p. 91 (according to Raynald. 1460, no. 10, the date is X. Kal. Febr.): Execrabilis et pristinis temporibus inauditus tempestate nostra inolevit abusus, ut a Romano Pontifice—nonnulli spiritu rebellionis imbuti, non sanioris cupiditate iudicii, commissi evasione peccati ad futurum Concilium provocare praesumant: quod quantum sacris canonibus adversetur, quantumque reipublicae Christianae noxium sit, quisquis non ignarus iurium intelligere potest. Namque, ut alia praetereamus, quae huic corruptelae manifestissime refragantur, quis non illud ridiculum iudicaverit, quod ad id appellatur, quod nusquam est, neque scitur quod futurum sit? Pauperes a potentioribus multipliciter opprimuntur, remanent impunita scelera, nutritur adversus primam sedem rebellio, libertas delinquendi conceditur, et omnis ecclesiastica disciplina, et hierarchicus ordo confunditur. Volentes igitur hoc pestiferum virus a Christi Ecclesiae procul pellere—hujusmodi provocationis introductiones damnamus, et tanquam erroneas ac detestabiles reprobamus, cassantes, et penitus annullantes, si quae hactenus taliter interpositae reperiantur;—praecipientes deinceps, ut nemo audeat—ab ordinationibus, sententiis sive mandatis quibuscumque nostris ac successorum nostrorum talem appellationem interponere, aut interpositae per alium adhaerere, seu eis quomodolibet uti. Si quis autem contrafecerit a die publicationis praesentium in Cancellaria Apostolica post duos menses, cujuscumque status, gradus, ordinis vel conditionis fuerit, etiamsi imperiali, regali, vel pontificali praefulgeat dignitate; ipso facto sententiam execrationis incurrat, a qua nisi per Romanum Pontificem et in mortis articulo absolvi non possit. Universitas vero, sive collegium ecclesiastico subjaceat interdicto; et nihilominus tam collegia et universitates, quam praedictae—personae eas poenas ac censuras incurrant, quas rei majestatis, et haereticae pravitatis fautores incurere dignoscuntur. Tabelliones insuper ac testes, qui hujusmodi actibus interfuerint, et generaliter qui scienter consilium, auxilium dederint vel favorem talibus appellantis, pari poena plectantur.

²⁷ On Bessarion's vain endeavors at the diets of Nuremberg, Worms, and Vienna, to establish peace among the German princes, and set on foot the expedition against the Turks, see *Platinae Panegyricus in Bessarionem Card.* in his *Vitae Pontiff. Rom. Lovan. 1572*, fol. p. 71 ss. Fragments from it are found in *H. Chr. Senckenberg Selecta Juris et Historiarum*, t. iv. (Francof. ad M. 1738, 8) p. 334 ss. and in *Chr. J. Kremer's Gesch. des Kurf. Friedrichs I. v. d. Pfalz (Manheim, 1766, 4) Urkunden*, s. 179 f. His efforts with the bishops in the matter of the tithes were not more fortunate; see *Excerpta e Cod.*

he only occasioned a fresh paper of grievances, and an appeal from the electoral princes.²⁸ Sigismund, archduke of Austria, was punished with ban and interdict for his violence toward Cardinal Nicholas of Cusa, bishop of Brescia (1460); but the consequence was only another like disagreeable appeal, and equally disagree-

MS. Acta Imp. publica continente, in Senckenberg, l. c. p. 315: 1460. Convocatio Electorum Imperii et Episcoporum per Card. Graecum—in Nordlinga in Franconia, postulando decimam generalem a Clero, et ibidem recepto responso dilatando, dedit in sua ira oratoribus benedictionem cum sinistra manu.

²⁸ The *finale responsum Legati* at the diet of Vienna (in Senckenberg, l. c. p. 357 ss.) had made the electors indignant, and so immediately afterward they drew up an appeal at Nuremberg (l. c. p. 369 ss.). First there is a complaint because, although they had shown themselves ready in good earnest for war with the Turks, and had only demanded previously of the Emperor, quatenus—ad superiores partes Imperii sui in locum competentem se conferre dignaretur ad tollendum et amputandum schismata, divisiones, guerras,—quae pro dolor Rom. Imp. et nationi nostrae increverunt, to which demand, however, no answer had been made by the Emperor: verumtamen idem Apostolicae sedis Legatus—cerimonia quadam contra dictos oratores nostros fretus est, nos parvifaciendo, et nostras oblationes sinceras et devotas rejiciendo, increpando et judicando,—nostras oblationes esse hominum reitentium et tergiversantium.—Sugillabantur (Principes Germaniae) tanquam ludentes cum fide.—Succensebatur in illos, quasi promissa violantes et sua irrita facientes.—Quae si veritati subnixae forent, sicuti non vera sunt, essemus de sorte gentium incredulorum. On the contrary they repeated their promises. Porro cum in Concilio Constantiensi inter alia ordinatum fore dinoscitur, ne Summus Pontifex decimam imponat, nisi hoc faciat cum concilio et consensu Praelatorum, et majoris partis in regnis vel provinciis, ubi decima venit imponenda; pronuntiavitque saepe numero Apostolicus Legatus praefatus, se plena a Sanctissimo Domino nostro fultum auctoritate et facultate decimam, vicesimam, atque tricesimam per plures annos in natione nostra imponendi, sicque praesumendi et formidandi, quod—idem Apostolicus Legatus aut Sanctissimus Dominus noster—irrequisito concilio et consensu tam nostrorum quam aliorum, quorum interest—ad hujusmodi impositionem processerint aut procedant: hinc est, si et in quantum—contra ordinationem Ecclesiae sanctae Dei in praefato Concilio Constantiensi—atemptatum foret atempteturve,—hoc esse gravamen edicere gravamur, cui nec nos, nec nostri utriusque status homines minime parere aut satisfacere possemus. Attento potissimum, quod, cum per amplissimas et repetitas ei variis respectibus concessas indulgentias, quibus piarum mentium aëria evacuata sunt, tum per excessivam solutionem annatarum, quarum gratia Ecclesiae vel feneratoribus dispensiose deditae, aut ferme funditus confectae jacent, tum variis aliis gravaminibus—adeo gravatus, adeo exhaustus et exinanitus est uterque status, ut illi omnia ea gravamina et sarcinam hujusmodi acceptandi et ferendi omnino deest facultas atque potestas. Hac occasione ab his impositionibus et gravaminibus—provocamus et appellamus ad S. D. N. Papam Pium, ad sanctam sedem Apostolicam, aut ad illum vel ad illos, ad quem vel ad quos de jure fuerit appellandum, vel ad Romanum Pontificem, qui in Concilio generali seu ycumenico vel jam instituto vel instituendo in proximo praesidentiam habeat vel habiturus est, praesertim ad instituendum eundem Rom. Pontificem de pia nostra intentione, supplici oblatione—plenius, atque forsitan hactenus instructus sit, etc. The Pope in answer, by a bull of 4th September, 1461 (in Müller's Reichstagstheaturum, Th. 2, s. 29), declared it to be an untruth that Bessarion, whom he had sent into Germany, ad praesidendum in dietis tam apud Norimbergam, quam apud curiam imperialem tunc tenendis, had in view, eos ad ipsius decimae solutionem compellere, and assured them—nostrae intentionis semper fuisse et adhuc esse, quod praedicta decima in eadem natione non exigetur, nec exigatur, nisi de vestro aliorumque Praelatorum et Principum consensu.

able investigations by Gregory of Heimburg, the Archduke's counselor.⁹² In August, 1461, Pius II. deposed Diether, archbishop

⁹² Compare Gerardi de Roo (about 1519) *Annales Austriaci*, lib. vii. p. 222, 261. Jo. Jac. Fugger's (about 1555) *Spiegel der Ehren des Erzhauses Oestereich*, s. 663, ff. 739. The bishop having been appointed by the Pope against Sigismund's will was always at variance with him, and was thrown into prison by him for laying claim to certain packs of wool, tolls, and saltworks. For this the Pope declared, dd. 1st June, 1460 (Raynald. 1460, no. 33), that the Archduke should be—*sicut reus criminis laesae majestatis perpetuo infamis, diffidatus, bannitus, intestabilis, omnique privilegio, honore, et dignitate exutus, privatus, ac etiam majoris excommunicationis sententia innodatus*; he warned the Swiss, *ne ad observandum pacis et concordiae foedera se adstrictos arbitrentur*, and commissioned certain prelates—*ut Helvetios ad foedus armorum pro coercendo Sigismundo concitent*. On the other hand, Sigismund appealed through Gregory of Heimburg to a general council, dd. 13th August, 1460 (the deed is in Goldasti *Monarchia*, t. ii. p. 1576, and in Brown, *Appendix ad Fascicul. Rerum Expetendarum et Fugiendarum*, p. 114), et *appellationes multarum civitatum Italiae et Alamaniae Ecclesiarum valvis—affigi fecit* (Raynald. 1460, no. 35). Now the Pope's bann fell upon Gregory also (Raynald. l. c.), who had been his fellow-embassador at Rome in 1446 (see § 132, note 50). Pius II. wrote to the magistrate of Nuremberg, dd. 18th October, 1460 (in Brown, p. 125): *Quidam ex patre Diabolo mendaciorum artifice natus, Gregorius de Heymburg nomine, —a nostra solemnii declaratoria sententia, qua —impium Sigismundum —juris scripti poenas declaravimus incurrisse, a nobis ad futurum Concilium improbam, nefariam, temerariam, seditiosam denique appellationem dictavit. Et illius interpositionis per dictum Sigismundum factae ipse dictator in originali instrumento Florentiae ad valvas Ecclesiae affixo testis inscribitur. Quod quia loquax ille, praesumptuosus et praeceps, mendax atque turbulentus, temerarius ob istud facinus excommunicatus existit, criminare et poenas incidit laesae majestatis atque haeresis, adeo ut ultra execrationem honore omni et bonis jure sit privatus; Devotiones vestras in Domino requirentes admoneamus, hujusmodi pestiferum hominem pro tali excommunicato habeatis; —ipsumque non solum vitetis, sed procul ejiciatis ad oppido et dominio vestro; et bona quaecunque habet apud vos, tam mobilia quam immobilia, fisco vestro applicetis; et alia omnia faciat, quae contra haereticos de jure canonico fieri mandantur. Gregory answered this bull by an Appellatio ad Concilium futurum (in Goldast. p. 1592; Brown, p. 126), in which he speaks very contemptuously of the Pope: E. g. *voluit Papa iste abuti potestate sua,—et sub velamento militaris expeditionis in Turcam instaurandae facultates Germaniae —medullitus exhaurire. —Ipse aliquando audiet, quid gesserit, qualem vitam egerit, et quid apud Comas: sed reprimo me, etc.—Mihi satis est didicisse civiles sententias, etc.—ipse in numero sit illorum, qui putant haec omnia vi et artificio rhetorum contineri. Ergo si Papa ob id facinus me excommunicatum dicit, quis erit ejectior ipso, qui praeter verborum nihil habet in se virtutis? He refutes especially here the Pope's assertion, Concilium supra Papam non esse, and defends appeals to general councils. Theodorus Laelius, Episc. Feltrensis, Referendarius Apostolicus, answered this appeal with a *Confutatio* (in Goldast, p. 1595); which, however, Gregory refuted by an *Apologia contra detractiones et blasphemias Theod. Laelii* (in Goldast, p. 1604). Then Pius II. summoned the Archduke before his judgment-seat, dd. 22d January, 1462 (Raynald. 1461, no. 11), as—*de damnatissima haeresi, quae est omnium haeresum haeresis, non solum suspectum notorie, sed sensibilibiter maculatum, tanquam sacrae fidei non recipientem articulum:—Credo in unam Sanctam et Apostolicam Ecclesiam. Nam cum ipsius Ecclesiae Romanus Pontifex caput sit, canonesque et censurae sic sint Ecclesiae, quod quisque in Ecclesia positus et credens capiti, canonibus et ejus censuris teneatur obedire; dictus quidem Sigismundus non solum illis non obedit, sed praedicat insuper, quod minime obedire teneatur. When Sigismund did not appear, excommunication was once more pronounced against him and Gregory, *die coenae Domini* (Gobell. lib. viii. p. 203). In 1464 Sigismund received the Pope's absolution; compare Jacobi Piccolomini Card.***

of Mayence, in an arbitrary manner;³⁰ but the Pope's word of

Papiensis Epist. 282 (at the end of Gobellinus, p. 668): Sigismundus—divino tandem est humiliatus miraculo, atque eo quidem usque humiliatus, ut Romanorum Imperator,—consanguinitate illum attingens, cum summa Sedis gloria ante genua Legati apostolici procidens non ante surgendum putaverit,—quam poenitenti et satis pro injuriis facienti poenarum abolitionem, restitutionemque est consecutus. On the other hand, Gregory of Heimburg remained firm, he struggled long against the popes, first on the side of Diether, archbishop of Mayence, afterward on the side of George Podiebrad, king of Bohemia, until he at length, shortly before his death at Dresden in 1472, sought and obtained absolution. There is a documentary narrative of these last events by J. G. Horn in the Nützl. Sammlungen zu einer histor. Handbibliothek von Sachsen, Th. 4. (Leipzig, 1728, 4) s. 382 ff.

³⁰ Diether was elected in June, 1459, and, after much negotiation, confirmed by Pius II. in Mantua, 1460. The bull of deposition, dated 21st August, 1461 (in Raynald. 1461, no. 21, more fully in Müller's Reichstagstheatrums, Th. 2, s. 31), gives first as the reason for the sentence, that Diether had obtained the majority in the election by bribery. The Pope, who was not aware of this fact, when his confirmation was applied for, considering, quam conventui Mantuanensi—sua praesentia admodum utilis esset, required that Diether, sicut jura volunt, pro confirmatione—should appear in person: he, however, modo corporis infirmitatem, modo pauperiem praetendens, had evaded this, and so the Pope at last had granted confirmation to his proctors: procuratores Dietheri ejus nomine et in animam ejus ea nobis juraverunt, quae caeteri Episcopi Romanis Pontificibus jurare consueverant et ultra hoc venturum ipsum personaliter infra annum ad praesentiam nostram. However, he had disappointed all the hopes entertained of him: cum—expectaremus, hunc hominem—ea curare, quae pro tutela Christianae religionis in Mantuensi conventu concluderamus, invitare homines suae nationis ad expeditionem contra Turcos obeundam, ad obediendum in ea re carissimo filio nostro, Friderico Romanorum Imperatori Augusto, ad quem idcirco legatum de latere miseramus ad parandos exercitus, ad solvendas decimas, ac vigesimas et trigesimas contribuendas, et alia praesidia praestanda; homo in reprobum sensum datus—mox cornua erexit in Apostolicam sedem,—Legatum nostrum calumniatus est, qui decimas conaretur exigere, quibus copiae contra Turcos armari possent, palamque dicere non est veritus, nos argentum nationis, non fidei defensionem quaerere (this refers to the transactions at Vienna, and the appeal of the electors, note 28).—Inter haec accidit, ut ad instantiam mercatorum, qui pecunias Apostolicae sedi debitas sibi mutuo concesserunt, cum jam satisfactionis tempus praeteriisset, Dietherus ipse excommunicaretur absque nostra conscientia: nam id per iudices inferiores in forma Camerae fieri solet. Quod ubi ad ejus notitiam pervenit,—non recurrit ad nos,—sed—Apostolicam sedem blasphemans conficto quodam infamatorio libello ad futurum Concilium contra Mantuanam bullam appellavit, excommunicationem ipso facto, a qua nisi a nobis absolvi non potest, et alias pocnas contra reos majestatis et haereticae pravitatis fautores a jure fulminatas incurrens. Nec animo irreverenti et infrunito satis fuit, primam sedem his modis contempsisse, nisi et divina quoque contemneret, illis se publice immiscens palam et notorie excommunicatus, et in irregularitatem incidens. Then he is charged with not having appeared before the Pope within a year according to his oath, and with having summoned a meeting of the nobles at Frankfort, against the Emperor's will. The Pope had then sent ambassadors to him, qui male vadentem retraherent et in viam reducerent: they had arrived during the meeting of the nobles which Diether had removed to Mayence; here he had admitted also the excommunicated Gregory of Heimburg as Sigismund's ambassador in spite of their warnings. As his designs against the Pope met with no success, he had secretly disavowed the appeal before the legates, but had returned immediately afterward to his former courses. Accordingly, sentence of deposition was pronounced against him. Another bull of the same day (in Müller, s. 35) appoints Adolphus, count of Nassau, to be Archbishop of Mayence. The true state of the case appears even from the Pope's bull of deposition; but still plainer from Diether's own defense, viz. from the *appellatio* mentioned

command, though supported by the Emperor, produced no decided effect: it roused a contest, and the issue of the struggle was not the complete overthrow of Diether, but a partial compromise (Oc-

in that bull (in Senckenberg, *Selecta Juris et Hist.* t. iv. p. 393), from the Defense written in answer to that bull on the Thursday after Michaelmas, 1461 (in Müller, s. 38), and from a second work, printed by the first printer at Mayence, dated the Tuesday after the Sunday *Laetare*, 1462 (in Lehmann's *Speyerscher Chronik*, Buch vii. cap. 105, s. 859). The first charge of simony he refutes in his Defense (Müller, s. 39), by the account of the proceedings at the election, according to which he was unanimously appointed. At Mantua the Pope required from the electoral ambassadors (see Appellatio in Senckenberg, iv. p. 393), quatenus se nomine nostro obligarent, ne futuro Concilio daremus operam, neve Principes Germanicæ nationis convocaremus. (Schrift in Lehmann: Dann wolten wir—in die Uffsatzung und Schatzung des zehenden, zwanzigsten und dreyszigsten Pfenning, von seiner Heiligkeit uff Teutschland geschlagen, verwilligt und uns verbunden haben, unser Mit-Churfürsten bey Zeit unsers Lebens ohne S. Heiligg. Wissen und Gefallen nit zu versamlen, unser Bischoff und Suffraganen und Pfaffheit unter uns seyn, nicht zu beruffen, und kein gemein Concilium fürzunehmen gestatten als dz an unser Botschaft, wir zu S. Heiligg. gesandt hatten, zu mehrmalen gesonnen ist, zweifelt uns nicht, wir waren solcher unbillicher Beschwerung vertragen). As the ambassadors would not consent to this, they were dismissed without effecting the object of their mission. Some months after a second embassy was sent to the Pope, to obtain confirmation without those conditions; Cum autem Oratores nostri, antequam ad Camera Apostolicam pervenissent, litteras nostras atque efficacem obligationem facere cogebantur pro Annata ipsi Camerae persolvenda, qua præstita et recepta ilico eis nuncupata est quaedam pecuniarum summa gravissima, scilicet XXM. VC. et I. floren. Rhenensium:—obstupuerunt Oratores nostri, nec tamen aliter literas extrahere potuerunt, nisi in illa obligatione persistent. Cumque de gravi taxa conquereretur, nihil aliud supererat, quam Camerae ipsi Apostolicæ de taxa expressata [satisfacere], subordinatis etiam numulariis, camporibus vel mercatoribus appellatis, qui obligationem respectu Camerae Apostolicæ in se receperunt, et a nostris Oratoribus, nedum nostro verum etiam ipsorum propriis nominibus, obligationem seu cautionem acceperunt. Et ita Oratores nostri una cum litteris confirmationis et caeteris, quæ ad consecrationem obtinendam requiruntur, a Romana Curia dimissi sunt. Nos vero admirati, cur tanta summa a nobis exigeretur, cum tamen a prædecessoribus nostris longe minor fuerit persoluta, sciscitatum sumus, quænam vera taxa esset ab Ecclesia Magunt. Camerae Apostolicæ debita. Cum vero in hujusmodi investigatione fluctuaremus ambigue nonnihil, certe summam pecuniarum persolvimus, ut jam putaremus illi summae satis appropinquasse, quæ a prædecessore nostro tempore suæ confirmationis fuit persoluta. Obtulimus ergo et nunc offerimus talem summam, qualem prædecessor noster exposuit, seu quæ de jure vel antiqua consuetudine ipsi Camerae Apostolicæ ab Ecclesia nostra debita esset. Papa vero, his non contentus, processus poenales contra nos et Oratores nostros supradictos dicitur instituisse, aut comminatur instituire velle. Nobis vero allegantibus, quod ad solutionem promissio a nobis et a nostris extorta est, et error factus, qui nos merito excusat:—responsum est nobis, jam non agere contra nos Romanum Pont. et Collegium Cardinalium, sed mercatores illos, qui se debitores pro nobis constituerunt, quibus et nos de sua cavimus indemnitate; ideo, si Camera nos gravasset, nihilominus mercatoribus illis indemnitate promissam exsequi teneamur. Quod et nos profecto justum censere-mus, nisi collusio expressa sufficienter mercatoribus ipsis obstaret, qui agentibus Camerae subordinati et submissi machinationis hujusmodi non erant inscii. Quod etiam ex hoc fonte clarius deprehenditur, quod, cum mercatores ipsi pecuniam constitutam Dominis Cardinalibus exsolverunt, ipsi sibi caverunt, quod si pecunia illa ipsis mercatoribus per nos soluta non fuerit, mercatoribus ipsis a Dominis Cardinalibus persolveretur, prout ipsorum Card. litteris ad nos missis clare edocti sumus. Rudolf, dean of the cathedral of Worms, Papal legate at the diet of Mayence, contradicted that statement with regard

tober, 1463).³¹ In Germany, where the liberal-minded Aeneas Sylvius was not yet forgotten, the opposite policy of Pius II. could not fail to awaken a mingled feeling of doubt and discontent. Thus the Pope was induced to issue a *bullæ retractationum* addressed to the University of Cologne (26th April, 1463); but in this his inconsistency was rather brought to light than justified.³² Pius II. met with but little better success in France than

to the Annates (in Gobellinus, lib. vi. p. 144): *mentiti omnes sunt, qui vel nummum unum abs te flagitatum asserunt ultra summam in Camera praetaxatam: decem millia auri nummum principalis taxatio requirit, minutaque quae vocant servitia et litterarum expeditio, et oratorum sumptus circiter quatuor millia deponunt.*—Ecclesia Treverensis, quae multo minor est, sub Calisto tertio triginta millia dedit. From this, however, it would only follow that the money-lender in league with the Curia claimed usury to the amount of 6000 florins. According to the Aschaffenburg concordat, which in this point agrees entirely with that of Constance (§ 131, note 19), one half of the annates was to be paid in the first, the other half in the second year.

³¹ The struggle between Diether and his adversary, Adolphus of Nassau, which was carried out in favor of the former by the aid of the Elector Frederick I. of the Palatinate, was brought to an end by the treaty of Zeilsheim, 12th October, 1463 (see Serrarii Rer. Mogunt. ad Johannis, t. ii. p. 192 ss.), which was ratified at Francfort on the 26th October, and acceded to even by the Papal legates. According to it Diether resigned the Archiepiscopal dignity, but retained for his lifetime several of the cities, offices, and customs of Mayence, and was exempted from the Archiepiscopal jurisdiction (Gudenus Codex Diplom. t. iv. p. 368). Und zu stunt alz daz geschach (thus writes a contemporary chronicler at Speyer in Kremer's Gesch. des Kurf. Friedrichs I., s. 359), so hat der Legat, der by dem von Nassau waz, daz Cruz gemacht über den von Ysenburg und uber sine Diner, und hat auch den Monchen von Franckfurt iren segen geben und absolvirt, wan sie sangent wider des Babstes Gebott und hielten es mit den von Ysenburg. But the new elector Adolphus had to pay the expenses of the absolution, and to execute for this purpose a bond for 500 florins in favor of the Papal legate (Gudenus, iv. p. 372). How glad the Pope was to see the matter thus concluded, is shown by his letter to Diether (in Gudenus, iv. p. 371), in which he overwhelms him with praises and promises on account of his resignation, calling him his *dilectum filium*. A detailed narrative of these proceedings, but in favor of the Pope, may be seen in Gobellinus, lib. iii. p. 64; lib. vi. p. 143 ss.; lib. ix. p. 220; lib. xii. p. 345. Compare especially Kremer's Gesch. des Kurf. Friedrichs I. v. d. Pfalz. Frankf. u. Leipz. 1765, 4. s. 210 ff., 244 ff., 353 ff. Diether von Ysenburg, Erzb. u. Kurf. v. Mainz. Erster Theil (geht bis 1462). Mainz, 1789, 8.

³² This bull is abridged in Raynald. 1463, no. 114 ss., entire in Harduini Concill. ix. Hartzheim, Conc. Germ. v. p. 945: *In minoribus agentes, nondum sacris Ordinibus initiati, cum Basileae inter eos versaremur, qui se generale Concilium facere, et universalem Ecclesiam repraesentare ajebant, dialogorum quendam libellum (this is his Pentalogus de rebus Ecclesiae et Imperii in Pezii Thes. Anecdotorum Novissim. t. iv. P. iii. p. 639), ad vos scripsimus, in quo de auctoritate Concilii generalis, ac de gestis Basileensium, et Eugenii Papae contradictione ea probavimus vel damnavimus, quae probanda vel damnanda censuimus: quantum capiebamus, tantum defendimus aut oppugnavimus: nihil mentiti sumus, nihil ad gratiam, nihil ad odium retulimus. Existimavimus bene agere et recta incedere via, nec mentis nostrae aliud erat objectum, quam publica utilitas et amor veri. Sed quis non errat mortalis?—Declinavimus et nos ab-utero matris, erravimus in invio et non in via, ambulavimus in tenebris, et procul a vera luce recessimus: nec nobis tantum erravimus, alios quoque in praecipitium traximus, et caecis ducatum praebentes caeci cum illis in foveam recidimus. Forsitan et aliquos ex vobis scripta nostra decepere, et in devia deduxerunt, quorum sanguinem si de manibus*

in Germany. When he inveighed at Mantua against the Pragmatic Sanction,³³ Charles VII. in return introduced an appeal to

nostris requisierit Dominus, non habemus quod respondere possimus, nisi nos ut homines peccavisse, qui arbitantes rectum iter ostendere obliquum monstravimus. In misericordia tantum Dei spes nostra sita est.—Utinam latuissent quae sunt edita! nam si futuro in saeculo manserint; aut in malignas mentes inciderint, aut incautis fortasse scandalum parient: *qui haec scripsit*, inquit, *in beati tandem Petri cathedra sedit, et Christi salvatoris vicariatium gessit: ita scripsit Aeneas, qui postea summum Pontificatum adeptus Pius II. appellatus est, nec invenitur mutasse propositum: qui cum elegerint et in summo Apostolatus vertice collocarunt, ab iis scripta ejus approbata videntur.* Verendum est, ne talia nostris aliquando successoribus objiciantur, et quae fuerunt Aeneae dicantur Pii, atque ab ea sede auctoritatem vendicent, adversus quam ignoranter latraverunt. Cogimur igitur, dilecti filii, b. Augustinum imitari, qui cum aliqua in suis voluminibus erronea inseruisset, retractationes edidit.—Idem et nos faciemus: confitebimur ingenue ignorantias nostras, ne per ea, quae scripsimus juvenes, error irrepat, qui possit in futurum Apostolicam sanctam sedem oppugnare: nam si quem decuit umquam Romani primique throni eminentiam et gloriam defendere ac extollere, nos illi sumus, quos sine ullis meritis pius et misericors Deus sola dispensatione sua ad b. Petri solium, et dilectissimi filii sui, domini nostri Jesu Christi, vicariatium evocavit. Quibus ex rebus dilectiones vestras hortamur, et in Domino commonemus, ne prioribus illis scriptis inhaereatis, aut fidem ullam praestetis, quae supremam Apostolicam sedis auctoritatem quovis pacto elidunt, aut aliquid adstruunt, quod sacrosancta Romana non amplectitur Ecclesia: suadete omnibus ut id solum prae caeteris venerentur, in quo salvator Dominus suos vicarios collocavit.—Requirat autem ordo, ut inferiora a superioribus gubernentur, et ad unum tandem perveniatur tanquam principem et moderatorem cunctorum, quae infra se sunt. Sicut grues unam sequuntur, et in apibus unus est rex, ita et in Ecclesia militante, quae instar triumphantis se habet, unus est omnium moderatus et arbiter, Jesu Christi vicarius, a quo tanquam capite omnis in subjecta membra potestas et auctoritas derivatur, quae a Christo Domino Deo nostro sine medio in ipsum influit.—Petrus igitur et successores ejus Romani Pontifices primatum in Ecclesia tenuerunt, et nos hodie, quamvis indigni, sola Domini voluntate digni, tenemus: et quicumque Romanae secundum canonicas sanctiones praeficitur Ecclesiae, quam primum electus est in sacro collegio, supremam a Deo potestatem sine medio consequitur, et per ordinem in omnem diffundit Ecclesiam: cujus peccata divino judici puniendi relinquuntur. Si quid adversus hanc doctrinam inveneritis aut in dialogis, aut in epistolis nostris, quae plures a nobis sunt editae, aut in aliis opusculis nostris (multa enim scripsimus adhuc juvenes), respuite atque contemnite: sequimini quae nunc dicimus, et seni magis quam juveni credite, nec privatum hominem pluris facite quam Pontificem: Aeneam rejicite, Pium recipite: illud gentile nomen parentes indidere nascenti, hoc christianum in Apostolatu suscepimus. Dicent fortasse aliqui, cum Pontificatu hanc nobis opinionem advenisse, et cum dignitate mutatam esse sententiam. Haud ita est, longe aliter actum. Audite, filii, conversationem nostram. Next he relates how, in 1431, he came to Basle as a youth, and was there carried away by the universal feeling, and the authority of famous names, to take the council's side against the Pope: how he was afterward led to doubt by the Emperor Frederick's conduct, and at his court was brought to the knowledge of his error. Lastly, he discourses on the necessity of a monarchical government in the Church, and on the prerogative of the Roman See.

³³ See Pii P. II. Responsio ad Orationem Oratorum Gallicorum in d'Achery Spicilegium, III. p. 811 ss., which first justifies at length the policy of the Pope in favor of Ferdinand, king of Naples, against the claims of the house of Anjou, which were supported by France, and at last, p. 820, approaches the Pragmatic Sanction: *Caeterum quia Pragmaticae Sanctionis superius incidit mentio, cujus secreta magis pulsavimus quam aperuimus, urget nos conscientia, imo vero caritas, qua genti vestrae devincti sumus, priusquam dicendi finem facimus, de ea aliqua librare: ne taciturnitas nostra in-*

a general council (1460).³⁴ Lewis XI. repealed that Sanction A.D.

dulgentia reputetur, et quod sanabile vulnus est, fiat mortale, et nos a consortio vestro oporteat abstinere: quoniam sicut in veteri lege (Lev. xxi. 11), sancitum est, *super omnem animam, quae mortua est, non ingreditur Pontifex*: quod teste Hieronymo perinde accipiendum est ac si dicat, ubicumque peccatum est et in peccato mors, illuc Pontifex non accedat. Cupimus sanctam esse Francorum gentem, et omni carere macula:—at hoc fieri non potest, nisi haec Sanctionis macula seu ruga deponatur, quae quomodo introducta sit ipsi nostis. Certe non auctoritate generalis Synodi, nec Romanorum decreto Pontificum recepta est, quamvis de causis ecclesiasticis tractatus absque placito Romanae sedis stare non possit. Ferunt aliqui idcirco initium ei datum, quia nimis onerarent Romani Pontifices Regnum Franciae, nimiasque pecunias inde corraderent. Mirum si haec ratio Carolum movit, quem praedecessoris sui magni Caroli decebat imitatore esse, cujus haec verba leguntur: *In memoriam b. Petri Apostoli honoremus s. Romanam Ecclesiam:—et licet vix ferendum ab illa s. Sede imponatur jugum, tamen feramus, et pia devotione toleremus* (rather Conc. Tribur. ann. 895, c. 30; see vol. ii. § 25, note 4). Non est credibile Carolum, qui modo regnat, suo sensu hanc Pragmaticam introduxisse. Deceptum putamus, et pia menti suggesta fuisse non vera. Nam quo pacto religiosus Princeps ea servari jussisset, quorum praetextu summa sedis Apostolicae auctoritas laeditur, religionis nostrae vires enervantur, unitasque Ecclesiae et libertas perimitur?—Non ponderamus causarum auditionem, non beneficiorum collationem, non alia multa, quae curare putamur. Illud nos angit, quod animarum perditionem ruinamque cernimus, et nobilissimi Regis gloriam labefactari. Nam quo pacto tolerandum est Clericorum iudices laicos esse factos? Pastorum causas oves cognoscere? Siccine regale genus et sacerdotale sumus? Non explicabimus honoris causa, quantum diminuta est in Gallia sacerdotalis auctoritas. Episcopi norunt, qui pro nuda secularis potestatis spiritualem gladium nunc exercent, nunc recludunt. Praesul vero Romanus, cujus parochia orbis est, cujus provincia nec oceano clauditur, in regno Franciae tantum jurisdictionis habet, quantum placet Parlamento. Non sacrilegum, non parricidam, non haeticum punire permittitur, quamvis Ecclesiasticum, nisi Parlamenti consensus adsit: cujus tantam esse auctoritatem nonnulli existimant, ut censuris etiam nostris praecludere aditum possit. Sic iudex iudicum Romanus Pontifex iudicio Parlamenti subjectus est. Si hoc admittimus, monstruosam Ecclesiam facimus, et hydram multorum capitum introducimus, et unitatem prorsus exstinguimus. Periculosa haec res esset, venerabiles fratres, quae hierarchiam omnem confunderet. Nam cur Regibus, cur aliis Praesulibus sui subditi parent, cum ipsi superiori suo non pareant. Quam quisque legem in alium statuit, eam sibi servandam putet. Verendum est, ne prope adsit quod ad Thessalonicenses (2 Thess. ii. 3), significare videtur Apostolus, *quia post discessionem revelabitur homo peccati*. Adventum quippe Antichristi sollicitant, qui discessionem a Romana Ecclesia quaerunt, qualem prae se ferre videntur, quae sub obtentu Pragmaticae Sanctionis fieri dicuntur. Sed credimus haec, ut ante diximus, Regi vestro incognita esse, cujus natura benigna est, et inimica mali. Docendus est et instruendus, ne pestem hanc in suo regno debacchari amplius et animas interficere sinat. Vos Episcopi lucernae estis ardentibus coram eo, et candelabra lucentia in domo Domini: sic lucete, ut lux vestra tenebras omnes ac caligines Pragmaticae Sanctionis ex nobili et Christianissima Francorum gente depellat; solumque lumen solis, id est veritatis splendor et veritas eluceat. Quod si Rex vester opera vestra fecerit, et vos mercedem Prophetæ recipietis a Domino, et ipse, par suis progenitoribus majorque, per omnes orbis Ecclesias, et in Romana potissimum, jure merito et erit et vocabitur Christianissimus.

³⁴ M. Jo. Dauvet, Procuratoris generalis Protestatio Nullitatis et Appellatio ad futurum Concilium contra orationem Pii II. Pont. habitam in Conventu Mantuano, cōminationes ejusdem et censuras publicatas in Carolum VII. Regem Francorum, dd. 10. Febr., 1460 (viz. more Gallicano, and so 1461), in the Preuves des libertez de l'église Gallicanè, chap. xiii. no. 10, and in Richerii Hist. Concill. Generall., lib. iv. P. i. c. 1. The King here exhorts the Pope, ut rem ipsam maturius atque brevius digerat et consulat,—ut cum saeris generalibus Conciliis pacem foveat. Then he calls upon him—Conci-

1461, in the hope that the Pope might thus be gained over to support the claims of the house of Anjou to the throne of Naples.³⁵ But as this was not the case, he did not trouble himself to compel his reluctant Parliament to adopt the repeal; and there sprung up in the constitution of the French Church only a wavering state.³⁶ All these political combinations hindered the

lium plenarium orbis congregare in loco tuto ac libero.—Quod etiam hic maxime necessarium esse videtur pro succurrere fidei orthodoxae: nam licet plura hinc inde invocentur auxilia, et diversae pecuniarum summae variis modis hujus rei praetextu hactenus petita et collectae sint, parvum tamen aut nullum efficax adversus invasores christianae religionis—praestatur, dum differtur nimium plenarii Concilii provisio.—Et jam tempus decem annorum efluxum dudum est, in quo secundum instituta magnae Synodi Constantiensis ipsum Concilium debebat celebrari. Illis vero, quae in praefato Concilio determinabuntur, Rex devoto et benigno animo acquiescere paratus erit.—Si sanctissimus Dominus noster celebrationem plenarii Concilii in loco libero—facere recusaverit, aut nimium distulerit; volens ipse Dominus noster Rex, quantum in eo erit, necessitati fidei orthodoxae et universae Ecclesiae succurrere, intendit alios Principes Christianos exhortari, ut omnes unanimiter universalem Ecclesiam in plenario Concilio congregari laborent.

³⁵ John Godefroy, bishop of Arras, addressed the King, being commissioned by the Pope for the purpose (Gobellinus, lib. vii. p. 183): in a letter dd. 26th October, 1461 (Aenae Sylvii, Ep. 401, and in Raynald. 1461, no. 113, where, however, the beginning is wanting), Pius encouraged the King to put his hand to the work at once, and received his answer so early as 27th November, 1461 (l. c. Ep. 402, in Raynald. l. c. no. 118); Pragmaticam a regno nostro—per praesentes pellimus, dejicimus, stirpitusque abrogamus, et quam qualenve ante Pragmaticae ipsius editionem circa Ecclesiarum, beneficiorum, aliorumque rerum spiritualium dispositionem, censuram, moderationem in regno nostro—tui praedecessores Martinus V. et Eugenius IV. Romani Pontifices habebant et exercebant, talem eandemque nostro adjutori beatissimo Petro, tibi que successoris ipsius reddimus, praestamus et restituimus cum summo imperio, cum judicio libero, cum potestate non coarctata. Tu enim cum scias quid auctoritate divinitus tibi tradita possis, quas pro regni nostri et Ecclesiarum in eo tranquillitate postulabimus, non negliges res necessarias, potcrisque semper quod optimum fuerit judicare. Pius, out of gratitude, made the Bishop of Arras a cardinal (Gobell. p. 184). Now the latter first began to write about the Sicilian question: only when the Pope would yield upon this point—sic regis animum placari posse, et Pragmaticam Sanctionem certissime sublatum iri. Lewis had made the same statement to the Episc. Interamnensis: ita demum Pragmaticae Sanctioni finem imponere, si de regno Siciliae ei mos gereretur (l. c. p. 186). Soon after, A.D. 1462, a French embassy appeared, which formally announced the repeal of the Pragmatic Sanction, and thus gave occasion for great festivities; but with regard to the Sicilian question it found the Pope inflexible (l. c. p. 187 s.). Equally vain was an angry letter from Lewis, and a threat that all Frenchmen should remove from Rome (Gobell. lib. viii. p. 207).

³⁶ See especially Leo X.'s bull *Primitiva*, below, § 135, note 18. The change in the King's mind is shown by the following decrees: dd. 17th February, 1463 (*i. e.* 1464) in the *Preuves des libertez de l'égl. Gall. chap. xxii. no. 21*: Pius Papa modernus bona Praelatorum et virorum ecclesiasticorum decedentium, tam saecularium quam regularium, quae nonnulli spolia defunctorum appellant, necnon dimidiam partem fructuum tam beneficiorum incompatibilium, quae dicti viri ecclesiastici, et illorum, quae in commendam obtinent, ac etiam certam portionem seu quotam bonorum et personarum saecularium, tam mobilium quam non mobilium, ejus Camerae Apostolicae per certas ejus constitutiones seu literas, a paucis diebus ut dicitur apud Romam editas, Apostolica esse statuit

efforts of Pius II. against the Turks. His more peculiar attempt,

et decrevit. As oppression, impoverishment, and scandal could not fail to be thus occasioned, and the rights of the crown were assailed, the King now decrees, ut subsidia et onera premissa, ac alia similia, quae Collectores, Subcollectores, atque alii Officiarii seu Commissarii Romanorum Pontificum—levare et exigere mitterentur, minime levantur, colligentur, aut exigentur. All officials were to be on their guard against them, the disobedient were to be punished. Dd. 13th August, 1464, l. c. no. 22: As this decree was not every where obeyed, many of the clergy paid these taxes, for—plusieurs s'efforcent par bulles et commissions Apostoliques, proceder par excommuniens, fulminations, et censures ecclesiastiques, et privation de benefices contre les gens d'Eglise de nostre dit Royaume, qui refusent, ou different de payer les despoüilles des trespassez, et la moytié des benefices incompatibles, et des commandes; so the King gave orders, que ausdits Commissaires ou Executeurs ne soit obey: mais leur soit prohibé et defendu de faire lesdites exactions, sur peine de confiscation de corps et de biens, et de banissement de nostre Royaume. He likewise forbade his own subjects to pay, under pain of banishment and confiscation of property, Dd. 10th September, 1464, l. c. no. 23: Although, according to the laws of the French Church, no *graces expectatives* could be granted, still, depuis l'obeyssance par nous faicte à feu nostre saint Pere le Pape puis dernièrement et n'agueres trespasé, such grants had been made, en si grand et excessif nombre, et multitude et à toutes manieres de gens, tant estrangers et non lettrez, qu'autres personnes quelsconques, que la chose est venue à telle confusion, qu'à peine y avoit homme d'Eglise en nosdits Royaume et Dauphiné, qui à cause d'icelles graces se peust dire seur en l'assecuracion d'aucun benefice, à l'occasion des *Antefferri*, et autres clauses et prerogatives, qui ont esté mises en icelles graces expectatives, diversitez de regles de Chancellerie Apostolique derogatoires à droit commun, et autrement. Thereby much money had passed out of the country; the competitors were reduced to poverty with their relations: these *gratiae expectativae* were made the occasion of attempting the lives of incumbents of benefices: unknown strangers had thrust themselves into benefices in this manner. The King accordingly forbade his subjects—que d'oresnavant ils n'aillent, n'envoient, soit par bulles (*par billets*), lettres de change n'autres moyens quelsconques, querir, pourchasser, ne obtenir en Cour de Rome graces expectatives; further, qu'aucun d'eux voyent, ou envoient en ladite Cour de Rome pour avoir, n'obtenir quelques Eueschez, —ou autres benefices electifs, sans premierement avoir nos vouloir et consentement de ce faire, le tout sur peine d'en courir nostre indignation, de perdre les deniers, dont leurs procureurs—seroyent trouvez saisis par bulles, lettres de change, ou autres pour porter et envoyer en ladite Cour de Rome à la cause dessusdite, et d'amende arbitraire envers nous. With regard to those who had already obtained such *gratiae expectativae* the officers were charged, qu'ils les contraignent à eux en desister et departir; et à revoquer, faire casser et annuler à leurs despens tout ce qu'ils auroyent fait au contraire. Nevertheless, that even after this edict much money went to Rome is plain from the representation of the Parliament to the King, A.D. 1465, not 1461 (see § 17, laquelle loy—the Pragmatic Sanction—a esté gardée jusques puis quatre ans, et par le tems de vingt-deux et vingt-trois ans a duré), which is contributed in a Latin translation by Franc. Duarenus *De sacris Ministeriis et Beneficiis*. Paris, 1551, p. 332 ss., and from him by Flacius in the *Catal. Test. Verit.* no. 179, but in the original French by Jean du Tillet in the *Mémoire sur les libertez de l'Eglise Gallicane* in his *Recueil des Roys de France*, à Paris, 1607, 4. P. iii. p. 339: The mention in the introduction of the *cassation*, que l'on dit avoir esté des decrets, constitutions et ordonnances appellées la Pragmatique Sanction, is a proof that it could not have been recognized by Parliament. Still it runs, § 72: Et par experience, quae est rerum magistra, soit advisé et considéré à l'evacuation, qui a esté si excessive depuis la cassation de ladite Pragmatique, quae par experience l'on cognoisse et appare, comment ce Royaume est presque tary (exhausted), d'or principalement:—tellement qu'il n'est demouré que monnoye. In the succeeding §§ follows a calculation of the immense sums which had found their way to Rome since the repeal of the Pragmatic Sanction—*tempore Pii et de present*, for Annates, *gratiae expecta-*

though in this also he acted in imitation of the ancient pontiffs, to convert the Sultan Mohammed to Christianity by a long letter (1461),³⁷ remained naturally enough without success. At last he resolved to go forth in person at the head of a crusade; but even this announcement (1463),³⁸ which in earlier times would have inflamed all princes and nations, now drew together only a worthless rabble.³⁹ Pius II. intended at any rate to accompany the

tivae, and the like, and how by this means, and the frequency of grants *in commendam* the Church was going to ruin.

³⁷ The letter may be found in Aeneae Sylv. Ep. 410, and in Raynald. 1461, no. 44 ss.

³⁸ Dd. 22d October, 1463; see Aen. Sylv. Ep. 412, in the main also in Raynald. 1463, no. 29 ss. E. g. Et quis erit Christianorum tam feri, tam lapidei, tam ferrei pectoris, qui audiens, Romanum Pontificem b. Petri successorem, Domini nostri Jesu Christi vicarium, aeternae vitae clavigerum, patrem ac magistrum universorum fidelium cum sacro senatu Cardinalium Clerique multitudine in bellum pergere pro tuenda religione, libens domi remaneat? Et quae poterit excusatio quemquam juvare: senex, debilis, aegrotus in expeditionem pergit, et tu juvenis sano ac robusto corpore domi delitescas! Summus sacerdos, Cardinales, Episcopi praelium petunt, et tu Miles, tu Baro, tu Comes, tu Marchio, tu Dux, tu Rex, tu Imperator, in aedibus propriis otia beris? Siccine perverti hominum officia patieris, ut quae sunt Regum sacerdotes agant, quae nobilitati conveniunt, subire Clerum oporteat? Necessitas ire nos urget, quia non possumus alio pacto pro divinae legis defensione Christianorum animos commovere. Utinam hoc modo commoveamus! After the proclamation of the plenary indulgence which should be granted to all who took part in this crusade, or supported it, with the assurance, non dubitantes, quin animae illorum, quos ad hoc bellum proficisci bona mente contigerit, cum beatissimis ss. Patrum et Angelorum Dei spiritibus post hanc vitam in caelestibus sedibus collocentur, et consortes imperpetuum Christi factae aeterna felicitate fruuntur: it proceeds: In tanto Christianae religionis discrimine, quantum a Turcis inpraesentiarum cernitur imminere, nulli dubium esse debet, quin Christiani omnes, tam Reges et Principes, quam alii potentatus, et privati homines ad defensionem catholicae fidei et sanctae legis evangelicae juxta possibilitatem suam cum bonis et corporibus suis de necessitate salutis viriliter assurgere et indesinenter assistere teneantur. Eapropter fideles ipsos Jesu Christi cultores universos et singulos, cujuscumque status et conditionis fuerint, sive pontificali, sive imperatoria, vel regali praefulgeant dignitate, harum serie monemus ac requirimus, et in vim promissionis factae in sacri susceptione baptismi et in vim juramenti praestiti, cum dignitatum suarum infulas susceperunt, et per obedientiam nobis debitam, eis et eorum singulis mandamus, ut hanc sanctam expeditionem, ad quam profecturi sumus non sine maximo corporis nostri dispendio, modis quibus possunt quam celerrime adjuvare, et promovere festinent: ab illo, cujus causa agitur, exuberantia suscepturi praemia et in praesenti vita et in futura: negligentes autem negligenter, et in extremo judicii die minime inter illos inventientur quibus dicitur est Dominus: *venite, benedicti patris mei, percipite regnum*, etc.

³⁹ Vita Pii II. per Joh. Anton. Campanum Episc. Aprutinum (in Muratorii Scriptt. Rer. Ital. III. ii. p. 990), relates how Pius traveled sick from Rome to Ancona: Supra Oriculum maxime consternatus est obvia Crucesignatorum multitudine, quos morae impatientes retinere Carvajalius (the cardinal sent for the purpose) minime poterat, et agmine quum reverterentur, nec rapinis abstinebant: quocirca Medici aversari eo spectaculo illius oculos, obduci lecticae velum perpetuo itinere, causati ventos, jusserunt. Jacobi Card. Papiensis Comment. lib. i. (at the end of Gobell. Comm.) p. 357: *Conflexerat eo loci turba multa ex variis gentibus: non satis considerate domo egressa. Etenim cum eos solos evocasset Pius peccatorum proposita venia, qui vel annum, vel anni dimidium suo stipendio in exercitu militarent:—illi tamen nescio quo inconsulto zelo com-*

Venetian fleet, but he died at Ancona (15th August, 1464), before he could embark. Paul II.⁴⁰ at once distinguished the first days of his rule by the violent repudiation of the conditions of the election which had just before been agreed upon.⁴¹ As much

pulsi veniendum statuerant, credentes stipendium ac victum ministrante Pontifice non defuturum. Cum autem non invenirent, quae sibi animis fixerant,—venditis armis regrediebantur in patriam. Quorum nihilominus misertus ille, ne omnino frustra venisse se angerentur, decreti sui eos participes fecit (i. e. according to Platina, p. 750: absolutos peccatis in patriam remisit). Erant vero inter hos, qui consideratius venientes tolerare ad diem praefinitam militiam possent. Horum ergo traducendorum causa naves Venetorum duas dies jam multos in horas singulas expectabat: sic enim illi facturos se ante receperant; sed cum eae diutius tardarent quam oporteret, qui superfuerant cruce-signati morae impatientes catervatim abibant, ita ut non multo post appulsis jam navibus miles non superesset, qui illis posset imponi. Ea res causae quoque plurimum accelerandae mortis Pío dedit, dolente eo ac supra modum tristante, quod retineri in eam horam non potuissent.

⁴⁰ Platina, who was harshly treated by him, handles him in turn very severely in his *Vitae Pontiff.* Besides him, Michael. Cannesius de Viterbio and Gaspar Veronensis have written the life of this Pope (in Muratorii SS. Rer. Ital. III. ii. p. 993 ss.). Important also for the history of his reign are Jacobi Piccolominei Card. Papiensis († 1479) *Rerum suo tempore gestarum Commentarii*, libb. vii. (from 1464-1469), at the end of Gobellini Comm. Frf. 1614, p. 348 ss.

⁴¹ To those conditions of election, which Eugene IV. had already been obliged to swear to (see § 132, note 3), several others had been gradually added; compare the *Capitulation* of Pius II. in Raynald. 1458, no. 5. Those which had been sworn to by the cardinals before the election of Paul II. may be seen in Jacobi Card. Papiensis Comm., libb. ii. p. 371: Jurabat vovebatque Deo sanctisque Apostolis Petro et Paulo, quisquis Patrum ad Pontificatum esset assumptus, inchoatam expeditionem in Turcos, quantum Romanae Ecclesiae paterentur opes, continuare, proventumque aluminis ad eam rem integrum adhibere; lapsos etiam curialium nostrorum mores ad Patrum disciplinam restringere; Curiam porro ipsam de provincia in provinciam sine plurium ex Patribus—assensu—non transferre; Concilium generale Christianorum intra triennium cogere, in quo et Principes saeculi ad tuendam religionis causam accenderentur, aegraeque partes Ecclesiae communi medicamento sanitatem reciperent; Cardinales non ante creare, quam ii qui creati jam haberentur, intra viginti quatuor essent reducti, majoremque hoc numero non pati in Ecclesia esse; neminem quoque assumere, qui non trigesimum annum excederet, quique non professus esset vel pontificium jus, vel civile, vel literas sacras; nec nisi unum eumque hujus generis hominem de cognatione sua eligere; in omnibus autem eligendis sententias Patrum non tacitas in aures, ut ante, sed ex subselliis ad declinandos errores palam accipere; de majoribus insuper committendis sacerdotiis non nisi in Consistorio sententiis auditis decernere; jus ad ea nominandorum nulli omnino permittere; diplomata etiam non dare, quibus ad alienum arbitrium eadem se collaturum promitteret; si qua essent antea data, uno edicto adimere; non destituere sede sua Episcopum quemquam Abbatemve postulatione ulla principum, nisi et talionem ex juris forma in se ante reciperent, auditique rei solemnii iudicio essent; non Cardinalem, remve suam apprehendere, nisi ex Patrum sententiis; non damnare etiam, nisi ex synodali constitutione, cujus est initium *Praesul*; nil porro ex omni Ecclesiae patrimonio, quod paulo insignius esset, in quemquam distrahere, aut ejus censum minuere, nisi et assenserint Patres, et concessionem subscripserint: iisdem quoque non consulentibus nulli non subito bellum inferre, aut ad inferendum foedus quodquam inire; testamenta defunctorum Curialium libera sinere; portoria nova nulla inducere, nec vetera augere; Principi Potentatui tributum de Clericis sine ratione nullum concedere; arcium custodes jurejurando, vadimoniisque adigere de iis vacante Sede Collegio reposcenti tradendis; eas, quae essent momenti majoris, solis Clericis, qui tamen suae cognationis non essent, com-

money as possible continued to be collected for the Turkish war, but no expedition was undertaken. Germany was crippled not only by the indolence of the Emperor and the tediousness of the imperial diets, but also by the Pope's instigations against George Podiebrad, the heretical King of the Bohemians.⁴² The adventurous pilgrimage of the Emperor to Rome (1468) only increased the number of fruitless negotiations.⁴³ In Italy, Paul was in an incessant controversy with Ferdinand, king of Naples, who desired a release from his feudal tribute; in 1469 this broke out into open war.⁴⁴ In France his labors to obtain a formal repeal of the Pragmatic Sanction were thwarted by the steadfastness of the Parliament (1467).⁴⁵

mittere; eundem vero et arcis custodem et praesidem civitatis non facere; Praesidibus provincia decedentibus administratorum omnium iudices dare; ducem ecclesiastici exercitus ex suo genere non constituere; nil in diplomatibus factum dicere ex fratrum consilio, quod ad verum consulentibus eis decretum non esset; demum primo quoque mensium omnium Consistorio imperare has leges ad innovandam memoriam ex scripto praesenti se recitari. Additum et his est, ut bis quotannis per Calendas Decembres Majasque Patres seorsum a Pontifice convenientes cognoscerent inter se, an servatae illae judicarentur; id si minus factum intelligerent, charitate, quae filiis in parentes est debita usque ad tertia rememorationis officia, transgressionis et perjurii illum monerent, ad servandumque precarentur. The Pope's flatterers represented it to him as—indignum, vicariam Christi potestatem humanis conditionibus subdi; ipsumque non tam sui arbitrii, quam alienae moderationis ministrum videri; quaerendam libertatem esse, idque agendum, ut auctoritatem Ecclesiae apud se, non Cardinales esse omnes agnoscerent. By their advice the Pope took the following course: novae quaedam leges quasi ex persona Patrum scribuntur, quarum erat obtentus, quod priores illae cognoscebantur inutiles, induxisse eos has novas, quibus tantum obnoxium esse Pontificem vellent. The cardinals were partly persuaded, partly compelled to subscribe this: one alone, Carvajal, was firm in his refusal.

⁴² The Pope pronounced sentence of excommunication and deposition against the King, 23d December, 1466, and instigated the German princes, and the kings of Poland and Hungary, to execute the sentence; see Müller's Reichstagstheater, Th. 2, s. 263 ff. In 1468 Matthias, king of Hungary, at last began a war against the Bohemians, after having first made peace with the Turks for the purpose. Müller, s. 311 ss.

⁴³ The description of it is in Jacobi Card. Papiensis Comm., lib. vii. p. 438 ss. Müller, Th. 2, s. 319 ff.

⁴⁴ Platina in Vita Pauli, p. 773. Jac. Card. Pap. Comm., lib. iv. p. 393 ss.; lib. v. p. 403 ss.

⁴⁵ The Cardinal Jean Balue, who was sent to France for this purpose, at once readily obtained the desired edict from the King; but when he brought it to the Parliament for registration, Jean de saint Romain, Procureur général du Roi, opposed the measure: the Parliament delayed, and the University appealed to a council; compare the Chronique scandaleuse in the Mémoires de Phil. de Comines, ed. par Lenglet du Fresnoy, t. ii. p. 66. Preuves des libertez de l'église Gall., chap. xiii. no. 11. Bulaei Hist. Univ. Paris, t. v. p. 684 s.

§ 134.

SIXTUS IV. (9TH AUGUST, 1471-12TH AUGUST, 1484). INNOCENT VIII. (29TH AUGUST, 1484-25TH JULY, 1492). ALEXANDES VI. (11TH AUGUST, 1492-18TH AUGUST, 1503).

Stephanus Infessura (Senatus Populique Romani Scriba s. Cancellarius, about 1494) *Diarium Romanae urbis* from 1294-1494, in *Eccardi Corpus Hist. Med. Aevi*, t. i. p. 1863, and in *Muratorii, Scriptt. Rer. Ital.* III. ii. p. 1109; in the latter with the omission of some offensive passages.

Johannes Burchardus (from Strasburg, caereoniarum Magister, from 1503 Bishop of Horta, † 1506), *Diarium Curiae Romanae* from 1484-1506. Leibnitz gave some fragments from this work in the *Specimen Hist. Arcanae s. Anecdotae de Vita Alex. VI. Papae. Hanoverae*, 1696, 4; Eccard gives a fuller but very erroneous abridgment, from the part upon Alexander VI. in the *Corpus Histor. Medii Aevi*, t. ii. p. 2017 ss. A description of the whole work may be seen in the *Notices et Extraits des MSS. de la Bibl. du Roi*, t. i. p. 68 ss. The best manuscript extant is that at Munich; see Paulus Sophronizon. *Bd. 6, Heft 1, s. 1*. There are contributions also from the Carlsruhe MS. *ibid.* s. 6 ff.; *Bd. 8, Heft 6; s. 96 ff.*

[A new and complete edition, by Gennarelli, Florence, 1855, in a proposed Collection of all works bearing on the earlier Italian History.]

The succession of popes which now follows proves the degeneracy of the cardinals as to all discipline and sense of shame: they were distinguished for nothing but undisguised meanness and wickedness; they were reprobates. True, Sixtus IV. began to push forward the preparations for the Turkish war,¹ with equal zeal

¹ *Vita Sixti IV.* (probably by Platina), in *Muratorii Scriptt. Rer. Ital.* III. ii. p. 1056: *Celebrata coronatione ad rem ecclesiasticam Christianamque componendam animum adjicit. Concilio itaque tantam rem indigere arbitratus, ad Lateranum se id habiturum ostendit, quo bellum Turcis iudici commodius posset, quemadmodum Pius Pontifex instituerat, si ei vivere licuisset. At vero dum hac de re maturius consultaretur, Imperator rem Christianam in magno discrimine cernens, Pontificem rogat, ut Utinum habendi Concilium locum idoneum deligat. Sed Pontifex, quum videret Mediolanensium Ducem, aliquotque populos et Italiae Principes id nequaquam approbaturus: quumque etiam proventus suos, belli nervos, absente Curia, imminui videret, non sine suspicionem tumultus, si ab urbe discederet, Mantuam primo, mox Anconam proponit, quo Imperator venire comode poterat.—Verum quum hac deliberatione rem in longum protrahi videret, Patrum consensu Legatos decernit, Bessarionem Nicaenum in Galliam, Rodericum Borgiam Vicecancellarium in Hispaniam, Marcum Barbum in Germaniam Pannoniasque.—Oliverium Carafam Neapolitanum Cardinalem classi maritimae in Turcas praefecit magna cum impensa. All without success. When the Emperor, after many deliberations, wished for a new one at the diet of Augsburg in 1473, and requested a Papal legate for the purpose, the Cardinalis Senensis said in Consistory (see *Jacobi Volaterrani Diarium Rom.* in *Muratorii Scriptt. Rer. Ital.* xxiii. p. 94), nullius sibi usus eam missionem videri: conventus illorum esse inanes: decem intra non multos annos habitos, quorum non sit fructus perceptus: hoc autem incommodi nunquam deesse, quod populorum de nobis innovantur lamenta: etenim magnis apparatusibus Principes—ad illos accedere, eorumque sumtuum ferendorum causa tributa suis imponere, atque identidem dicere, imperio Romani Pontificis se proficisci, et adjuvari protectionem necessarium esse: ita miseram plebem non suorum Principum, sed nostras injurias lamentari.*

and bad success; but his chief motive was the small ambition to raise his family from their low estate to the highest rank; and so he allowed his nephew, Jerome Riario,² to beguile him into steps which increased still more the embarrassments of Italy, sullied his reputation, and hindered every enterprise against the Turks. First, he favored the conspiracy of the Pazzi against the Medici in Florence, 1478:³ when this miscarried, and vengeance was taken even upon the clergy, by capital punishment, he made war upon Florence with spiritual weapons, and, in alliance with Naples, with secular arms also.⁴ The universal indignation roused by

² According to Nicol. Macchiavelli *Hist. Florent.*, lib. vii., both brothers Jerome Riario, count of Imola, and Peter Riario, cardinal, were sons of the Pope: on both, see Raph. Volaterranus, *Anthrop.* l. xxii., below.

³ An account of the transactions may be seen in the *Excusatio Florentinorum per D. Barthol. Scalam*, dd. 10th August, 1478, in *Laurentii Medicis Magnifici Vita*, auct. Angelo Fabronio (Pisis, 1784, 4), vol. ii. p. 167, in which also the confession of John Baptist Montesecco, a Papal brigand who took an active part in the affair, with regard to the course of the conspiracy, is quoted word for word. Raphael Volaterranus († 1521) *Commentariorum Urbanorum Geographia*, lib. v. On April 26, during high mass, Julian de Medici was murdered in church, Lorenzo escaped, the conspirators were cruelly murdered by the exasperated people, the Archbishop of Pisa was hung from a window of the town-hall. *Comp. Laurentii Medicis Magnifici Vita*, auct. Angelo Fabronio, vol. i. (Pisis, 1784, 4) p. 58 ss. H. Leo's *Gesch. d. Italienischen Staaten*, Th. 4, s. 381 ff.

⁴ The Pope's bull of excommunication, dd. 1st June, 1478 (in Raynald. ad h. a. no. 5 ss.), first alleges charges of many kinds against Lorenzo de Medici, chiefly because of the murder of the clergy, and then declares, *quamvis—a praedecessoribus nostris in magnos Principes ob minora facinora acriter saevitum esse conspiciamus,—iniquitatis filios Laurentium, Priores, Vexilliferum, octo de Balia antedictos*, and pronounces all those who had given their assistance against the murdered clergy as *criminiis laesae majestatis reos, sacrilegos, excommunicatos, anathematizatos, infames, diffidatos, inestabiles*. It was further decreed, *eorundem aedificia in ruinam dari debere,—nullum eis debita reddere, nullumve in judicio respondere teneri, nulli quoque filiorum aut nepotum praedictorum—alicujus aperiri debere januam dignitatis aut honoris ecclesiastici vel mundani.—Quidquid in bonis tunc inveniebatur eorundem, fisci et Republicae dominio applicatum fore*. The city and domain of Florence were placed under interdict. On the other hand, the Florentines asked for the opinions of the most renowned canon-lawyers who advised an appeal to a general council (see Fabronius, l. p. 81. The opinion of Franc. Accoltus Aretinus may be seen in his *Consilia s. Responsa*. Venet. 1573, p. 174). Accordingly, a synod of all the clergy of the Florentine dominions was summoned, which appealed from the Pope to a general council (Macchiavelli *Istoria Florent.*, lib. 8), and in a declaration composed by Gentilis, bishop of Arezzo, on 23d July, 1478, proved the Pope's participation in the crime by means of an accurate account of the transaction, and the confession of John Baptist Montesecco, which was quoted word for word, and also declared his ban and interdict invalid, with the severest reproaches against him. This declaration was printed at the time; see *Storia della Toscana di Lorenzo Pignotti*, t. iv. (Livorno, 1820, 12) p. 122: It was published again, but erroneously, under the title, *Synodus Florentina contra Sixtum IV.* 1770, 8 (without stating the place where it was printed, but still in Italy), and may be found, increased with new errors of the press, in K. Walchner's *polit. Gesch. der im Jahre 1478 zu Florenz gehaltenen grossen Kirchensynode u. des Zwistes dieser Republik mit d. röm. Papste Sixt. IV.* Rotweil, 1825, 8. s. 132 ff. Fabronius in *Laurentii Medicis Vita*, vol. ii. p. 136, has

published it from the autograph. Here we find, p. 139: Causam tam insolentis odii, et inexpectatae retributionis in familiam de Medicis, quae semper ei et sedi Apostolicae servierat, nullam invenimus, nisi quandam perditam carnis et sanguinis revelationem, qua ob comitem illum suum Hieronymum, in cujus manibus nunc Ecclesia Dei est, delirat, furit, et insauit. Habet hic suus Imolan, s. Romanae Ecclesiae urbem, quam ejecto Thaddeo Manfredo se tenere post mortem sui Pontificis posse diffidebat, nisi vicinum dominium Florentinum aliquo foedere amicitiae obligaret. Major autem obligatio inveniri posse non videbatur, quam si suo beneficio praessent, qui in ea Republica primates essent: fieri autem id sine status mutatione non poterat, mutari autem status sine morte Laurentii, et Juliani de Medicis impossibile videbatur.—Itae igitur impellente rabie Comes oblitus omnis humani divinique juris, oblitus beneficiorum, oblitus conditionis suae, qui cerdo fuerat, stirpem Cosmanam delere aggreditur, etc. P. 144: Sic se res habuit, Christiani lectores, hac de causa, hoc ordine, his mediis tentata eversio Florentina est. Per haec vestigia eum, qui venit, ut vitam habeant et abundantius habeant, Sixtus secutus est. Sanguis optime de Christiana religione meritus per Principem religionis fusus, violata per Pontificem Ecclesia, polluta per summum sacerdotem sacra sunt. Et haec ne quis ignoret aut excusare possit, confirmat aperto bello, et promulgatis censuris coeptam conjurationem sequitur. Eam mulierculam imitatur, quae vento detectum calvitium ut posteriori veste retegeret, nates detexit. In cubiculo suo, ut vidistis, tractata res est, suus Comes Pactios ad necem armavit, suus Cardinalis familiam caedi, praesentiam sceleri praestitit, suus exercitus fideles fines nostros pro Turcis ingressus est. Quis jam non videat, delirum senem his suis promulgatis censuris voluisse notam macula, lutum stercore lavare?—Sed ad repellendam sententiam ejus—veniamus, etc.—At last, with regard to the murder of the Archbishop, p. 156: Suspensus leno, suspensus parricida, suspensus lusor, suspensus proditor, et id in ipsa enormitate criminis, dum fureret populus in proditores patriae, quorum hic erat caput, dum cives primarii de salute patriae trepidabant. Archiepiscopus non erat, quem popularis ille furor, dum palatium suum defendit, suspendit: Archiepiscopi enim talia non faciunt. Armatus scuto et ense captus est, invasor curiae retentus: ecquis hunc pro Archiepiscopo cognovisset, aut cognitum sacerdotaliter tractasset? Noluissimus ipsum Sixtum sic inventum fuisse a Savonensibus suis. Quod si injiciens manum quocumque modo in Clericum excommunicandus sit, cur non hi, qui manus injecerunt, excommunicantur? Quid miser Laurentius vulneratus et confectus dolore interempti fratris,—de sua vita, de suo statu, de salute patriae anxius impetitur? Quid additur afflicto afflictio, et pro medela illati vulneris vulnus adjungitur? Estne haec illa manifesta et rationabilis causa, pro qua tantam ferri censuram sacri Canones statuerunt? Est hic gladius ille bis acutus ex ore sedentis in throno procedens, ut laudetur peccator in desideriis animae suae, et iniquis benedicatur? Maledicatur innocens, qui pene occisus est: occisor, et proditor patriae bonae memoriae filius appellatur! Haecine memoria, Sixte Pontifex, tuae bonitatis et justitiae? Parricidarumne patrem te Cardinales isti creaverunt?—Perfidiam fidem, nocentiam innocentiam, scelus bonitatem perdidit, et vis ad nomen censurarum benedictum maledictum existimemus?—Caeterum libenter hic intelligeremus ab eo, qui tot tam constanter proponit, unde nunc maledicat, quod modo benedixit. Nonne illa sua vox fuit, cum audivit suspensum fuisse ob prodicionem Archiepiscopum et stipatores: *benedicti vos a Domino, qui hominem suspendistis: nunquam voluissimus praefecisse eum illi Ecclesiae!* Nonne etiam mentionem habuit de mittendo Florentiam Legato, qui afflictos consolaretur? Et unde post tam repens exorta in contrarium sententia, tam subito mutata in crudelitatem commiseratio? Nondum erat forsan captus Joannes Baptista (Montesecco), qui sua confessione Sixti occultam voluntatem in apertam necessitatem converteret: vel pendet ab alio, et est Vicarius alicujus hostis nobis ignoti, et hominis, utinam boni, non ejus, qui Ecclesiam suam super firmam petram fundavit.—P. 162: Restat ut sententia nulla sit, quae nullam habuit judicandi causam, falsum sit judicium, quod mendaclo nititur, excommunicatus sit, qui alios excommunicare vult violenter et injuste. Acceperit Spiritum Sanctum, non simoniae sit creatus, qui vocem suam veri pastoris, non haeretici hominis vult haberi.—P. 164: Ad alterum igitur lumen, ipsum scilicet Caesarem semper Augustum confugimus, id enim Dominus, ut huic

this injustice, the threats of Louis XI., King of France,⁵ the peace

nocti praesesset, creavit: Christianissimum Regem Francorum, in cujus tutela Christi Ecclesia est,—invocabimus: omnes Principes et populos Christianos implorabimus, ut. quamdo jam vident, simoniace creatum Pontificem templa, Cardinales, Missas ad homicidia fidelium exercere, Concilium, ad quod appellavimus, amplius non differant, sponsam illius, in cujus sanguine baptizati sunt, a tanta turpitudine liberent.—Abeat itaque leno, casta erit mater, angularem lapidem non premat petra scandali, etc. The seignory of Florence, on 21st July, 1478, issued a letter to the Pope (first published by Francis Henry Egerton: *Lettre inédite de la Seigneurie de Florence au Pape Sixte IV.* Paris, Mars, 1814, 4; reprinted in Millin, *Magasin Encyclopédique*, Avril, 1814; in Pignotti, t. iv. p. 117; Walchner, s. 159), in which it refutes the charges against Lorenzo de Medici. E. g. Ejicere vis nos e civitate Laurentium de Medicis: hujus autem voluntatis tuae duas in literis Tuis potissimum causas colligimus, et quod tyrannus noster sit, et quod publico religionis christianae bono adversetur. Quo ergo pacto, ut primam causam primum diluamus, nos liberi erimus Laurentio ejecto, si tuo jussu erit ejectus? Contrariae tuae literae loquuntur, quae, dum libertatem pollicentur, imperando auferunt: et, ut isto te labore liberemus, ejicere nos malos cives Tyrannosque didicimus, et administrare rem nostram publicam sine monitoribus. Redi paulum ad te, beatissime pater, oramus: da locum affectibus, qui sacrosantam istam sedem, istam gravitatem et sanctitatem pontificalem adeo decorant. Laurentium de Medicis tyrannum clamitas: at nos populusque noster defensorem nostrae libertatis cum caeteris, quos tu arguis, civibus experimus, et una omnium voce appellamus; parati, in quemcunque rerum eventum omnia ponere pro Laurentii de Medicis salute, et civium reliquorum, in qua quidem publicam salutem et libertatem contineri nemo nostrum dubitat. Quod invehuntur in Laurentium illae literae liberius, nihil est quod contradicamus in praesentia: veritas ipsa satis contradicet et tua conscientia: hoc tamen fatebimur, beatissime pater, movent risum omnibus nobis, tam inaniter, ne dicamus maligne, conficta audientibus.—Movet te fortasse, et de ea re Laurentium succenses, quod e furentibus populi armis Raphaellem Cardinalem, tuum nepotem, eripi curaverit, et salvum reddiderit! Movet, quod trucidato Juliano fratre saucius ipse divina potius quam humana aliqua ope sceleratos gladios sacrilegosque parricidarum et mortem evitaverit! Si caedi se passus sit ab missis a vobis efferatissimis satellitibus, si arcem libertatis nostrae, publicum Palatium, captum dolis a proditoribus vestris, non recuperassemus, si trucidandos nosmet, ac magistratus nostros, et cives tradidissemus vobis; nihil modo tecum contentionis haberemus.

⁵ See the credentials of the King's ambassadors to the Pope, on 20th November, 1478, in the *Preuves des Libertez de l'église Gall.* chap. xiii. no. 12. The King complains in them that, during the threatened danger from the Turks, the Pope and the King of Naples had stirred up *dissensiones et guerras* in Italy. On this account he had gathered together the ecclesiastical and temporal nobles of his kingdom at Orleans, and there it was determined, necessarium esse Concilium generale convocari, et sanctissimo Patri nostro Summo Pontifici fore supplicandum, ut—Concilium generale convocari et teueri faceret,—quodque ipse Summus Pontifex exemplo Christi vellet pacem praedicare, et cum dicta illustrissima Liga (Florence and her allies) pacis unionem inire. Accordingly the King sent this embassy, which was empowered at the same time, casu quo ipse summus Pontifex praemissa facere denegaverit, seu plus debito distulerit, vel aliqua in contrarium praemissorum, aut aliquid contra nos, regnum et regnicolas nostros fecerit, seu in futurum attentare praesumpserit, ad intimidandum et appellationem ab ipso interjectam in congregatione predicta Aurelianis, et de novo si opus fuerit appellandum ab ipso summo Pontifice male consulto ad eundem summum Pontificem bene consultum, seu praefatum proximum futurum Concilium universalis Ecclesiae. The embassy was received in January, 1479, in full consistency; see Jacobi Volaterrani (a contemporary Secretarius Apostolicus) *Diarium Romanum* in Muratorii *Scriptt. Rer. Ital.* xxiii. p. 97 s., and here threatened more definitely, that if the Pope refused to yield, nullae vacationes, nullae pecuniae sinerentur ad Apostolicam sedem ex regno illo venire, or, according to their written declaration in Raynald. 1478, no. 19: quod si non fecerit (Papa), eo ipso petit (Rex) con-

which Ferdinand of Naples concluded with Florence in 1480,⁶ and the conquest of Otranto by the Turks (11th August, 1480), forced him to yield.⁷ Next the Pope's nephew hankered after the dominions of the house of Este, which ruled in Ferrara: forthwith Sixtus allied himself with Venice against this family; war broke out in May, 1482, and Ferrara, though supported by Naples, seemed upon the point of being forced to submission.⁸ Then the nephew allowed himself to be won over by Naples;⁹ Sixtus suddenly went over to the other side (December, 1482), and excommunicated Venice.¹⁰ However, this Republic remained so suc-

gregari generale Concilium in aliqua civitate regni sui, et illico Pragmaticam indicit Sanctionem, quam servari jubet in regno suo integerrime. Postremo Praelatos, et quasvis ecclesiasticas personas in Romana curia degentes, et in regno suo habentes beneficia ad ipsa beneficia revocat, et per subtractionem fructuum redire compellit. The Pope decidedly refused all these proposals (l. c. no. 20, ss.): however, the Emperor and Matthias, king of Hungary, were also urgent for peace: the Venetians purchased peace from the Turks, that they might be able to support the Florentines (l. c. no. 30).

⁶ Raph. Volaterranus Geogr., lib. v.: Laurentius cum jam periculum imminere conspiceret, ultro decrevit ad Regis hostis misericordiam confugere. Itaque—itinere per mare Tyrrenum facto Neapolim celeriter adplicuit, ubi humaniter exceptus supplex veniam petiit, ac cum Rege annui census pactione transegit, paucisque post diebus incolumis ad suos regressus est, ac bellum dissolutum (peace of the sixth March, 1480). Quod factum Pontifex quamquam graviter tulit, quod se neglectum praeteritumque viderit: auxiliis tamen destitutus pacem coactus est facere.

⁷ The capture of Otranto alarmed the Pope so much, that at first he thought of taking flight to Avignon; but afterward he began most earnestly to invite all Christian powers to concord, especially to persuade the Italian states to an armistice, and to render their assistance; see Raynald. 1480, no. 17 ss. On the reconciliation of the Florentines with the Pope, see Raph. Volaterranus, l. c.: Quamobrem oratores xii. ad eum missi, qui veniam praeteritorum peterent ac populum Florentinum communi causa expiarent.—Praesul caput legationis orationem in senatu habuit, veniamque petiit praeteritorum. Die deinde dominico primo Adventus (the third of December), anno 1480, omnes mane in porticum basilicae Petri conveniunt, Pontificem atque Patres praestolantes. Ibi Pontifex pro foribus templi procumbentes ad genua viritim de more virga converberatos terga expiavit. Ingressi deinde basilicam sacrificio interfuere, quo peracto domum reducti sunt omnium Patrum familiis comitantibus. Nam prius urbem nemine de more obviam procedente ingressi fuerant. A more detailed account is given by Jacobus Volaterranus *Diar. Rom.* (Muratori, xxiii. p. 113 ss.).

⁸ Leo, *Gesch. d. Ital. Staaten.* Th. 3, s. 183 ff.

⁹ Among the conditions of peace (see Jacob. Volaterr. in Muratori, xxiii. p. 181) was—stipendium Hieronymo Comiti in annos tres xl. aureorum millia.

¹⁰ M. Antonius Sabellicus (Professor of Ancient Literature in Venice, † 1506), *Hist. Rerum Venetiarum*, Decadis iv. lib. ii. (in the *Istorici delle cose Veneziane*, i quali hanno scritto per publico Decreto. in Venezia, 1718, 4. t. i. p. 842): Percusso cum hostibus foedere, tentavit Pontifex per literas Venetos ab armis revocare, atque eo suadendo hortandoque perducere, ut Ferrariensi bello omnino abstinerent, restituerentque Herculi Aestensi, quaecunque ad eam diem armis illi ademissent. (This letter, dd. 11th December, 1482, is in Raynald. ad h. a. no. 19): Patres ea denunciatione moti, etsi certi erant, semipartam victoriam nolle abjicere, censuerunt tamen, Pontifici respondendum, ac per literas non illi magis, quam toti Italiae, imo Europeis omnibus demonstrandum:—*Venetos ne injuria quidem lacessitos arma prius induere voluisse, quam belli, quod postea Her-*

cessful, that her enemies were obliged to make peace without regarding the excommunication (7th August, 1484). Vexation at this hastened the death of the Pope, who was hated as much as he was despised (12th August, 1484).¹¹ Innocent VIII. succeed-

*culi illatum esset, Pontificem non solum auctorem, sed impulsorem etiam habuissent: nec tum quidem eos a pace multum abhorrere, quin veteri civitatis instituto libenter eam complexuros fuisse, nisi alieno tempore proponeretur, tunc sane, quum jam prope debellatum esset, ac tam indignis conditionibus, ut nil aliud esset illam recipere, quam Venetum nomen omnibus gentibus irridendum exhibere.—Quod ad se attineret, statutum esse, bellum, quod semel suam Pontifice auctore suscepissent, bona ipsius venia ad exitum perducere: quem tam felicem sperarent, quam justa visa esset causa, propter quam illud suscipere debuissent. Haec et alia in hanc sententiam Venetus. Pontifex autem, pristini foederis oblitus, ubi Venetum in sententia perstare vidit, interdicti spiculum in eum detersit. The bull, dd. 23. Maj., 1483, is in Raynald. ad h. a. no. 8 ss. However, the interdict could not be carried out in Venice; the Franciscans, who attempted it, were exiled; see Marinus Sanutus († about 1555), in his Lives of the Doges, in Muratori, Script. Rer. Ital. xxii. p. 1228. The Venetians proceeded still further; see *Sixti bulla*, dd. 15. Jul. 1483 (in Raynald. ad h. a. no. 19): accersitis in eorum ducali Palatio nonnullis Praelatis ecclesiasticis tunc Venetiis commorantibus, coram eis, ut honestis personis, a monitionibus et mandatis hujusmodi nostris ad tribunal omnipotentis Dei, et ad id, quod de proximo celebrari debere temere affirmare non erubuerunt, futurum generale Concilium appellare, et ut appellatio ipsa per eosdem Praelatos reciperetur, laudaretur et admitteretur, ac tandem ad nostram deduceretur notitiam procurare, et Christi fidelibus, Clero et populo—locorum eorum ditioni obtemperantium, quod praetextu appellationis hujusmodi—mandatis nostris obtemperare non tenerentur,—persuadere—non formidarunt. At the same time (Sabellicus, l. c. p. 858), ad omnes Germaniae et Galliae Reges oratores miserant, qui illos ad publicum conventum ipsi Pontifici ac Christiano nomini indicendum impellerent, ubi fas esset de Pontificis injuria queri, fidemque Christianorum omnium adversus illum implorare.*

¹¹ The conditions of peace may be found in Sabellicus, l. c. p. 863 ss. How great an impression they made on the sick Pope, may be seen in Jacobi Volaterrani Diarium Rom. in Muratorii, xxiii. p. 198 s. Stephani Infessurae Diarium urbis Romae in Eccardi Corpus Histor. Medii Aevi, ii. p. 1938: Deinde undecima die (Augusti) accesserunt ad eum Ambasciatores Potentiarum, putantes forte afferre ei aliquod gaudium, et exposuerunt ei, qualiter conclusa esset pax per totam Italiam.—De quo ipse multum obstupuit, et miratus est, quare pax esset conclusa sine eo, attento, ut ipse dicebat, ipsum debuisset principaliter intervenire. Et cum hoc saepius interrogasset ab eis, et audivisset, quod dicta pax esset conclusa adeo, ut non posset amplius retractari, doluit valde. Et causa doloris communi omnium existimatione haec fuit, quia semper in omnibus operibus suis animum ostendit suum in hunc finem et propositum, ut aliquem statum, potentiam sive dominium acquireret Comiti Hieronymo.—Putabat modo in hac pacis conclusione, se posse aliquid dicto Comiti acquirere. Et ista de causa intravit in talem confederationem, et pecuniam Ecclesiae expendit. Sed postquam vidit, se esse illum, et cecidisse ab hac spe;—doluit valde, ita ut tam ex primo dolore quam ex novissimo infirmatus sit febre,—et—XII. d. Aug.—mortuus sit Sixtus IV. In quo felicissimo die Deus ipse omnipotens ostendit potentiam suam super terram, liberavitque populum suum Christianum de manu talis impiissimi et iniquissimi regis, cui nullus Dei timor, nullus regendi populi Christiani amor, nulla caritatis et dilectionis affectio; sed solum voluptas inhonesta, avaritia, pompa, seu vana gloria semper et continue praecipue viguit, et in consideratione fuit. Hic, ut fertur vulgo, et experientia demonstravit, puerorum amator et Sodomita fuit. Nam quid fecerit pro pueris, qui serviebant ei in cubiculo, experientia docet, quibus non solum multorum millium ducatorum donavit redditus, verum Cardinalatum, et magnos Episcopatus largiri ausus est. Nam et non propter aliud, ut dicunt quidam, dilexit Comitem Hieronymum, et fratrem Petrum, ejus germanum, ac post Cardinalem s. Sixti, nisi propter Sodomiam.—Hic avarissimus: namque ut notum est

ed to his place; who, in defiance of the conditions of his election,¹² sought with a still more profligate vileness to exalt and en-

omnibus, nullum unquam contulit beneficium cujuscunque generis, nisi soluta pecunia. —Interdum etiam subhastabatur, ut nulla habita ratione peccati, bonus an malus, dignus vel indignus, literatus an illiteratus esset, qui plus offerret, beneficium consequeretur. Cardinalatus quoque et Episcopatus vendidit infinitissimos, de quibus hic narrare non expedit. Hic pecuniarum quaerendarum causa, quas in bellis et pompis consumebat, multa et inexcogitata in Curia Romana officia adinvenit, et vendidit his, qui Scytharum vocabulo denominabantur Stradioti, Jannizari, et Mamaluchi. Hi officiales habebant varia exercitia in Curia, et ex his lucrabantur, et sine dubio ut ex illis pecunias, quas pro consequendis exposuerant, rehabere possent, citra modum lucrum extorquebant. Hic officia multa in urbe, non citra avaritiae causam, perpetua et venalia fecit.—Hic gabellam novam imposuit, ut fornarii sive pistores pro quolibet sacco grani, quod macinandum (to be ground) mittebant, ultra consuetam solutionem unum grossum papale solverent. Hic Datium (*dazio*, impost) sub nomine decimae immoderatum tam a Clericis, quam ab Officialibus exigebat, et quidem sine aliqua misericordia. Figebat enim praeceptum in ostio Ecclesiae, ut intra certum brevissimum spatium sub excommunicationis et privationis poena et ultra illam, alias centum, et alias quinquaginta Ducati solverentur: quod si ita, ut ponebatur, der repente non esset solutum, Ecclesia ipsa erat interdita, et Canonici privabantur. Hic Romae dum vixit, panis penuriam semper induxit pecuniarum quaerendarum causa. Nam emebat granum de messibus per omnes ecclesiasticas regiones uno Ducato:—deinde penuria facta—quatuor vel quinque Ducatis revendebat. Aliquando ex regno Regis Ferdinandi granum foetidum et putridum parvo pretio comparabat, illudque in loco quodam, qui Abundantia vocabatur,—non minori quam tribus Ducatis pro rubio distrahebat. Et quia saepe contingebat, quod tanta grani multitudo ibi consumi non poterat, inter fornarios distribuebat, mandabatque illis, ut sub certa poena non possent aliud quam dictum suum granum consumere seu operari, pro pretio tamen XL. Carlinorum pro quolibet rubio, quod nisi solverent, statim carcerabantur. Panis vero, qui ex dicto frumento fiebat, erat ater, foetidus et abominabilis, et ex necessitate comedebatur, ex quo saepenumero in civitate morbus viguit. Hic poenas omnes cujuscunque generis ad pecuniam reduxit, ita ut, si ignem quis meritus fuisset, soluta aliqua pecunia liberaretur.—Et tandem tantum vigeat in eo avaritiae vitium, ut non puderet, nec erubesceret, si aliquando Camera esset debitrice alicujus, et ipse debitum promiserit, denegare, et in sua fide deficere, et aliquando, quod clarissimum erat, denegare.—Hic literatorum et bonos mores habentium inimicus, solum illi grati erant mali, etc. Raphael Volaterranus Comm. urban. Anthropologia, lib. xxii.: Suorum imprimis amantissimus ac indulgentissimus fuit, quorum causa pleraque praeter fas jusque et agebat et concedebat. Petrum ante omnes ejusdem Ordinis (Franciscani) ac patriae, quem a puero una cum Hieronymo fratre sibi educaverat, ad Cardinalatum usque provexit, virum alioquin natum perdundae pecuniae: nam bienio, quo tantum postea vixit, ducenta aureorum millia in luxu victitando solum absumpsit, LX. millia aeris alieni, argenteorum item CCC. pondo dimisit. Decessit tabidus voluptate annorum XXVIII., officibus maxime desideratus, quorum officinas novis semper lucris et opibus replebat. Hieronymus vero frater, Forolivii Forocornelique princeps factus, post eum rem omnem Ecclesiae administravit, vir ingenio severiore ac voluptatibus praeter unicam venationem minimum deditus. Xistus itaque post hos fratrum sororumque filios extulit: neque enim alter propinquis foecundior fuit. Then follows an enumeration of these advancements, and of the wars which he carried on, ad arma conversus, quibus magis quam religioni natus fuerat. Quum igitur tot tumultibus absumpta pecunia indigeret, nova Collegia primus excogitavit, quae liceretur. These are recounted. Verum haec seu necessitati, seu verius proximis ac ministris tribuenda, nam eo Pontificum nullus nec animo munificentior, nec in dando hilarior, nec in promovendis hominibus promptior repertus fuit. The manner in which he entertained foreign nobles, and beautified Rome with buildings, is then told.

¹² These may be seen in Raynald. 1484, no. 28 ss. The provisions directed against

rich his seven illegitimate children.¹³ He carried on two wars with Ferdinand, king of Naples, until the year 1492, and brought forward Renatus, duke of Lorraine, as pretender to his crown.¹⁴ True, he proceeded, as his predecessor had done, to encourage princes and people to undertake expeditions against the Turks;¹⁵ but when Dschem (called Zizim or Zemes in the Western World), the brother and the rival of the Turkish Sultan Bajazet, was delivered over to him in 1489 by the knights of Rhodes, instead of sending him at the head of an army against the Turks, he chose rather to detain him in prison on consideration of an annual tribute from the Turkish Sultan.¹⁶ Alexander VI. likewise, the most

nepotism are no. 30: De parentela et consanguinitate sua non plures quam unum dumtaxat qualificatum (ad Cardinalatum) promovebit; and no. 38: quod arces S. Angeli, civitatis vetulae, Tiburis, Spoleti et Caesena non concedet alicui de parentela sua, nec Praelato, nec saeculari; sed aliis Praelatis et ecclesiasticis personis; neque faciet eundem Castellanum et gubernatorem alicujus civitatis,—nec Capitaneatum generalem Ecclesiae nepoti, nec alicui consanguineo suo concedet.

¹³ Infessura (in Murat. III. ii. p. 1189; Eccard. ii. p. 1947) enumerates the grants, which, according to report, Innocent had promised, pro habendis vocibus; and then adds: Quare negari non potest, quin considerata qualitate et vita Viri, qui juvenis et Januensis est, et ex pluribus mulieribus septem filios inter mares et foeminas habet,—ac considerata qualitate electionis, quae multo deterior fuit electione Xisti, quomodo longe pejora et deteriora non sequantur? As early as the fourth day after the election, Cardinales animo insatiabili et quadam voracitate inter se omnia officia saecularia tam urbis quam extra urbem diviserunt. The promise, omnia officia et beneficia Romana concedere Romanis, was not observed. Et sic in ejus principio sequitur vestigia Xisti, etsi grave est unicuique fidem fallere, sed magis Principi. Sed non est mirum, si populum Romanum decepti, quia Deum omnipotentem, cui in promotione castitatem vovit et promisit, et tamen post septem filios habuit, turpiter fefellit atque decepit. Raph. Volaterranus Comment. urban. Anthropologia, lib. xxii.: Xisti deinde secutus exemplum quaestus gratia Secretariorum collegium instituit pristinum numerum augendo; Pontificum etiam primus, qui novum et ipse exemplum introduceret palam liberos nothos jactandi, ac soluta omni antiqua disciplina divitiis eos omnibus cumulandi. The epigram of the day,

Octo Nocens puoros genuit totidemque puellas,
Hunc merito poterit dicere Roma patrem,

probably adopted the number 8, because Innocent was the eighth of this name.

¹⁴ Ferdinand wished to have the tribute remitted by Innocent VIII., as it had been by Sixtus IV. The Pope entered into an alliance with the disaffected barons of Naples, Ferdinand with the family of Ursini at Rome. The first war began in 1485 (Raynald. h. a. no. 38, 1486, no. 1): on 12th August, 1486, a peace was concluded on terms advantageous to the Pope (Raynald. ad h. a. no. 13), but this was not observed by Ferdinand. Accordingly, differences soon rose again (Raynald. 1487, no. 9 ss.); in 1489 the Pope declared that the King had forfeited his kingdom (Rayn. h. a. no. 5 ss.): the peace of 1492 was a repetition of the earlier one (Rayn. h. a. no. 10 ss.); compare Leo's Gesch. d. Ital. Staaten. Th. 4. s. 611 ff.; s. 617 f.

¹⁵ Raynald. 1484, no. 60 ss.; 1485, no. 1 ss.; 1486, no. 60 ss.; 1488, no. 10 ss.

¹⁶ On Dschem's History, see Jos. v. Hammer's Gesch. des Osmanischen Reiches, Bd. 2 (Pesth, 1828, 8), s. 250 ff. He fled in 1482 to Rhodes. He was kept prisoner in France by the knights of Rhodes; and in 1489 was delivered over to the Pope, who had striven hard to get possession of him, under the pretext of employing him in some expedition

against the Turks. Thus Innocent wrote to the Duke of Bourbon (Raynald. 1485, no. 12): Hortamur nobilitatem tuam, et quanto possumus studio per Redemptoris nostri sanctissimam passionem requirimus, ut pro religione animi tui, et pro communi omnium salute,—[nolueris] pati, ut idem Turci frater ad alias quam nostras manus deveniat: nam si in nostra fuerit potestate, modum et viam adveniemus, quibus illo tamquam instrumento ad res magnas pro religione Christiana et Dei laude gerendas uti possimus. With regard to Dschem's entry into Rome, 13th March, 1489, and his appearance before the consistory, see Infessura in Murat. III. ii. p. 1224 s. Negotiations with the Sultan were immediately opened at Rome. The Papal legate, Angelus Pechinolius (see the report sent by him to the Pope in June, 1489, in Justus Fontaninus De Antiquitatibus Hortae Coloniae Etruscorum. Rom. 1723, 4, p. 488), had to hear from the King of Hungary: Orator Soldani, qui est Romae, supplicavit Domino sanctissimo pro parte istius Turci, quod sua Sanctitas sit contenta recipere a Soldano ducenta millia Ducatorum, et quod eum det ad manus Soldani, et sua Sanctitas fuit contenta. Sic misit unum hominem ad Rhodum sub praetextu, quod pro aliquibus fratribus religiosissimis Rhodiensium vadat ad Rhodum: sed inde mutatis vestibus ibit ad Soldanum pro compositione istius pecuniae et aliarum rerum.—Quantum autem deceat unum Papam ista facere, sua Sanctitas, quae prudentissima est, potest melius considerare, et quid sint dicturi alii Christiani Principes, quando ista audierint. The legate could only answer, that the Pope would never deliver up Dschem for 200,000 ducats, as the Sultan had already bidden 600,000 for him. However, the King stood to his point: Domine Legate, si non scit Paternitas vestra, scio ego: et forte, quod plus sunt: sed de ducentis millibus ego sum bene certus. The King himself had wished to get Dschem in his power for his war with the Turks: since it now seemed as if the Pope were going to commit him to a Venetian fleet, the King was on the point of entering into a treaty with the Sultan, for he thought (p. 484): Veneti non in bellum contra Turcum proficiscuntur, sed privata aliqua commoda et privatas eorum passiones ulcisci intendunt, and declared forthwith to the legate (p. 482): sua Sanctitas vult decimas habere: vere non habebitis:—si portabitis illum Turcum per mare, ego portabo fratrem suum, Turcorum Imperatorem per terram in Italiam. Meanwhile the Sultan made an attempt to have Dschem and the Pope poisoned (Infessura, p. 1232); but afterward (Infess. p. 1234) an Ambasciator magni Turci made his appearance, 30th November, 1490, with rich gifts for the Pope (the lance with which the side of Christ was pierced belonged to their number, and the Pope received it as genuine, regardless of the representations made to him that the lance was already shown in Nuremberg and Paris; see Burchard, in the Notices et extraits, t. i. p. 94), and offered to him, quod, si retineret dictum Turcam, pro censu se daturum quadraginta millia Ducatorum pro quolibet anno, quousque ipsum retinuerit. Item obtulit pacem et perpetuam securitatem inter Christianos et Turcas, et quod Christiani de caetero possent ire et redire in terras ejus libere et absque aliquo timore. However, an interview with Dschem must be granted him, for he declared, se nolle solvere tributum praedictum, nisi eum oculata fide videret. Et ita dixit se habuisse, in mandatis, ne forte diceretur vivus, et mortuus esset. Compare, with reference to Dschem's history, the Abbot Ludovicus Tubero Comm. de Temporibus suis, from 1490-1522, lib. vi. § 6 and 7, in Schwandtner Scriptt. Rerum Hungaricarum, t. ii. p. 214 s. He first relates, § 7, how Matthias, king of Hungary, had toiled in vain with the King of France to get Dschem into his power, sperans, si Gemium in potestate haberet, non solum facile consecuturum, ut Bajazethes intra fines suos sese contineret, atque invalidior viribus fieret (certo enim sciebat, Gemium a popularibus studio, ut fit, novarum rerum valde desiderari); verum etiam se bonam Imperii partem eo facto Turcis ademturum: quippe arbitrabatur, Bajazethem fraterno metu nullam pacis conditionem ab se dictam recusaturum. Then he proceeds: Non ita multo post Innocentius VIII. Pontifex Romanus et sibi amplum fore putans, Regem Turcam tributarium habere, et tanto auro, cujus quidem sacerdotes hac tempestate maxime avidi sunt, potiri cupiens, oblata Rhodiorum Principi dignitate, qua Cardinales sacerdotes Romanae Ecclesiae insigniti sunt, agit cum illo, ut Turcam sibi traderet. Rhodius, non parvum fortunae suae additamentum existimans, in collegium Cardinalium cooptari, accepta conditione hominem suae fidei commissum hujusmodi

depraved of all the Popes (from 11th August, 1492),¹⁷ recognized no loftier aim than to heap honors and possessions upon his five illegitimate children, and among them especially his favorite, Caesar Borgia.¹⁸ When Charles VIII., king of France, wished to assert the claims of the house of Anjou upon Naples, Alexander at first suffered himself to be won over, by large gifts bestowed upon his sons, to the side of Ferdinand, king of Naples, and after his death (25th January, 1494), to favor his son Alphonso II.;¹⁹ he threatened Charles with excommunication,²⁰ and sought aid from Turkey for himself.²¹ However, when Charles appeared in

facile permuta magistratu. Itaque vidimus, si Deo placet, non pecunia modo, quod jam solemne est, sed etiam perfidia atque humano sanguine sacerdotia apud Christianos parari, si Christiani appellandi sunt, qui nihil praeter nomen habent Christianorum.

¹⁷ In spite of the urgent remonstrances which were brought before the cardinals when proceeding to a fresh election, in the sermons of Leonellus, Episc. Concordiensis (in Raynald. 1492, no. 24 s.), and of Bernardinus Carvajal, Episc. Pacensis (in Martene Thes. Anecd. II., p. 1774 ss.), all of them, five only excepted, let themselves be bribed by Roderick Borgia to elect him: he now ascended the Papal throne as Alexander VI.; see Infessura in Eccard. ii. p. 2008, sq.

¹⁸ Thus, on 10th June, 1493, he married his daughter Lucretia to Alexander, lord of Pezaro, after separating her from her former husband, and satisfying him with money: he held a magnificent bridal feast in the Papal palace, the proceedings at which were by no means peculiarly decorous; see Infessura in Eccard. ii. p. 2011 sq. Infessura remarks on the occasion: Alexander consuetudinem jam coeptam per Innocentium de maritanda prole foemina prosecutus est et ampliavit. Incumbit igitur Clerus omnis, et quidem cum diligentia circa sobolem procreandam. Itaque a majori usque ad minimum concubinas in figura matrimonii, et quidem publice attinent. Quod nisi a Deo provideatur, transitib haec corruptio usque ad Monachos et Religiosos, quamvis Monasteria urbis quasi omnia jam facta sint lupanaria, nemine contradicente. Raphael Volaterranus Comm. urb. Anthropologia, lib. xxii.: Alexander deinde nihil prius habuit quam Innocentii exemplo suos nothos honoribus, verum longe majoribus extollere, quando jam res haec honori et gloriae coepit esse. Itaque *Lucretiam* filiam prius Jo. Sfortiae Pisauriensi Principi locavit, deinde abdicatam (forsaken by her husband; see Machiavelli, Hist. Fragmente, translated by Leo, s. 114) Aloisio Aragoni Alfonsi Regis filio notho, quo demum interfecto Alfonso Estensi Ferrariae Duci, cum quo adhuc perseverat. Ex filiis vero alterum minorem natu in regno Siciliae Principem fecit (see note 19), alium *Caesarum* Cardinalem (1493. Ludov. Tubero, lib. viii. § 15: vix puberem Cardinalem designavit, e mentitus, non ex se genitum esse, sed ex viro, cujus uxorem, quod satis constat, ipse adulteraverat), majorem quoque in Hispania ducem (John Borgia of Aragon, duke of Gandia, whom in 1497 he invested with the dukedom of Benevento also; see Burchardus in Eccard. ii. p. 2081).

¹⁹ Leop. Ranke's Geschichte der Romanischen u. Germanischen Völker, from 1494 to 1535, Bd. 1 (Leipzig u. Berlin, 1824), s. 30. Leo's Gesch. v. Italien. Th. 5, s. 71 ff. For instance, Giuffredi Borgia received a natural daughter of King Alphonso for his wife, and with her the dukedom of Squillace by way of dowry.

²⁰ On the Pope's efforts to keep Charles away from Italy, see Raynald. 1494, no. 15 ss. After Alexander had invested Alphonso with Naples, the French ambassador appealed against this in consistory to a general council; the Pope required, on the contrary, that Charles should leave to him the decision of his claims, l. c. no. 18, and threatened him with the anathema decreed by Pius II. at Mantua in case of such an appeal (l. c. no. 20).

²¹ In July, 1494, the Pope held a conference with Alphonso, king of Naples, at Vico-

Rome (31st December, 1494), the Pope went over to his side immediately, and delivered up to him Prince Dschem; but he took care to have him poisoned immediately, that he might not lose the

varium, in consequence of which both sent ambassadors to the Turkish Sultan (Burchardi Diarium in Eccard. ii. p. 2047, and Raynald, 1494, no. 21). The Papal envoy was arrested, and the instructions given him by the Pope found upon him. These instructions, and five letters from the Sultan to the Pope, may be seen in Burchardi Diarium in Eccard. ii. p. 2053 ss., and in the Mémoires de Phil. de Comiues, nouvelle édition par Messieurs Godefroy, augmentée par M. l'Abbé Lenglet du Fresnoy, t. iv. P. ii. (Londres et Paris, 1747, 4), p. 47 ss. The Sultan's five letters are also given in the Fundgruben des Orients, Bd. 5 (Wien, 1816, fol.), s. 183 (all three editions are from different MSS.): The Papal instructions of June, 1494, charge the nuncio George Bocciardo to set plainly before the Magnus Turca, Sultan Bajazet, qualiter Rex Franciaë properat cum maxima potentia terrestri et maritima—huc Romam veniens eripere e manibus nostris Gem Sultan, fratrem Celsitudinis suae, et acquirere Regnum Neapolitanum,—sed etiam in Graeciam transfretare, et patrias Celsitudinis suae debellare.—Et cum nobis opus sit resistere,—cogimur ad subsidium praefati Sultan Bajazet recurrere, sperantes in amicitia bona, quam ad invicem habemus, quod in tali necessitate juvabit nos: quem rogabis, et nomine nostro exhortaberis, ac ex te persuadebis cum omni instantia, ut placeat sibi quam citius mittere nobis Ducatus quadraginta millia in auro Venetos pro annata anni praesentis, quae finiet ultimo die Novembris venturi (the annual payment for Dschem's detention). As what advantage might be gained by the support of the Venetians, persuadebis et exhortaberis Majestatem suam, quam tenemur certiore reddere ob veram et bonam amicitiam, quam habemus ad invicem, ne patiatur aliquod interesse, ut statim mittat unum Oratorem ad Dominium Venetorum:—quos exhortetur et adstringat, quod pro quanto cari pendant amicitiam suam, debeant esse adjumento et defensionis nostrae et Regis Alfonsi terra marique.—Denotabis pariter magno Turco adventum Oratoris magni Soldani (Sultan of Egypt) ad nos cum litteris et muneribus, quae transmisit nobis,—et promissiones, quas nobis fecit de magno thesauro, ac de multis aliis rebus (that is, if Dschem were delivered up to him); significabis Majestati suae intentionem nostram, in quantum sibi promisimus, firmiter tenebimus, et nunquam contraveniemus in aliqua re: imo nostrae intentionis est accrescere et meliorare nostram bonam amicitiam. Bene gratum nobis esset, et de hoc multum precamur et hortamur D. Serenissimum, quod pro aliquo tempore non impediatur Hungarum, neque in aliqua parte Christianitatis, et maxime in Croatia et civitatibus Ragusiae et Leguiae: quod faciendo et observando nos faciemus, quod Hungarus non inferat ei aliquod damnum, et in hoc Majestas sua habebit compassionem complacendi nobis, attento maxime motu Francorum, et aliorum Principum. Quodsi in bellando perseveraret, habeat pro comperto sua Magnitudo quod in ejus auxilio essent quam plures Principes Christiani, et doleret Majestatem suam non fecisse secundum consilium nostrum, quod damus sibi primo ex officio, quando simus pater et dominus omnium Christianorum, postea desideramus quietem Majestatis suae ad bonam et mutuam amicitiam: quoniam si aliter Majestas sua statueret prosequi et molestare Christianos, cogeremur rebus consulere, cum aliter non possemus obviare maximis apparatibus, qui fiunt contra Majestatem suam. In the Sultan's answers, all of the 15th and 18th September, 1494, beside the concession of the Pope's requests, the following noticeable passages occur. In the fourth: notum sit Tuo supremo Pontificio, quemadmodum Rev. Dominus Nicolaus Cibo Archiepiscopus Arelatensis est dignus et fidelis homo.—Hujus igitur rei causa justum est a vobis decerni, majori in ordine ipsum esse debere: unde et rogavimus dictum supremum Pontificem (*Innocentium VIII.*), ut faceret illum Cardinalem, et assensus est nostrae petitioni.—Verum quia non erat tempus, id est Septembris mensis, non sedet in ordine suo.—Ea de causa scribimus et rogamus Tuam Magnitudinem,—ut adimpleat ipsi Tuum Pontificium, videlicet ut faceret ipsum perfectum Cardinalem. In the fifth: Inter alia mihi retulit (*Georgius Bussardus*), quomodo Rex Franciaë animatus est habere Gem fratrem nostrum, qui est in manibus

promised price set upon his head by the Sultan.²² In March, 1495, the Pope allied himself again with the Emperor and the King of Spain, in order to drive the French out of Italy.²³ But

vestrae Potentiae: quod esset multum contra voluntatem nostram, et vestrae Magnitudini sequeretur maximum damnum, vosque et omnes Christiani paterentur detrimentum. Idecirco una cum praedicto Georgio cogitare coepimus: pro quiete, utilitate et honore vestrae Potentiae, et adhuc pro mea satisfactione bonum esset, quod dictum Gem meum fratrem, qui subjectus est morti et detinetur in manibus vestrae Magnitudinis, omnino mori faceretis, quod, si vita careret, esset et vestrae Potentiae utile, et quieti commodissimum, mihique gratissimum. Et si in hoc Magnitudo vestra contentabit complacere nobis, prout in sua prudentia confidimus facere velle, debet pro meliori Suae Potentiae, et pro majori nostra satisfactione, quanto citius poterit, illo meliori modo, quo placebit Vestrae Magnitudini, dictum Gem levare facere de angustiis istius mundi, et transferri ejus animam in alterum saeculum, ubi meliorem habebit quietem. Et si hoc adimplere faciet Vestra Potentia, et mandabit nobis corpus suum in quocumque loco citra mare nostrum; promittimus Nos Sultan Bajazet suprascriptus in quocumque loco placuerit Vestrae Magnitudini Ducatorum trecenta millia ad emenda filii suis aliqua dominia, quae Ducatorum trecenta millia consignare faciemus illi cui ordinabit Vestra Magnitudo, antequam sit nobis dictum corpus datum, et per vestros meis consignatum. Adhuc promitto Vestrae Potentiae, quod vita mea comite et quamdiu vixerō, habebimus semper bonam et magnam amicitiam cum eadem Vestra Magnitudine sine aliqua deceptione, et eidem faciemus omnia beneplacita et gratias nobiles. The Sultan also agreed to disquiet the Christians no more, and at last he confirmed all these promises with a solemn oath.

²² Burchardus in Eecard. ii. p. 2066; more correctly in Raynald. 1495, no. 12: Feria quarta, vigesima quinta Februarii Gem, frater Magni Turcae, qui nuper Regi Francorum per sanctissimum Dominum nostrum ex pacto et conventionē inter eos stipulatis fuerat consignatus, in civitate Neapolitana et castro Capuano ex esu sive potu naturae suae non convenienti vita est functus, ejus cadaver deinde ad instantiam et preces magni Turcae eidem magno Turcae cum tota defuncti familia missum est, qui propterea dicitur magnam pecuniarum summam persolvisse seu donasse, et familiam ipsam in gratiam recepit. Ludovicus Turbero (see note 16), lib. vi. § 7, in Schwandtner, ii. p. 216: Mortuo Innocentio Alexander, Pontificatum pecunia adeptus, Gemium in Caroli VIII. Francorum Regis, tunc Neapolitanum regnum petentis, coactus—permisit potestatem, dato ei prius veneno haud quidem praesentaneo, sed quod ad occultandam facinoris invidiam aliquot diebus mortem protraheret. Ferunt autem, hunc Pontificem adeo deplorata vita, atque ad extremum perditum fuisse, ut omnia sacra pretio venderet. Quosdam insuper Cardinales divitiis notos veneno sustulisse dicitur, quae eorum pecuniis liberorum suorum ex adulterio susceptorum fortunam augeter. Quare ejus aetate per totum fere Christianum orbem hi versiculi passim decantabantur:

Vendit Alexander claves, Altaria, Christum:
Emerat ista prius, vendere jure potest.

Unde omnibus persuasum est, ipsum Pontificem, qui verius Carnificis nomen obtinere debuit, Venetis quoque non solum consciis, sed etiam internuntiis, propter simultatem, quam cum Rege Carolo habebant, ingentis pecuniae pactione ad hoc scelus a Bajazethe esse inductum, qui quidem in securitatem suam—fratrem e medio tolli magnopere optabat. Atque in hunc maxime modum Christiani, Turcis praesertim finitimi, a quibus minime oportuit, pene proditi sunt. Nam Bajazethes, domestico metu liberatus, statim animo consilia volutare coepit Christianos aperte oppugnandi, atque opportunitate rerum gerendarum, quae ad illam diem haudquaquam patuerat, uti. Compare Hammer's *Gesch. des Osman. Reiches*. Bd. 2, s. 277.

²³ L. Ranke's *Gesch. der Roman. u. German. Völker*, v. 1494-1535. Bd. 1, s. 62 ff. Leo's *Gesch. v. Italien*. Th. 5, s. 96 ff.

not long after he quarreled with Frederick, the new King of Naples, brother of Alphonso II., who refused to satisfy the extravagant demands of Caesar Borgia,²⁴ and once more made proposals to Lewis XII., king of France. Every thing was now possible in Rome: the Cardinal, Caesar Borgia, was released from his ecclesiastical profession,²⁵ Lewis XII. was divorced from his wife.²⁶ In acknowledgment of this, Lewis raised the former to the duke-

²⁴ John of Borgia was murdered four weeks after his exaltation to the dukedom of Benevento (see note 18), as is expressly stated by Lud. Tubero, lib. viii. § 15, Machiavelli († 1527. *Hist. Fragmente von Nicolo di Bernardo dei Machiavelli*, translated into German by H. Leo, Hannover, 1828, 8, s. 115) and Guicciardini, lib. iii. This was done, they say, at the instigation of his brother Caesar Borgia, who endeavored from this time forth to be released from his ecclesiastical profession, and loaded with worldly honors in place of his brother. Accordingly, he demanded from King Frederick his eldest daughter to wife, and the principality of Tarentum for her dowry; see Machiavelli, *ibid.* s. 159. Guicciardini, lib. iv. Ranke, s. 169 ff.

²⁵ Burchardus in Eccard. ii. p. 2096; *Feria sexta, decima tertia Augusti (1498)*, in secreto Consistorio Dominus Cardinalis Valentinus proposuit, se ab ineunte aetate inclinatum semper fuisse statui saeculari, sed Sanctissimum Dominum nostrum voluisse, ut se daret statui ecclesiastico, et ad Ordinem se promoveri Diaconatus, cujus voluntati se opponere visum non est. Cum autem omnis ejus voluntas et inclinatio sit adhuc ad statum saecularem, supplicavit, S. D. N. dignaretur cum singulari clementia prosequendo secum dispensare, ut dimissis habitu et dignitate ecclesiastica liceat ei redire ad saeculum, ac matrimonium contrahere. Et reverendissimos Domino Cardinales rogavit, quatenus hujusmodi dispensationi consentire vellent, et cum eo S. D. N. supplicare.—Cardinales omnes communiter concordi voto remisissent dispensationem hujusmodi arbitrio et voluntati ejusdem S. D. N.—Lud. Tubero, lib. viii. § 15; in Schwandtner, ii. p. 282: Hoc parricidio (the murder of his brother, note 24) admissio Caesar Cardinalatu, quem a patre ultro oblatum non religionis studio, sed spe, ut plerique faciunt, opulentioris fortunae acceperat, sese sponte abdicavit, palam professus, se a Pontifice progenitum, et ob id tanto nequaquam idoneum sacerdotio: aequae ac majus flagitium esset, illegitime natum summum sacerdotium obtinere, quam sacris Deoque dicatis pecuniis, ac in hospitalitatem absumendis abuti, atque his ipsis regna, pulsus justis regibus, per nefas parare. Thereupon, in 1500, Caesar was raised by the Pope to be Capitaneus Generalis et Confalonarius S. Romanae Ecclesiae, Burchard, p. 2115.

²⁶ Lewis, duke of Orleans, succeeded his cousin Charles VIII. in April, 1498. Ludov. Tubero, lib. vii. § 14; in Schwandtner, ii. p. 254: Qui (Ludovicus Aurelianensis) quidem una cum regno uxorem etiam ipsius Regis in matrimonium accepit, prima conjuge novo inter Christianos exemplo repudiata, apud quos sane conjugium non nisi morte alterius dirimitur. Ferunt autem, Aurelianensem hoc consilio tantum facinus Alexandro VI. Romano Pontifice annuente admisisse, ne scilicet a Francorum regno Armoricae civitates, quas gentes nunc Britones vocant, ad imperium et jus Annae uxoris Caroli spectantes, deficerent, si illa alium virum sibi matrimonio adjungeret. Haec enim mulier, nulla in domo paterna virili sobole superstite, Britonum regionem hereditario jure obtinebat. Nec mirum, si tales nuptiae ab Alexandro VI. Romano Pontifice permissae sunt: cum et ipse Alexander filiam suam, ex quadam adultera susceptam, atque cum Principe Pisauriensium matrimonio conjunctam (see note 18), e viri thalamo adversus leges pontificias abripuerit, atque alii in matrimonium, sola fortunatoris conjugii spe, dederit. What reasons were offered as a pretext for the divorce, how Caesar Borgia kept back the document at first, but how the king, so soon as he got intelligence of its existence, consummated the marriage notwithstanding, may be seen in Machiavelli's *Hist. Fragmente*, transl. by Leo, s. 154 f.

dom of Valentinois (1498), and then supported him with an army in his attempt to vanquish the powerful vassals of the States of the Church one by one, and create a principality for himself out of their dominions.²⁷ Naples, on the other side, with the consent

²⁷ Raph. Volaterrani Comm. Urb. Anthropologia, lib. xxii.: Post ejus (the Duke John of Borgia) mortem Caesar Cardinalis spreto sacerdotio ejusque ordine, cupidus dominandi se ad Ludovicum Galliae Regem cum magna vi auri ac suppellectilis contulit, ejusque propinquam de Lebreto (Charlotte d'Albret, sister of the King of Navarre) in matrimonium una cum oppido Valentia accepit. Regis deinde auxilio perpetuoque foedere multum in Italia sibi ditiosis paravit, Aemiliam imprimis omnem praeter Bononiam ejectis partimque necatis antiquis familiarum possessoribus (out of which the Pope created the dukedom of Romagna for Caesar in 1501), in Etruria Populinum, in Piceno Camerinum, Senogalliam, Urbinum, quod ex omnibus per prodicionem cepit. Nam cum ut hospes et amicus a Guidone Duce cum exercitu apud Callium exciperetur, extemplo dato signo urbem eam corripuit: inde prope Urbinum invadi mandat. Guido vero cum non satis virium improvisus ad resistendum haberet, ne in manus hostis perveniret, statim relictis omnibus nocte sequenti paucis comitibus ad sororium suum Mantuam aufugit. Pontifex interim Roma supplementa res agenti mittebat, una tantum cogitatione occupatus, quoniam modo eum maximum Principum constitueret: eapropter in animum induxit proceres urbi finitimos alia atque alia de causa prorsus omnes extinguere: cepitque a Cajetanis, vetusta familia, qui nonnulla apud Volscos oppida possidebant, Jacobum Protonotarium ex ea gente Honorati filium carcere inclusum necavit, adolescentemque unicum Colae filium familiae superstitem absentem trucidari jussit, Columnensium deinde Gallorum auxilio expulsorum imperium omne invasit. Quod reliquum erat cum ad Ursinos anhelaret, nec satis causae haberet, occasionem est nactus, quam optanti hominum promittere nemo potuisset, ipsa dies jam obtulit ultro. Contigit nempe, ut ipsimet Ursini tantos Caesaris successus tantaque imperandi cupiditatem adspicientes sibi quamque amicis timerent, ne cunctis jam sublatis ipsi quoque delerentur. Itaque cum his, qui pari formidine adiciebantur una conspirant. Erant autem hi Johannes Bentivolius, Joannes Paulus Balio Perusinus, Vitellocius Tifernas, Liberoctus Firmanus, Pandulfus Petrucius Senensis, Baptista Cardinalis et Paulus Ursini. Qui omnes prope Perusiam concilio facto contra Caesarem conjurant, e vestigioque irruptione facta Urbinum recipiunt et Camerinum, cohortesque Caesarianas quae ad succurrendum mittebantur in itinere adorti adfligunt, aliaque Aemiliae oppida tentare continuo festinant. Pontifex hoc accepto nuntio magnopere commotus omni studio placare sibi Ursinos imprimis conabatur, quod facile cunctos ipsorum sperabat auctoritatem secuturos. Itaque omni pollicitatione, humanitate, conditioneque delinitis in suam sententiam adduxit. Illi conciliati jam capta restitunt, de novoque Senogalliam Caesari acquirunt, ubi Paulus et Gravinæ dux Ursini, Vitellocius et Liberoctus una convenerant. Caesar igitur, qui Forocornelii se continebat, opportunum tempus se vindicandi ratus, eo cum exercitu Vasconum de improvise proficiscitur; illi obviam inermes procedentes veniam petunt praeteritorum; humaniter excepti sunt, custodiaeque interim clam adhibitae, ne fugere possent. Itaque jam deducendi officio functi cum discedere vellent, simulatione simul colloquendi restare jussi sunt. Cum in conclave venissent, extemplo clausa janua, et a militibus ad hoc ordinatis capti Vitellocius et Liberoctus eodem die strangulati, paucis post diebus reliqui (December, 1502, January, 1503). Nec mora, Perugia Tifernumque ejectis Vitelliis ac Balionibus Pontifici sese dederunt. Pontifex interea Romae ubi per nuntium celerem noctu captos hos esse accepit, Cardinalem Ursinum, quem multa prius blanditia speque securum reddiderat, mane hortatur ad Palatium venire, fingitque Columnenses prope urbem adesse, pontesque cepisse. Ille credulus ubi obtemperavit, capitur et in molem Hadriani conjicitur cum Abbate Alviano Ursinarum partium. Praesul vero Florentinus et Jacobus Sanctacrucius eadem hora capti in Palatio sunt custoditi. Sanctacrucius postera die dimissus vadibus datis, consentiente Car-

of the Pope, was plundered by France and Spain together (1501);²⁸ but so early as 1503 it fell under the sole dominion of Spain.²⁹ Meanwhile Alexander was seeking, by traffic in benefices, sale of indulgences, exercise of the right of spoils, and taxes for the Turkish war, as well as by the murder of rich or troublesome persons, to scrape together as much money as possible, to support the wanton luxury and shameful licentiousness of his court, and provide treasures for his children.³⁰ At length the poison which

dinale, ad oppida Ursinorum Pontifici assignanda: ipse vero Cardinalis paucis post diebus est elatus, causa mortis omnibus facile judicata (Burchardus in Eccard. ii. p. 2150: biberat, ut vulgo aestimabatur, calicem ordinatum, et jussu Papae sibi paratum.—Papa commisit socio meo, ut haberet curam funeris defuncti. Ego nolui interesse: nolui enim sapere plusquam oportet). Compare Guicciardini, lib. iv.; Ranke's *Gesch. der Roman. und German. Völker*. Bd. 1. s. 173 ff. 201 ff. Leo's *Gesch. v. Italien*. Th. 5. s. 133 ff. 147 ff.

²⁸ Ranke, s. 179. Leo Th. 5, s. 141 ff.

²⁹ Ranke, s. 195 ff. 207 ff. Leo Th. 5, s. 157 ff.

³⁰ In the year 1502 a letter, directed to Sylvius de Sabellis, who had been despoiled by the Pope, but printed, was brought from Germany to Rome; it is given by Burchardus, in Eccard. ii. p. 2144 ss. He was charged in this letter to make no more efforts with the Pope (hoc monstruoso capite—hac infami bellua). Haec tibi in publicis Principum conventibus enarranda, haec committenda pluribus exemplis atque per omnium manus tradenda sunt et disseminanda; frustra queri Christianam religionem de Mahometo antiquo ejus hoste,—cum iste novus Mahometus omni criminum foeditate illum longe superaverit:—venisse tempora, quibus jam Antichristus—appareat, neque enim ullum omnino unquam nasci aut excogitari potuisse, qui apertior Dei hostis, Christi opugnator, fidei et religionis subversor inveniretur. Jam beneficia et dignitates ecclesiasticas—publica venditione dissipari, et illis solummodo cedere, qui aperta emptione plus pecuniarum quam caeteri largiuntur.—Omnia jam apud Pontificem esse venalia, dignitates, honores, matrimoniorum copulas, eorundem solutiones, divortia et repudia uxorum.—Nihil esse jam scelerum aut flagitiorum, quod non Romae publice et in Pontificis domo committatur: superatos esse Scythas latrociniis, Poenos perfidia, immanitate et saevitia Neronis et Cajos: nam caedes, rapinas, stupra, et incestus referre, innumeri et infiniti prope operis foret.—Longum esset prosequi—, qui vel interfecti, vel vulnerati, vel vivi in Tiberim dejecti, aut veneno consumpti sunt: quorum cum sit infinitus numerus, et in dies crescat pernicies;—nemo in urbe est etiam privatae fortunae, qui sibi et suis jam non timeat. Quis horrenda libidinum monstra enarrare non formidet, quae aperte jam in illius domo et sprete Dei atque hominum reverentia committuntur; quot stupra, quot incestus, quot filiorum et filiarum sordes, quot per Petri Palatium meretricum, quot lenonum greges atque concursus, prostibula atque lupanaria. Feria Novembris solemnibus omnium sanctorum ceremoniis dedicata quinquaginta meretrices urbanae ad convivium in Palatium vocatae foedissimum et detestabilissimum spectaculum praebuere: et ut ad irritandum exempla non deesset, actitata est sequentibus diebus in publicum spectaculum eua, quae spectante cum filiis Pontifice intromissos admissarios nimio Veneris ardore concitatos in furorem et rabiem converteret (see these shameful transactions as recorded by Burchardus, p. 2134). Nihil esse jam auri, quod non ex omnibus populis Christianis ad filiorum luxum summa aviditate conquiratur. Propositum est in Turcas bellum publicare: ob eam speciem per omnes urbis basilicas preces indictae, et venditae exteris civitatibus erratorum indulgentiae: ut scilicet ex hac conquisitione largos sumptus suppeditarent, ut esset, unde filia Pontificis gemmis atque auro onerata, pompam et Romanae Ecclesiae tributa secum trahens, luxu inaudito ad maritum accederet; unde bellum antiquis civitatibus et veris Dominis inferre-

the Pope had meant for a rich cardinal, in order to make himself master of his wealth, brought upon himself a well-deserved death (18th August, 1503).¹³

tur. Pulsos esse sedibus veteres incolas, maximam urbis nobilitatem proscriptione atque exilio ablegatam, antiquos Latii dominos suis fortunis et possessionibus privatos, ut ex eorum cladibus Pontificis iidem filii et nepotes, ex incestuoso partu adhuc in cunis vagientes, ad regna et opes promoverentur.

Apostolicae detrimento et vilipendio retroactis temporibus viguisse et adhuc vigere,—quamquam sanctio praefata ex multis nullitati notorie subjaceret,—ex abundanti tamen cautela—Gallicos Praelatos, etc.,—monuit et citavit, ut—coram eo et Concilio comparerent, causasque dicerent, quare sanctio praefata—nulla et invalida declarari non deberet.—Nos—ad summi Apostolatus apicem assumpti—terminum citationis—ad alium tunc expressum terminum jam diu efluxum in diversis sessionibus pluries prorogavimus. Cum autem moniti et citati praedicti—coram nobis et dicto Concilio non comparuerint, nec comparere curaverint,—possintque merito contumaces reputari:—nos mature attendentes, pragmaticam sanctionem, vel potius, ut dictum est, corruptelam, schismatis tempore a non habentibus potestatem editam,—et a clarae memoriae Ludovico XI. Francorum Rege Christianissimo revocatam, cassatam, atque abolitam, auctoritatem, libertatem ac dignitatem dictae sedis violare ac diminuere,—ipsamque notorie nullitati subjacere, nulloque nisi alicujus temporis seu potius tolerantiae cujusdam adminiculo fulciri;—ab ejusdem improbae sanctionis extirpatione et totali annullatione, sine nostra et tantorum patrum in praesenti Concilio congregatorum nota, ac nostrae et dictorum illa utentium animarum periculo, abstinere seu desistere non posse, Augustino teste, judicamus atque censemus.—Nec illud nos movere debet, quod sanctio ipsa et in ea contenta in Basileensi Concilio edita, et ipso Concilio instante a Bituricensi congregatione receptata et acceptata fuerunt, cum ea omnia post translationem ejusdem Basileensis Concilii, per fel. mem. Eugenium, P. IV.—factam, a Basileensi conciliabulo—facta extiterint, ac propterea nullum robur habere potuerint: cum etiam solum Romanum Pontificem pro tempore existentem, tanquam auctoritatem supra omnia Concilia habentem, tam Conciliorum indicendorum, transferendorum, ac dissolvendorum plenum jus et potestatem habere, nedum ex sacrae Scripturae testimonio, dictis ss. Patrum ac aliorum Romanorum Pontificum,—sed propria etiam eorundem Conciliorum confessione manifeste constet.—Cupientes quoque hujusmodi negotium ad debitum finem perducere,—de apostolicae potestatis plenitudine, eodem sacro approbante Concilio tenore praesentium praefatam pragmaticam sanctionem seu corruptelam—nullius roboris vel momenti fuisse et esse decernimus et declaramus. Necnon ad abundantiore cautelam eandem Bituricensem sanctionem sive corruptelam—revocamus, cassamus,—annullamus ac damnamus.—Et cum de necessitate salutis existat, omnes Christi fideles Romano Pontifici subesse, prout divinae Scripturae et ss. Patrum testimonio edocemur, ac constitutione fel. mem. Bonifacii P. VIII.—quae incipit *Unam sanctam* declaratur: pro eorundem fidelium animarum salute, ac Romani Pontificis et hujus sanctae sedis suprema auctoritate, et Ecclesiae sponsae suae unitate et potestate constitutionem ipsam sacro praesente Concilio approbante innovamus et approbamus, sine tamen praedictis sanctae memoriae Clementi, P. V., quae incipit *Meruit* (see vol. iii. § 98, note 2): inhiibentes in virtute sanctae obedientiae, ac sub poenis et censuris infra dicendis omnibus et singulis Christi fidelibus—in praefato regno Franciae, Delphinatu, et ubicunque praedicta pragmatica—vigeret, quomodolibet existentibus,—ne de caetero praefata pragmatica sanctione, seu potius corruptela, quomodolibet—uti—praesumant,—nec praefatam pragmaticam sanctionem, aut in ea contenta capitula seu decreta ulterius in domibus suis, aut aliis locis publicis vel privatis teneant: quinimo illam ex quibusvis archivis, etiam regis, seu capitularibus, et locis praedictis infra sex menses a data praesentium computandos deleant seu deleri faciant, sub majoris excommunicationis latae sententiae, necnon quoad ecclesiasticas—personas—omnium—dignitatum aut beneficiorum ecclesiasticorum saecularium, et quorumvis ordinem regularium privationis, et inhabilitatis ad illa in posterum obtinenda; quo vero ad saeculares praefatae excommunicationis, necnon amissionis quorumcunque feudorum, tam a Romana quam alia Ecclesia—obtentorum,—inhabilitatisque ad omnes et singulos actus legitimos quomodolibet faciendos, infamesque ac criminis laesae majestatis in jure expressis poenis eo ipso—incurrendis: a quibus—nisi a Romano pontifice,—praeterquam in mortis articulo constituti, absolvi nequeant.

power.²⁰ Now, at last, the Papacy seemed once more to have entirely quelled the hostile spirit which had grown up at Constance and Basle, and found its stronghold in France; and at this very time it was near its most grievous fall.

²⁰ Compare, Relation de ce qui se passa sur la Publication et l'Enregistrement du Concordat au Parlement de Paris (in Münch's Sammlung aller Konkordate. Th. 1, s. 255; in a Latin translation in Richerii Hist. Concill., lib. iv. P. ii. cap. 4, § 13). In February, 1517, the King first summoned a great assemblage of prelates, members of Parliament, and learned men from the University, and had a representation made to them by his Chancellor with regard to the concordat which had been concluded. The latter first discoursed upon the hostility of the Popes to the King and the Pragmatic Sanction, and upon the citation of the King and the Gallican Church before the Lateran Council. It was universally foreseen that a defense of the Sanction at Rome would end in its condemnation, parceque l'assemblée de Latran n'était composée que de courtisans de la cour de Rome, qui à cause de leur extrême avarice, et de leur ambition avaient la pragmatique en horreur, et étaient résolus de l'anéantir à droit ou à tort. Il paraissait donc plus avantageux de se laisser condamner par défaut et sans que la partie fût entendue. Mais comme le Roi savait que, s'il voulait s'opposer à l'abolition de la pragmatique, Leon X. avec son assemblée de Latran procéderait contre lui et contre son Royaume par des censures et par des interdits, et que si ces interdits et ces censures subsistaient une année entière, il s'en suivrait contre l'église gallicane une condamnation de schisme et d'hérésie, et que le Pontife Romain, ayant recours à la ruse et aux ligues, à l'exemple de Jules II., livrerait en proie le Royaume de France. Il voyait aussi, qu'il n'avait aucun moyen d'empêcher l'abrogation de la pragmatique, et il n'ignorait pas, que, s'il n'y consentait, la France serait bientôt livrée au trouble et à la confusion, qui y régnaient avant le Concile de Constance et de Basle à cause des abus insupportables des réserves et des grâces expectatives. Enfin, pour remédier à tous ces inconvéniens, pour s'assurer ainsi qu'aux princes du Royaume et à toute son armée un retour facile et tranquille en France, pour dissiper les ligues faites contre lui, le Royaume de France, et ses principautés d'Italie, François Ier fut forcé de traiter avec le Pape Léon X.; et malgré tous ses efforts il ne put le faire, qu'en consentant à l'abolition de la pragmatique et à l'institution des Concordats. Then by an edict of 12th May, 1517 (in Leibnitii Mantissa Cod. Jur. Gent. P. I. p. 161 ss.; and in Münch, Th. 1, s. 224), the King published the concordat. Here he repeats, that now, since the Pragmatic Sanction could no longer be maintained, he was bound to consider how he might provide by law against the recurrence of the former disorder, which prevailed before the Sanction was given. The concordat furnished him with the means, and in such a manner, ut pleraque pragmatice sanctionis capita firma nobis posthac rataque futura sint.—Quod vero ad electiones pertinet, minime quod optabamus obtinere potuimus, causis in dictis conventis latissime insertis. The Parliament, however, refused to register and publish the concordat, and presented to the King two successive remonstrances against it (in Leibnitii Mantissa, P. ii. p. 335 ss., and in Münch, Th. 1, s. 268 ff.). The restoration of the annates was here chiefly objected to, which was in the highest degree perilous, pour évacuer en peu de temps ce Royaume d'or, d'argent et de finances, and which—ne se pourroit practiquer sans commettre le péché de Simoniae. The Parliament likewise declared itself against the position, que les grandes causes, les causes des Cardinaux et officiers de Cour de Rome ne seront traictées en ce Royaume, mais en la dicte Cour, and shows the dangerous results that would follow; moreover, against the Pope having power to appoint to benefices, qui vacqueront par mort en Cour de Rome; also, that he had only renounced the reservation of the—beneficia vacatura, and so he might reserve them—post illorum vacationem. Then there were express remonstrances made against the dissolution of the elections of bishops and abbots, which right was—moult ancien, et fondé en droict divin. Lastly, the danger of the bull by which the Pragmatic Sanction was abolished, was shown. The second of the *Remonstrances* closed with the declaration, que les dicts

§ 136.

ON THE GENERAL POSITION OF THE PAPACY.

By means of the reforming councils at Constance and Basle, in opposition to the doctrine of the Pope's universal monarchy which had been hitherto maintained, the other theory of the limitation of the Papacy by the ecclesiastical aristocracy, which had already reached its full growth in France, obtained full recognition in the Church.¹ The controversy between these two systems was waged incessantly from this time onward. General council was raised

Concordats sont contre l'honneur de Dieu, les libertés de l'Eglise, l'honneur du Roy et le bien public de son Royaume. However, the King remained firm in his desire, and became still more violent and menacing. The Parliament appealed on the 19th of March, 1518 (see the *Relation* in Münch, Th. 1, s. 267), au Pape mieux conseillé, et au premier concile général légitimement assemblé: and when the King nevertheless had the concordat published in Parliament on the 22d of March, it repeated this appeal on the 24th March (see the Appendix to the *Relation* of this day, which is wanting in Münch, given in a Latin translation by Richer). The University of Paris followed this example on the 27th March, 1518 (style gall. 1517), and appealed likewise—a Domino nostro Papa non recte consulto, et jam dicti sacri Basileensis Concilii et ei adhaerentis pragmatice sanctionis statutorum abrogatione, novorum statutorum editione, consensus praestatione, et attentata illorum quadam publicatione, et omnibus inde sequutis et sequuturis—ad futurum Concilium legitime ac in loco tuto [congregatum], et quod libere et cum securitate—adire poterimus, et ad illum vel ad illos, ad quem seu ad quos de jure—vel alias nobis provocare et appellare licet. (The text of this appeal in Leibnitii Mantissa, t. ii. p. 358 ss., and quoted thence in Münch, Th. 1, s. 307, is full of errors, and in many places unintelligible: a purer text may be seen in Richerii Hist. Concill., lib. iv. P. ii. c. 4, § 14, and in the Preuves des Libertez de l'église Gallicane, chap. xiii. no. 18.) Both appeals were forced to yield to the King's power; still a strong feeling against the concordat lasted a long time. Thus Gilbertus Genebrardus (Professor of the Hebrew language at Paris, from 1593 Archbishop of Aix, † 1597), Chronographia, Paris, 1580, fol. ad ann. 1515, says of Leo X.: Pragmaticam sanctionem sustulit, Concordata quae vocantur cum Rege Francisco agitans de nominatione Episcoporum et Abbatum, specioso praetextu, ut Rex propter electionum abusum—nominare teneretur: revera autem ageretur mysterium illud iniquitatis, quo perditam Ecclesiam Gallicanam cernimus, and further also below: Anno 1516, abrogata est in Galliis pragmatica sanctio, et Concordata, ut vocant, substituuntur, fremente universo clero, scholasticis, populo, bonis denique et doctis omnibus. He also wrote, De Sacrarum Electionum Jure et Necessitate ad Ecclesiae Gallicanae Redintegrationem; but this book was condemned to the flames.

¹ With regard to the different theories of this time, see Gerson, De Potest. Ecclesiastica (written at Constance during the council), *consid.* xii. (Opp. ed. du Pin, ii. p. 246): Potestas ecclesiastica papalis non ita habet dominia et jura terreni simul et coelestis imperii, quod possit ad libitum suum de bonis Clericorum et multo minus laicorum disporre; quamvis concedi debeat, quod habet in eis dominium quoddam regitivum, directivum, regulativum, et ordinativum. Declarationem hujus considerationis, quam discretio moderatrix atque mediatrix ponit inter errores oppositos, dum facere meditarer, occurrere visa est protinus in ipso meditationis meae secreto duplex improba pestis. Nomen unius Detractio livida, nomen alterius Adulatio subdola: prima potestatem ec-

up against general council, author against author. As the councils of Constance and Basle maintained the principles of the liber-

clesiasticam deprimens subiciebat temporali; altera sustollebat in immensum, velut ad similitudinem Altissimi, confundens jura cujuslibet alterius potestatis. Tolle, tolle, clamat Detractio, temporalitatem omnem, jus vel dominium ab Ecclesiasticis. Quare? quia sic instituit Christus, cujus ista vox est: *Nisi quis renuntiaverit omnibus, quae possidet, non potest meus esse discipulus* (Luc. xiv. 33).—Addit Detractio, quod Ecclesiastici nequaquam capaces sunt jurisdictionis temporalis, etiamsi Principes illis conferre voluerint. Inducit Apostolum, quia *Nemo militans Deo implicat se negotiis saecularibus* (2 Tim. ii. 2). Addit Detractio, nihil habere Ecclesiasticos, neque decimas neque oblationes, quantumvis alias dotationes vel possessiones, nisi ex pura eleemosyna donantium: et quod ab Ecclesiasticis peccantibus, saltem habitualiter, possent per saecularem potestatem optimo jure tolli; quia data est potestas haec saecularis in vindictam malefactorum, *neque sine causa gladium portat* (Rom. xiii. 4). Addit quarto innitens Apostoli verbis: *habentes alimenta et quibus tegamur, his contenti sinus* (1 Tim. vi. 8), quia quicquid habent Ecclesiastici ultra simplicem victum et vestitum, totum illud est pauperum, cujus retentio nedum furtum vel rapina simplex est, sed sacrilegium.—Vult tandem Detractio Ecclesiasticos omnes ad illam Apostolorum et discipulorum primam paupertatem sine equis, sine thesauris, sine calceamentis, sine possessionibus de necessitate salutis redigere, execrans in Ecclesiasticis pompam omnem.—Consurgit ex adverso blandiens et subdola Adulatio, et ad aures Ecclesiasticorum, praecipue summi Pontificis, insurrexans: o quanta est, quanta sublimitas ecclesiasticae potestatis tuae! o sacer Clere, quam nihil est saecularis auctoritas tuae comparata! Quoniam, sicut Christo collata est omnis potestas in coelo et in terra, sic eam Christus omnem Petro suisque successoribus dereliquit. Unde et nec Constantinus quidquam Sylvestro Papae contulit, quod non esset prius suum, sed reddidit injuste detentum. Porro sicut *non est potestas nisi a Deo* (Rom. xiii. 1), sic nec aliqua temporalis vel ecclesiastica, imperialis vel regalis, nisi a Papa, in cujus femore scripsit Christus: *Rex Regum, Dominus Dominantium* (1 Tim. vi. 15). De cujus potestate disputare instar sacrilegii est: cui neque quisquam dicere potest: cur ita facis? si etiam temporalia omnia, si ecclesiastica bona atque dominia mutaverit, diripuerit, distraxerit. Mentior, si non inveniuntur haec scripta, ab illis etiam, qui sapientes sunt in oculis suis; si praeterea non inveniuntur fuisse per aliquos summos Pontifices haec credita. Notum est illud Satyrici: *Nihil est quod credere de se non possit cum laudatur diis aequa potestas*; et illud Comici de adulate: *hic profecto ex stultis insanos facit*. Sentiens autem Adulatio quandoque nimis se cognosci, studet quasi modestiori sermone depressius uti, ut credibilior appareat. Concedit saeculari potestati possessiones et jurisdictiones proprias, quas tollere nequit pro libito Papa; recognoscit, Constantinum, vel alios Principes aliquid Ecclesiae noviter contulisse: nihilominus tradit, quod summus Pontifex supremus est Monarcha, nedum in spiritualibus, sed temporalibus, habens potestatem hanc immediate a Christo, sed alii Reges omnes et Principes suam recipiunt dominationem ab eo, et solum mediate a Deo. Alioquin, ait, monstruosus esset hic mundus, si haberet tot capita, quae non sub unico regerentur, rediretque Manichaei deliramentum, ponentis duo principia, unum bonorum et spiritualium, aliud malorum et temporalium. Unde et sicut corpus esse propter animam, et ab anima vivit et regitur; sic potestas saecularis propter spiritualem, a qua recipit suum esse legitimum. Quam auctoritatem spiritualem qui negant vel impugnant, sint intus, sint foris Ecclesiam, possunt gladio, vel spirituali excommunicationis, sicut Catholici, vel debellationis, sicut infideles, feriri, et eorum dominia vel bona in alios transferri.—Rursus animadvertens Adulatio, durum esse multis hunc sermonem, et ideo minus credibilem, studet loqui restrictius, concedens, quod, sicut ante Petrum fuerunt apud infideles vera dominia, quemadmodum irrefragabilis auctoritas sacrae Scripturae et evangelicae narrationis testis est, sic non oportet nunc post Petrum, ut omnis potestas imperialis, regalis, vel altera saecularis sit immediate robor habens a summo Pontifice, sicut Rex Francorum Christianissimus superiorem hoc modo non habet, nec recognoscit in terris.

al theory, so the Council of Florence² and the fifth Lateran vindicated the Papal system. Among the quarrels of authors upon this subject, the most remarkable is that at the end of this period between the Dominican, Thomas de Vio Cajetan, and Jacobus Almainus, doctor of the Sorbonne.³ The chief principles of the newly risen monarchical-aristocratic system were these: that the secular power is independent of the ecclesiastical;⁴ that the supreme and legislating sovereignty in the Church belongs to gen-

Idcirco transfert verbum suum Adulatio loqui de dignitatibus, officiis, et bonis Ecclesiasticorum, quae omnia sic subjicit summo Pontifici, ut quidquid circa ea placuerit disponere mutando, transferendo, appropriando, hoc possit, hoc teneat, et ratum sit, licet hoc sine causa, licet cum peccato suo peregerit: quamvis peccatum circa hoc vult Adulatio longe a Papa sic facere, ut eum simoniam posse neget committere, quoniam sua sunt omnia ecclesiastica bona, concedit insuper quod super jus est, potens ab altero jus suum tollere; et quod nec ab eo appellari, neque eum judicialiter evocari, nec obedientiam ab eo subtrahi, praesertim extra casum haeresis, sit aliquatenus possibile. Hic solus symbolum fidei condere, hic solus causas ejusdem fidei, et majores caeteras tractare potest; solus, ut jam tactum est, definitiones, regulas, leges et canones condit: alioquin quidquid per alios definitur, decernitur, conditur, statuitur, irritum est et inane; nec aliquid ex eis quae statuerit potest, nisi per ipsum, quomodolibet cassari vel infringi: ipsum vero aliena qualiscumque constitutio ligat nulla. Fallor, si non ante celebrationem hujus sacrosanctae Constantiensis Synodi sic occupaverat mentes plurimorum, literalium magis quam literatorum, ista traditio, ut oppositorum dogmatizator fuisset de haeretica pravitate vel notatus, vel damnatus. Hujus rei signum accipe, quia post declarationem ex theologiae principiis luce clariorem, et quod urgentius est, post determinationem et practicationem ejusdem sanctae Synodi inveniuntur, qui talia palam asserere non paveant: tam radicatum, et ut cancer serpens tam mollebitus imbibitum fuit hoc priscae adulationis virus letiferum.

² In the *Definitio s. oecumenicae Synodi Florentiae* (Labbei et Cossartii *Concilia*, t. xiii. p. 515), it reads: *Item diffinimus,—ipsum Pontificem Romanum successorem esse b. Petri, principis Apostolorum, et verum Christi vicarium, totiusque Ecclesiae caput, et omnium Christianorum patrem ac doctorem existere; et ipsi in b. Petro pascendi, regendi, ac gubernandi universalem Ecclesiam a domino nostro Jesu Christo plenam potestatem traditam esse.*

³ Cajetan wrote in 1511 against the Synod of Pisa, his *Tract. de Comparatione Auctoritatis Papae et Concilii* (in Rocaberti, *Biblioth. Max. Pontificia*, t. xix. p. 443, and elsewhere), in which he defends the Papal system in the most unmitigated manner. The Synod of Pisa sent this book with a letter, dd. 10th January, 1512 (see in Richerii *Hist. Concill.*, lib. iv. P. i. c. 2, § 9), to the University of Paris with a requisition to refute it. Jac. Almainus, thus encouraged, wrote his *Tract. de Auctoritate Ecclesiae et Conciliorum Generalium* (in Gersonii *Opp. ed. du Pin*, ii. p. 976), in June, 1512. Cajetan wrote in answer, *De Comparata Auctoritate Papae et Concilii Apologiae*, in two parts (in Rocaberti, xix. p. 493), and afterward, A.D. 1521, *De Romani Pontificis Institutione et Auctoritate* (l. c. p. 526). Almainus was hindered from answering by his death, in 1513. At the same time, the Doctor of the Sorbonne, Johannes Major, a Scot, controverted Cajetan in several works published in Gersonii *Opp. ed. du Pin*, ii. p. 1121 ss.

⁴ See Nicolai Cusani *De Concord. Cathol.* (see § 132, note 12), lib. iii., in Schardii *Synagma Tractatum*, p. 356 ss. Joannes Major, *Comm. in Sent.*, lib. iv. dist. 24. (printed in Gersonii *Opp. ed. du Pin*, ii. p. 1121) and *Scholia in Evang. Matthaei cap. 16*, written A.D. 1518 (with the title *Disp. de Potestate Papae in Rebus Temporalibus*, *ibid.* p. 1145). Jac. Almaini *Expositio circa Decisiones M. Guil. Occam super Potestate summi Pontificis* (Gersonii *Opp. ii. p. 1013*).

eral councils alone,⁵ to which the greater number of the theologi-

⁵ Gerson, De Potest, Eccl. consid. xi. (Opp. ii. p. 243): Potestas ecclesiastica in sua plenitudine est in Ecclesia, sicut in fine, et sicut in regulante applicationem et usum hujusmodi plenitudinis ecclesiasticae potestatis per se ipsam, vel per generale Concilium, ipsam sufficienter et legitime repraesentans. Constat itaque, datam fuisse Petro plenitudinem ecclesiasticae potestatis a Christo ad aedificationem Ecclesiae suae, sicut conformiter ad Apostolum ponit descriptio. Propterea loquitur Augustinus cum aliis quibusdam, quod *claves Ecclesiae datae sunt non uni, sed unitati*, et quod, *datae sunt Ecclesiae*.—Potest etiam dici in Ecclesia vel in Concilio haec plenitudo ecclesiasticae potestatis nedum in se formaliter, sed aliis duobus modis, videlicet quoad applicationem ad hanc vel illam personam, et quoad usum regulandum, si fortassis in abusum verti quereretur.—Cum igitur summus Pontifex habens eam subjective sit peccabilis, et possit hanc potestatem in destructionem Ecclesiae velle convertere; similiter sacrum Collegium, quod ei datum est et coassistit quasi communitas aristocratica, non est in gratia vel fide confirmatum: superest, ut aliqua sit relicta inobliquabilis et indeviabilis regula ab optimo legislatore Christo, secundum quam possit abusus hujusmodi potestatis reprimi, dirigi atque moderari. Haec autem regula est vel Ecclesia, vel generale Concilium.—Hic fundantur ea multa, quae per hoc sacrum Concilium (Constantiense) et constituta et practicata sunt: ut quod Papa judicari potest et deponi per Concilium, etc. Nicolaus Cusanus De Concord. Cathol., lib. ii. c. 34, in Schar dius, p. 349: Si universalis catholica Ecclesia infallibiliter per Christi assistentiam dirigitur; tunc concurrente omnium Christianorum consensu ad quamcumque conclusionem necessitatem salutis includentem, necessario sequitur, illam christianam, fidelem et veram. Universale vero Concilium dictans talem conclusionem consensu et legatione omnium fidelium, necessario ex Christi assistentia et Spiritu Sancto inspirante vere et infallibiliter dictat eandem.—Omnes autem provinciales Synodos, ac etiam Romanos Pontifices hoc privilegium non attingit. P. 351: Nec fuit Petrus ex illo primatu Ecclesiae major: quoniam ipse ab Ecclesia et propter eam nominatur secundum Augustinum.—Quare illa Petri majoritas non fuit majoritas supra, sed infra Ecclesiam. Unde licet os sive caput esset Apostolorum ac Ecclesiae,—tamen nihilominus tanquam membrum subfuit.—Unitas fidelium est illa, ad cuius servitium et observantiam praesidentia est super singulos. Hinc unitas fidelium, quam nos Ecclesiam dicimus, sive universale Concilium catholicae Ecclesiae ipsam repraesentans est supra suum ministrum ac singulorum praesidem. Andreas, Episc. Megarensis, Gubernac. Concill. (see § 132, note 19), in v. d. Hardt, Conc. Const. vi., iv. p. 147: haec plenitudo potestatis papalis non fuit data Petro, ut Petro, sed fuit data universali Ecclesiae. P. 162: quando Petrus claves accepit, has potius tota Ecclesia suppositaliter accepit in ipso Petro, sive per ipsum Petrum, et ipse Petrus claves accepit in typo, mystice; et ministerialiter ab ipsa Ecclesia universali. Claves enim, quas Ecclesia non poterat per omnes exercere universaliter, voluit quod exequerentur per Petrum et ejus successores particulariter. P. 158: potestas universalis Ecclesiae seu Synodi generalis convocatae canonice est major, quam potestas Papae:—quia potestas Concilii est a Deo, Christo Jesu immediate, duntaxat; et potestas Papae est a Christo et Concilii. Alphonsus Tostatus (Lecturer at Salamanca, afterward Episc. Abulensis, and the King's Councilor, † 1454) Comm. in Numer. c. 15, quaest. 48: Claves Ecclesiae datae sunt a Christo toti Ecclesiae: quia tamen non poterat tota Ecclesia dispensare illas, cum non esset aliqua persona, tradidit eas Petro nomine Ecclesiae. Si tamen intelligeretur, claves traditas esse Petro specialiter, non solum sequeretur inconveniens commune, quod alii Apostoli non habuissent aliquam auctoritatem clavium, quod falsum est, quia illis data est potestas remittendi peccata, ut patet Joannis 20. *Cap. scil. accipite Spiritum Sanctum, et quorum remiseritis peccata, remissa erunt, et quorum retinueritis, retenta erunt*: ista tamen est sola potestas clavis: ergo alii Apostoli susceperunt claves. Sed aliud inconveniens majus erat, scil. quod defuncto Petro non mansissent claves, quod necesse erat, si soli Petro datae fuissent, et non solum si ipsi soli, sed etiam si omnibus Apostolis datae fuissent claves specialiter tanquam determinatis personis, defunctis illis non mansissent claves in Ecclesia, quia isti non habebant potestatem dandi aliis

ans of this party at the same time ascribed infallibility;⁶ that the

claves, faciendo eos successores suos, cum nemo posset Praelatum successorem sibi facere. Et tamen omnes successores b. Petri et aliorum Episcoporum habent claves, sicut habuit Petrus et alii Apostoli: ergo non fuerunt datae claves illis tanquam determinatis personis, sed tanquam ministris Ecclesiae, et tunc magis dabantur claves Ecclesiae, cum Ecclesia, quae habet ipsas radicaliter, nunquam moriatur. Quæst. 49: Ecclesia suscipit claves a Christo, et Apostoli tanquam ministri Ecclesiae; et nunc Ecclesia illas habet, et Praelati etiam, sed aliter Ecclesia quam Praelati: nam Ecclesia habet secundum originem et virtutem, Praelati autem habent secundum usum earum. Dicitur Ecclesia habere secundum virtutem claves, qua potest illas conferre Praelato per electionem:—Ecclesia autem a nullo suscipit, postquam semel a Christo suscepit, ideo illas per originem et virtutem habet. Praef. ad Evang. b. Matthæi with reference to the Council of the Apostles: Hoc factum est Spiritu S. dictante, ut recognosceretur per hoc auctoritas et potestas Concilii generalis, qua nulla est major super terram, et non potest errare in pertinentibus ad fidem, nec errat in pertinentibus ad mores. Quilibet autem homo, quantumcunque sanctus et quantaecunque potestatis potest errare in fide et effici haereticus. Sicut de multis summis Pontificibus legimus, ut de Liberio, de Joanne XXII., et aliis quibusdam. Dionysius Carthusianus (properly de Leewis of Ryckel, a Carthusian at Ruremonde † 1471), De auctoritate Papae et Concilii, lib. i. art. 31: Concilium generale non nisi propter causas singulariter magnas et arduas, utputa quae aliter congrue expediri non queunt, congregandum celebrandumque esse omnes fatentur. Porro hae causae sunt extirpatio haereticæ pravitatis ac schismatis, declaratio fidei atque editio Symboli Ejus, universalis reformatio Ecclesiae in capite et in membris. Itaque in expeditione istorum major dicitur potestas Concilii generalis quam Papae, quoniam Christus promisit Ecclesiae seu Concilio ipsam representanti infallibilem directionem et gloriosam assistentiam incessantem; ita quod errare non potest in fide, neque in his, quae ad bonos pertinent mores, eo quod in talium determinatione regatur immediate a Spiritu Sancto. Unde et Papa in talibus tenetur stare determinationi Ecclesiae, seu statuto Concilii, tanquam ordinationi et sententiae Spiritus Sancti. Cumque Papa possit errare in fide et moribus et caeteris, quae sunt de necessitate salutis; ejus judicio non videtur ultimate et certitudinaliter standum in istis, cum non sit infallibilis regula, neque indeviabile fundamentum. Jac. Almainus De Auct. Eccl. et Concilii. generall. c. 7 ss. (Opp. Gersonii, ii. p. 989 ss.)

⁶ The infallibility of general councils came before the Council of Basle only as a controverted doctrine in the schools, and as such was denied even at the council itself without causing any offense, by Petrus de Alliaco; see above, § 131, note 4. This doctrine gathered shape after the Council of Constance; see (Blau's) krit. Gesch. der kirchl. Unfehlbarkeit, Frankf. a. M. 1791, s. 240 ff.; and was maintained decidedly by John Gerson, Alphonsus Tostatus, Dionysius Carthusianus, Nicolaus Cusanus. There were others indeed who held as an article of faith the infallibility of the universal Church, but not of general councils: thus Joannes Bréviscoxa (Doctor Paris, from 1420 Bishop of Paris, from 1422 Bishop of Geneva), Tract de Fide, Ecclesia, Romano Pontifice et Concilio. Art. 3, in Gersonii Opp. ed. du Pin, i. p. 898; Thomas Netterus Waldensis (Provincial of the Carmelites in England † 1430) Doctrinale Antiquitatum Fidei Cathol. adv. Wiclevitas et Hussitas. T. i. lib. ii. c. 19, 27; Nicolaus de Tudesco, Archiep. Panormitanus (famous as a member of the Council of Basle, and as a canon-lawyer, under the names Abbas or Panormitanus) Comm. in Decretal, lib. i. Tit. 6, c. 4: Antoninus Archiep. Florentinus Summa Theol. P. iii. Tit. 23, c. 2, § 6; see Blau, *ibid.* s. 241 ff. However, the doctrine of the infallibility of general councils gradually obtained universal ascendancy among the liberal theologians as the counterpoint to the curialist theory of the infallibility of the Pope. See Jac. Almainus De Auct. Eccl. et Conc. Gen. c. 10. (Gersonii, Opp. ii. p. 1001): Papa potest errare errore judiciali, de errore personali omnibus notum est. Probatum ista propositio: duo summi Pontifices determinaverunt contraria, etiam in his, quae fidem tangunt, ergo alter eorum erravit errore judiciali. Antecedens patet de Joanne XXII. et Nicolao, quorum unus determinavit judicialiter, Christum et Apostolos nihil habuisse in communi, nec in proprio; alter opposuit, ut videre est in eorum ex-

Pope being subordinate to them, was only a *caput ministeriale Ecclesiae*, and not authorized to give laws to the Church;⁷ and that appeals might be made from the Pope to a general council;⁸ in fine, that the episcopal power did not rest upon the Papal power, but shared the same foundation.⁹ Although the reasons

travagantibus. Secundo Innocentius III. et Caelestinus determinaverunt contraria super ista propositione: uno conjugum ad haeresim transeunte, alter qui remanet in fide potest ad secunda vota transire. Determinatio Innocentii III., quod non potest, ponitur in cap. *Quanto, De divortiiis*. Determinatio Caelestini, ut dicit Glossa in eodem Cap. olim ponebatur in *Decretalibus ad conversione conjugatorum* in fine. Tertio, aliqui statuerunt contra Evangelium, ut Pelagius, qui fecit constitutionem, quod omnes Subdiaconi Siciliae a suis uxoribus abstinerent, quas in minoribus Ordinibus duxerant, aut ab officio cessarent: quam (quia erat iniqua et contra Evangelium) retractavit Gregorius I., ejus successor, ut patet 31. Dist. Can. *Ante triennium*, in textu et in glossa. —Ex his satis patet, quod summus Pontifex potest errare, sententiando in materia fidei. —Sequitur secundo, quod ultima resolutio in his quae fidei sunt, non spectat ad summum Pontificem. —Concilium universale in his quae fidei sunt errare non potest, et sic ad ipsum ultima fidei decisio spectat.

⁷ See note 5. Gerson, *De Modis uniendo ac reformandi Ecclesiam in Conc. Univ.* c. 2; see § 131, note 1. Responsio synodalis Conc. Basil. ann. 1432 (see § 132, note 14), in Mansi xxix. p. 249: *Etsi sit caput ministeriale Ecclesiae*, non tamen est major tota Ecclesia. With regard to the binding force of Papal decrees see Gerson, *De Potest. Eccl.* consid. iv. (Opp. ii. p. 232): *Ecclesia potest condere leges obligantes, et regulantes etiam ipsum Papam, tam quoad personam, quam respectu usus potestatis*. Non sic e contra potest Papa judicare totam Ecclesiam, vel usum suae potestatis limitare: immo si Papa condat leges et canones, videtur observandum illud quod dicit Augustinus: *leges instituuntur cum promulgantur, firmanantur autem cum moribus utentium approbantur*. Hoc enim dicitur ad reprimendam praesumptionem quorundam summorum Pontificum vel eis adulantium, etc. Nicolaus Cusanus *De Concord*, Cath. lib. ii. c. 9; *Ecclesiastici canones non possunt nisi per ecclesiasticam congregationem, quae Synodus vel coetus dicitur, statui*. Et ideo nisi, quicumque ille fuerit, aut Papa, aut Patriarcha, decreta secundum canones ecclesiasticos promulgaverit, non possunt illa statuta, canones, sive ecclesiastica statuta vocari; et nihil habent firmitatis, cujuscunque particularis statuta, nisi in quantum per acceptionem et usum seu consensum confirmationem, seu canonibus consentiant. *Almainus De Auct. Eccl. et Conc. gen.* c. 12. (Gersonii Opp. ii. p. 1008): *Summus Pontifex non solum deponi potest ab Ecclesia seu Concilio pro haeresi, verum etiam et pro alio crimine notorio Ecclesiam scandalizante*.

⁸ This was one of the points which was most loudly and most frequently disputed between the two parties. Martin V. had already condemned such appeals at Constance, and thereby roused Gerson to their defense; see § 131, note 23. Pius II. condemned them afresh; see § 133, note 26; but he likewise met with a stout resistance from Gregory of Heimburg; see *ibid.*, note 29.

⁹ Gerson, *De Potest. Eccl. Epilogi Conclus.* 2 (Opp. ii. p. 256): *Nec tamen plenitudo potestatis papalis sic intelligenda est immediate super omnes Christianos, quod pro libito possit immediate jurisdictionem in omnes per se vel alios extraordinarios passim exercere: sic enim praejudicaret Ordinariis, qui jus habent immediatius, immo immediatissimum super plebes eis commissas, actus hierarchicos exercendi*. Extenditur igitur plenitudo potestatis Papae super omnes inferiores solum dum subest necessitas ex defectu Ordinariorum inferiorum, vel dum apparet evidens utilitas Ecclesiae. *Nicol. Cusanus De Concord. Cath. lib. ii. c. 13*: *Pro investigando veritatem illius, an scilicet de jure positivo omnes Praelati inferiores Papa derivative, scil. ab ipso Papa, jurisdictionem habeant;—oportet primo, si hoc verum foret, Petrum aliquid a Christo singularitatis recepisse, et Papam in hoc successorem esse. Sed scimus, quod Petrus nihil plus*

in defense of this theory were principally drawn from the earlier ecclesiastical laws, which had been still retained in the collections of statutes in force; yet, as the investigation of these laws could have easily led to more comprehensive historical researches, its champions took their ground almost exclusively upon the dogmatical scholastic platform. Undoubtedly individuals had attained, by the help of the newly-awakened knowledge of antiquity, to deeper insight into history. The fraud of the Pseudo-Isidorian decretals and the spuriousness of the grant of Constantine were known to many, and the latter had been publicly announced by Laurentius Valla.¹⁰ However, these discoveries were neither as yet made public property, nor used by the liberal canonists for their own advantage, and so the weapon of history, most fatal to the Papacy, was not yet directed against it with any effect.

Against this new monarchic-aristocratical system, which had grown up especially in France, and was regarded and defended as

potestatis a Christo recepit aliis Apostolis.—Nihil enim dictum est ad Petrum, quod etiam aliis dictum non sit.—Ideo recte dicimus, omnes Apostolos in potestate cum Petro aequales.—Unde cum potestas ligandi et solvendi, in qua fundatur omnis ecclesiastica jurisdictio, sit immediate a Christo;—et quia ab illa potestate ligandi et solvendi est divinae jurisdictionis potestas; patet, omnes Episcopos, et forte etiam Presbyteros aequalis potestatis esse quoad jurisdictionem, licet non exequutionis. Quod quidem exequitium exequitivum sub certis positivis terminis clauditur et restringitur propter melius et causam cum majori parte perducendi omnes homines ad finem suum, scil. Deum: ob quem finem finaliter omnis potestas, et jurisdictio, et statuta humana per media proportionata temporis et loco tendere debent. Unde cessante causa statui illius,—puta vel ob negligentiam inferiorum, vel necessitatem, tunc cessant illa positiva jura.—Quare dicimus,—quod omnes Episcopi unius sunt potestatis et dignitatis: quae supra sunt, scil. Archiepiscopalis, Patriarchalis, et Papalis sunt administrationes.—Quare hoc solum singularitatis in Petro invenimus, quod ipse fuit major in administratione, ad quam volentibus Apostolis a Christo est electus, quia senior.—Sicut principatus Petri a legatione Christi dependebat, ita et omnium Episcoporum:—quare qui eos audit, Christum audit.—Apostolicum praeceptum habent omnes Episcopi regendi se et gregem.—Si dicis, Papam subditos Episcoporum absolvare et ligare, dico idem in aliis, quando consensus priorum intervenit. Actus enim, aliter nullus, per consensum aut gratificationem proprii sacerdotis in hac materia validus efficitur.—Cum ergo usu communi sit hoc introductum, et ex usu consensus elicitur, patet quod efficacia hujus vigorem ex consensu recipit.—Igitur non legitur, antiquos Romanos Pontifices se de his intromisisse, et talia confessionalia et alia consimilia concessisse, et forte non fuisset permissum. Unde si Concilium Africanum, cui se subscripsit s. Augustinus, non admisit appellationem a Synodo ad Papam (see vol. i. § 92, note 52),—quomodo tunc admisissent ista, et ea quae hodie exorbitanter fiunt? Sed quia consensus ex usu longaevo hoc nunc introduxit, valida illa sunt quoad animarum salutem, quam diu patiuntur: tolli autem possent per Concilium, et hoc reformatio deposcit.—Et dum hanc partem defendimus, quod Papa non est universalis Episcopus, sed super alios primus, et sacrorum Conciliorum non in Papa, sed in consensu omnium vigorem fundamus: tunc quia veritatem defendimus, et unicuique suum honorem reservamus, recte Papam honoramus.

¹⁰ See vol. ii. § 20, note 17 and 21.

the groundwork of all Church freedom, the ancient Papal system, under the protection of the popes, found no less decided champions principally in Italy, among the throng of men who were bound to the Curia partly by favors received, partly by their hopes;¹¹ roused by opposition, they maintained this system in its most unmitigated form, and without avoiding its most obnoxious results.¹² According to them the Pope's authority was exalted immeasurably above every other dignity on earth;¹³ the Pope was the lord of

¹¹ Thomas de Corsellis says, in his speech before the Council of Basle (Aen. Sylvius de Conc. Basil., lib. i. ed. Cattopoli, 1667, p. 19): Sunt aliqui, sive avidi gloriae, sive quod adulando praemia exspectant, qui peregrinas quasdam et omnino novas praedicare doctrinas coeperunt, ipsumque summum Pontificem ex jurisdictione sacri Concilii demere non verentur. Excoecavit namque illos ambitio, a qua non solum hoc modernum, sed omnia usque in hanc diem schismata suborta reperiuntur.—Alius clamat, subditorem facta judicari a Papa, Romanum vero Pontificem solius Dei reservari arbitrio. Alius dicit, quia primam sedem nemo judicabit.—Alius vero asserere non veretur, Romanum Pontificem, quamvis animas catervatim secum ad inferos trahat, nullius reprehensioni fore subjectum. Nec considerant miseri, quia quae praedicant tantopere verba aut ipsorum summorum Pontificum sunt, suas fimbrias extendentium, aut illorum, qui eis adulabantur. Jacobi de Paradiso (Carthusian and Doctor of divinity at Erfurt), Collected de septem Statibus Ecclesiae in Apocalypsi mystice descriptis (written 1449), in Walchii, Monim. Medii Aevi, vol. ii. fasc. 2, p. 43 s., below, note 31; Joannes Major (see note 2), Comm. in Matth. c. xviii.; in Gersonii Opp. ii. p. 1144: Quod vero plures Pontificem extollant quam Concilium, non miraberis. Concilium raro congregatur, nec dat dignitates ecclesiasticas, Papa dat eas: hinc homines ei blandiuntur, dicentes, quod solus potest omnia quadrare rotunda, et rotundare quadrata, tam in spiritualibus quam in temporalibus.

¹² In the fifteenth century one Joannes de Turrecremata, a Dominican, Magister s. Palatii, sent as Papal envoy to the Council at Basle, from 1439 Cardinal, † 1468, takes the first place among them. Against the Council of Basle he wrote his Summa de Ecclesia et ejus Auctoritate, lib. iv. (Lugd. 1496; Venet. 1561), from which lib. ii., De potestate Papali and lib. iii., De Conciliis, in Rocaberti Biblioth. Max. Pontificia, t. xiii. p. 281, have been taken; where also, p. 575, ejusd. De summi Pontificis et generalis Concilii potestate, ad Basileensium Oratorem in Florentina Synodo responsio, viva voce exhibit, is to be found. With regard to Cajetan, see above, note 3.

¹³ Jo. de Turrecremata, lib. ii. c. 52, states wherein the plenitudo potestatis Romani Pontificis is shown. To wit, Primo ostenditur ex his, ex quibus excellentia papalis dignitatis sive principatus nobis figuraliter describitur.—Secundo ostenditur—in extensione principatus sui; extenditur enim in totum orbem terrarum, nullus enim fidelis in toto orbe Christiano eximitur ab ejus principatu.—Tertio—ostenditur in potestate clavium in foro conscientiae. Extenditur enim potestas clavium in eo ad omnia loca, ad omnes personas, ad omnes casus.—Quarto—ostenditur in clavibus judicariae potestatis in foro exteriori. Valet enim de omnibus personis orbis Christiani, cujuscumque status aut conditionis existant, judicare: est enim iudex totius Ecclesiae.—Cum enim Romanus Pontifex caput totius Christianae communitatis princeps existat; ejus non tantum est promovere ea et ordinare, quae ad bonum reipublicae, et consecutionem supernae beatitudinis, quae finis ultimus Christianorum est, conferunt, sed ea tollere et submovere prohibendo et corrigendo, quae ad motionem ad talem finem fideles impediunt.—Quinto plenitudo potestatis Romani Pontificis ostenditur in depositione Episcoporum.—Sexto—in hoc, quod ejus potestas a nulla potestate humana exceditur, vel superatur; sed ipsa omnem aliam excedit et superat.—7. in hoc, quod non arctatur ejus potestas ad hoc, ut semper servato ordine inferiorum potestatum operetur, sed potest mediantibus illis, vel

all princes,¹⁴ as well as the source and perpetual dispenser of all

illis intermissis, immediate in quemcunque Christianum operari, ut immediatus ordinarius Pastor et Praelatus, quando viderit expedire.—8. in exemptione inferiorum Praelatorum a superiori.—9. in hoc, quod non ligatur legibus a se factis, aut etiam sacrorum Conciliorum canonibus, sed potest ex plenitudine potestatis super jus et leges positas facere, et in canonibus Conciliorum juxta temporum opportunitatem aut locorum, et personarum condiciones dispensare.—10. in dispensatione actionum humanarum, puta votorum et juramentorum.—11. in administratione et dispensatione rerum ecclesiasticarum. Alii autem Praelati et Collegia habent potestatem coarctatam in administrando et dispensando res suas, et transferendo dominium ipsarum, obligando, et alienando, quia non nisi ex certis causis et cum certis solemnitatibus jure possunt res Ecclesiae alienare:—Papa vero in istis solus sine consensu etiam cujuscumque, et sine solemnitatibus potest res quascumque cujuslibet Ecclesiae alienare, et alienando dominium transferre, dum tamen hoc faciat ex justa causa.—12. in hoc,—quod quaedam sunt superiorum Ordinum, quae potest Papa committere inferioribus quibusdam: sicut Presbyteris concedit conferre minores Ordines, quod pertinet ad potestatem Episcopalem:—13. in dispensatione thesauri Ecclesiae, quoniam ipse solus, utpote Christi principalis vicarius et dispensator, dat plenariam indulgentiam, et omni homini fidei de toto mundo.—14. in hoc, quod dispositio totius ecclesiastici ordinis quoad dignitates ecclesiasticas,—et dispensatio beneficiorum, tanquam ad servum, quem constituit Dominus super familiam, ut det illis tritici mensuram, pertinent ad Romanum Pontificem.—15. in canonizatione Sanctorum. Rodericus Sancius, Episc. Zamorensis et Referendarius, P. Pauli II., *Speculum Vitae Humanae* (Romae, 1468, frequently published, e. g. Argent. 1507, fol.), lib. ii. c. 1: Summi Pontificatus excellentiam, dignitatem et auctoritatem,—illiusque necessitatem et utilitatem ostendere, hodie munus suscepti, grande quidem negotium, sed parvum ingenium. Cujus tanta est sublimitas et eminentia, tanta immensitas, ut nullus mortalium nedum comprehendere, aut satis exprimere, sed nec cogitare posset. Obtundit enim omnem humanum intellectum illius sacratissimi et omnium eminentissimi status majestas et excellentia, quia scriptum est: *scrutator majestatis opprimetur a gloria*. Si—nihil in hoc saeculo excellentius—inveniri potest statu et dignitate simplicium sacerdotum,—quid cogitandum est de eo summo Pontifice, qui vices veri Dei gerit in terris? qui ad plenitudinem status, qui ad apostolicum thronum, qui ad culmen omnium dignitatum assumitur, ex qua certe, ut rivuli a fonte, rami ab arbore procedunt. Qui non ad humanum tantum principatum, sed ad divinum; non ad principandum solum mortalibus, nec modo hominibus, sed angelis; non ad judicandum vivos, sed mortuos; non in terra solum, sed in caelo; non ad praesidendum solis fidelibus, sed infidelibus: et (ut paucis agam) qui ad eam ipsam dignitatem, ad eandem jurisdictionem et coactionem, ac universalem toto orbe supremum principatum a summo Deo et ejus loco super cunctos mortales institutus et erectus est. De quo per Job scriptum est, quod coram eo curvantur, qui portant orbem, et Reges seculi atque tyranni ridiculum sunt, qui solus omnem potestatem ambit. Et, sicut Scriptura commemorat, unus est, et secundum non habet.—Cujus, teste propheta, suae sunt justitiae, potestas et imperium. Quem iterum David signat inquit: dedit ei potestatem et regnum, et omnes populi et linguae servient ei, etc.

¹⁴ On this head Jo. de Turrecremata is somewhat more moderate. He designates, ii. c. 103, as two extremes, the opinions, quod Romanus Pontifex ratione sui principatus in solis spiritualibus consistat, ita quod nullo modo jure Papatu ad temporalia se extendat, and, quod R. P. jure sui Principatus, sive Vicariatu Christi habeat in toto orbe terrarum plenam jurisdictionem, non solum in spiritualibus sed etiam in temporalibus, quod omnium Principum saecularium jurisdictionalis potestas a Papa in eos derivata sit. He asserts, on the contrary, quod spirituali potestati potestas saecularis in Papa conjungitur, qui utriusque potestatis apicem tenet, but that he only held—jurisdictionem in temporalibus in toto orbe Christiano, in so far—quantum necesse est pro bono spirituali conservando ipsius et aliorum, sive quantum Ecclesiae necessitas exigit, aut debitum pastoralis officii in correctione peccatorum exposcit. Accordingly the Pope was not—

orbis Dominus, or, Rex aut Imperator orbis; it did not follow, ut quemadmodum omnes dignitates ecclesiasticæ a sede Apostolica pendere dicuntur ab ea jurisdictionem sumentes,—ita principatus et jurisdictiones Regum et Principum sæcularium dependent ab ea. Neither any more, quod de feudis Principum sæcularium, aut de possessionibus directe se intromittere aut judicare valeat regulariter; and, quod a quocunq; iudice sæculari passim et regulariter ad eum possit appellari. Moreover—Papa non habet potestatem, sive jurisdictionem in temporalibus, ut Reges in bonis temporalibus habent dominium, nec ita ut sit regulariter eorum dispensator:—non habet ita plenam jurisdictionem in temporalibus, sicut in spiritualibus, ita quod sicut deponere potest Praelatum ecclesiasticum, etiam sine culpa sua, ita possit deponere Principem sæcularem, sive laicum. On the other hand, cap. 114: potestatis spiritualis, et maxime Papæ, qui est universalis dux et rector populi Christiani, est dirigere et regulare, præcipere atque leges dare potestati sæculari, quibus in administratione sui officii dirigatur in finem ultimum felicitatis æternæ. Et secundum hoc Romanus Pontifex se habet ad Reges et Principes, tanquam architectonicus ad artifices: ille enim propter quid et regulas judicandi scit: isti autem, scil. artifices mechanici, tanquam experti in multis ipsum quia sciunt, propter quid autem ignorant: propter quod debet illis Papa leges dare, secundum quas debent jurisdictionem suam exequi, et populum regere in ordine ad beatitudinem supernaturalem.—Ex cura ergo pastoralis, quam Romanus Pontifex habet super omnes fideles, cujuscumque status, dignitatis vel conditionis existant, statim datur intelligi, quod apicem non tantum spiritualis potestatis, sed etiam temporalis aliquo modo habere dicendus sit.—Sine ulla dubitatione ad Praelatos Ecclesiæ, et maxime ad Praelatum Praelatorum pertinet jure sibi a deo collato recognoscere et judicare de peccato quocunq;.—Non solum Principes sæculares circa usum suæ jurisdictionis delinquentes potest per censuram ecclesiasticam coercere, verum etiam eos notabiliter negligentes a dignitate deponere. This moderation of Torquemada, by means of which, however, not one of the Papal pretensions was rescinded, was probably the fruit of circumstances during the Council of Basle. Afterward the Ultramontanes spoke with less disguise. Thus Dominicus Venetus (Episc. Torellanus, afterward Brixiensis, about 1465), in Marci Antonii de Dominis De Republ. Eccles. lib. vi. c. 10, § 3): Papa est verus Dominus mundi, et verus Monarchia, et apud ipsum est utraque monarchia. Papa potest tollere Imperium, præsertim si videatur sibi, quod aliter mundus melius gubernaretur: et quod nullus esset Monarcha præter ipsum, et quod Reges immediate ipsum recognoscerent, et nullum alium superiorem. Papa temporalem jurisdictionem habet universaliter in omni loco, et potest eam exequi. Papa non solum potest deponere Imperatores et Reges, verum etiam Imperium et Regnum extinguere in laicis, etiam sine causa, et Principatus suppressere, et nova regna aut Principatus erigere. Rodericus Sancius, Bp. of Zamorra (see note 11), in his work, De Origine et Differentia Principatuum (in Le Bret's Magazin f. Staaten- und Kirchengesch. Th. 4, s. 520): Est vero naturaliter, moraliter et divino jure cum recta fide tenendum, Principatum Romani Pontificis esse verum, unicum, immediatum Principatum totius orbis, nedum quoad spiritualia, sed quoad temporalia; et principatum imperialem esse ab ipso dependentem et mediatum, ministerialem et instrumentalem, eidem subministrantem et deservientem, foreque ab eo ordinatum et institutum, et ad jussum Principatus papalis mobilem, revocabilem, corrigibilem et punibilem. Especially remarkable in this point of view is the reprimand received by an imperial ambassador in the Papal consistory, A.D. 1473; see Jac. Volaterrani, Diarium Romanum in Muratorii Scriptt. Rer. Ital. xxiii. p. 94: Thomas quidam, vir acris ingenii, quum Imperatoris Federici nomine assumi ad dignitatem Cardinalatus Dominicum Episcopum Brixiensem contenderet, eamque ob causam postulato Senatu ac dato fervidius loqueretur, sæpe inter agendum Monarcham orbis Imperatorem appellabat. Tum Cardinalis Rotomagensis, qui etiam causæ Dominici minus favebat, paulo commotior factus: *male, inquit, agis, Thoma; non tuus Imperator, sed hic noster Pontifex Monarcha est orbis: pati non possum, Romanæ amplitudini detrahi.* Tum ille: *non omnium, inquit, Monarcham Imperatorem ajo; temporalium tantum intelligo.* Et Rotomagensis: *nec temporalium quoque illi est Monarchia: jure divino et pontificio tota Romani est Praesulis.* Idem qui ex Patribus jus didicere, uno judicio confirmarunt.

episcopal power;¹⁵ he stood above councils, which derived their authority from him alone;¹⁶ he was the lawgiver of the faith, and

¹⁵ Jo. de Turrecremata, *Summa de Ecclesia*, ii. c. 32: solus Petrus inter Apostolos immediate a Christo factus et ordinatus fuit Episcopus:—alii vero Apostoli a Petro mediate, vel immediate, solo, vel cum alio, vel cum aliis sunt Episcopi facti vel ordinati. C. 54: dicimus cum s. Thoma,—quod tota jurisdictionis potestas aliorum Praelatorum de lege communi derivatur a Papa.—Apostoli alii—non susceperunt potestatem jurisdictionis immediate a Christo, sed mediante Petro. Ergo sequitur, quod etiam nunc Praelati, qui sunt in Ecclesia, jurisdictionis potestatem suscipiant immediate a Papa, et non a Christo. C. 65: Romanus Pontifex immediatus Praelatus et iudex est omnium Christianorum, potestque facere in toto orbe terrarum, quicquid inferiores Praelati agere possunt.—In quocumque ordine quando tota potestas inferiorum dependet et originatur a potestate superioris, ad quaecumque se potest extendere potestas inferiorum, ad omnia illa se potest extendere immediate potestas superioris: sed potestas jurisdictionis, de qua est sermo, omnium aliorum Praelatorum in Ecclesia a potestate Papae derivatur; ergo sequitur, quod summus Pontifex potest in toto orbe omnia facere immediate, quaecumque possunt alii Praelati. Thom. Cajetanus, *De Auct. Papae et Conc.* c. 3 (Rocaberti XIX. p. 449): In Petro et a Petro inchoat omnis Ecclesiae potestas, et derivatur in totam Ecclesiam via ordinaria.

¹⁶ Jo. de Turrecremata, ii. c. 80: Romanus Pontifex superior, ac major jurisdictionis auctoritate est tota ipsa residua universali Ecclesia.—Omnis pastor—superior est grege, cujus est pastor, sed Rom. Pont. est pastor Ecclesiae universalis, ergo ipse est—superior universali Ecclesia. Lib. iii. c. 28: universaliter Conciliorum auctoritas a Rom. Pont. pendet et emanat. C. 32: ea, quae in universalibus Conciliis statuuntur, sententiantur, aut definiuntur, aut interpretantur, auctoritate Romani Pontificis principaliter regulariter fiunt. C. 44: Rom. Pontifex superior est jurisdictionis auctoritate universali Concilio. C. 47: appellare non licet a Romano Pontifice ad Concilium universale, sed magis e converso, puta a sententia Concilii, quam Apostolica sedes nondum approbavit, ad Papam licet appellare. C. 51: Rom. Pontifex nec ligatur, nec subicitur necessitate quorumcumque Conciliorum,—nec universalium statutis, legibus, aut canonibus, quae sub juris positivi genere comprehenduntur. C. 55: Rom. Pontifex non solum auctoritatem in canonibus sacrorum Conciliorum, etiam universalium, et decretis suorum praedecessorum dispensandi habet, verum etiam tollendi, aut revocandi, aut mutandi, prout temporum aut causarum necessitas exposcit. C. 62: Quemadmodum ad Romanum Pontificem, ut ad Ecclesiae Principem, pertinet, Concilia universalis, si bene processerint, approbatione et auctoritate sua confirmando honorare; ita ipsius est, ea Concilia quae in perniciem fidei, aut totius Ecclesiae perturbationem celebrata reperta fuerint, corrigere, reprobare, ac cassare, ea, quae minus juste, minusque bene acta sunt, retractando et condemnando. Thom. Cajetanus, *De Auctor. Papae et Concilii*, c. 7 ss. (Rocaberti, xix. p. 455), c. 20, p. 474, it was allowed—quod Papa factus haereticus subest potestati ministeriali Ecclesiae, et non auctoritativae super Papam; on the other hand, c. 24, p. 482 ss., it was resolutely denied, quod Papa propter incorrigibilitatem in quocumque notorio crimine scandalizante Ecclesiam subjiciatur Concilii potestati, ita quod possit deponi: viz. because, c. 26, p. 487, it was written in Matth. xviii., quod pes, manus, vel oculus, non tamen caput scandalizans amputaretur. Apologiae, P. I. c. i. (l. c. p. 494): Natura ecclesiastici regiminis ab ipsa sua nativitate est, non ut in communitate ad unum vel plures derivetur, quemadmodum accidit in regimine civili humano; sed ut in uno certo Principe suapte natura sit. Et cum Princeps iste unus atque idem Dominus Jesus heri, hodie, et in saecula vivat et regnet; secundum naturalis juris consequentiam oportet, ut ad ipsum Principem, non ad communitatem Ecclesiae spectet in sua absentia ordinare de Vicario, non communitatis Ecclesiae, quae utpote *serva nata* principandi jure caret, sed ipsius Principis, naturalis Domini communitatis Ecclesiae. Et hoc ipsum Salvator noster per semetipsum exequi dignatus est, dum Petrum Apostolum solum instituit suum Vicarium post resurrectionem, antequam caelos ascenderet, ut patet Joan. ult.

infallible.¹⁷ The excitement of controversy and venal flattery led

¹⁷ Jo. de Turrecremata, ii. c. 107: Ad Romani Pontificis auctoritatem spectat, tanquam ad generalem totius orbis principalem magistrum et doctorem, determinare ea, quae fidei sunt, et per consequens edere symbolum fidei, sacrae Scripturae interpretari sensus, et doctorum singulorum dicta ad fidem spectantia approbare vel reprobare. C. 109: tanta soliditate veritatis apostolicum thronum clementia Divinitatis firmaverat, quod iudicium ejus in his, quae fidei sunt, errare a veritati non possit. Decebat sane ut sedes illa, quae superni dispositione Concilii magistra fide, et cardo omnium instituebatur Ecclesiarum, in his, quae fidei sunt, hominumque necessaria saluti, ab ipso omnium auctore Deo,—hoc singulari infallibilitatis munere donaretur. In cuius rei sacramentum primo illius sedis Pontifici—nomen firmitatis imponitur, scil. Petrus, quod Syra lingua rupes interpretatur. C. 112: Ubi—bene advertendum, quod non dicitur, quoad Papa errare non possit, aut male sentire aut judicare in his, quae fidei sunt;—sed dicitur, quod sententia, quam in iudicio Rom. Pontifex profert in his, quae fidei sunt, errare non possit, aut quod sedis Apostolicae iudicium, quod idem est, errare non possit.—Sedis autem Apostolicae—sententia in iudicio prolata a Rom. Pontifice intelligitur, non quae occulte, malitiose, aut inconsulte per solum Rom. Pontificem, aut etiam quae per ipsum cum paucis sibi faventibus, aliis in fraudem contemptis sive non vocatis, ad partem profertur; sed quae a Rom. Pontifice cum maturo et gravi virorum sapientum, et maxime dominorum Cardinalium primo Concilio digesta et maturata sancitur et profertur. Lib. iii. c. 58: On the question, utrum universale Concilium in his, quae fidei sunt, errare possit? Ad quam questionem nobis videtur sub distinctione respondendum. De Concilio universali loqui possumus dupliciter: uno modo de Concilio universali plenario, plenarium autem Concilium dicimus, in quo cum Ecclesiae patribus Romani Pontifex eorum caput—concurrit.—Secundo modo loqui possumus de Concilio, prout dicitur corpus tantum patrum, distinctum a capite suo Romano Pontifice. Si primo modo loquamur de Concilio, fit ista conclusio: Concilium universale in his, quae ad fidem pertinent, errare non potest, quae tam patrum Ecclesiae, quam Romani Pontificis unanimi consensu definita sunt.—Apostolicae sedis iudicium in his, quae fidei sunt, errare non potest; ergo nec Concilium universale, in quo Apostolicae sedis intervenit, sive concurrat auctoritas et consensus.—But, on the hand, Concilium universale non interveniente consensu et approbatione Apostolicae sedis errare potest in his, quae fidei sunt.—Phantasia stulta eorum, qui omni Concilio non errandi gratiam quasi essentialiter inesse affirmant, cum tam ex Evangelio, quam ex actibus Apostolorum, et gestis antiquorum Conciliorum manifeste oppositum habeatur. Dominicus Venetus (see note 12), de Cardinalium legitima creatione (published at the end of Marci Ant. de Dominis De Republ. Ecll. P. i.), Propos. vii.: Universale Concilium legitime congregatum, et auctoritate Romani Pontificis confirmatum, in se et decretis suis universalem Ecclesiam repraesentat: et id, quod facit aut determinat cum tali approbatione et consensu Maximi Pontificis, tenendum est ratum et firmum, ac si universalis Ecclesia determinaret, quae non permittitur a Deo errare in fide, nec in determinando ea, quae ad bene vivendum pertinent.—Haec autem infallibilis regula non est Concilium, etiam legitime congregatum.—Nam multa Concilia errasse leguntur;—Ephesina secunda universalis fuit, et legitime congregata, utpote auctoritate Leonis Max. Pont. et pro justa causa, utpote pro damnatione haeresis: quae tamen errasse legitur.—In cuius correctionem Synodus Chalced. convocata est ejusdem Leonis auctoritate; et hoc quia non requiritur solum auctoritas Rom. Pontificis in congregando, sed etiam in definita et sancita approbando.—Similiter etiam nec Papa solus est illa regula infallibilis, quia aliqui errasse leguntur in fide, ut patet de Liberio, et de Anastasio secundo, qui communicavit Acacio haeretico, ideo percussus est a Deo (evidently a mistake for the Emperor Anastasius): ergo infallibilis regula erit Papa, adhibito debito consilio peritorum; a fortiori ergo si cum generali Concilio, quod pro arduis causis congregatur, quia difficilius errant plures, quam pauci. Thom. Cajetanus, De Auctor. Papae et Concilii, c. 9 (Rocaberti, xix. p. 460): Magis potest errare communitas Ecclesiae sine auctoritate Papae, quam Papa. Et ratio est, quia error Papae in definitiva sententia fidei est error totius Ecclesiae,—quia ad ipsam

on so far, that many persons exalted the *donatio Constantini*, denied by Laurentius Valla, into a *restitutio*,¹⁸ and hailed the Pope as a god on earth.¹⁹

Each of these systems declared the opposite view to be a pernicious error; but the imminent danger of an irremediable schism hindered these condemnations from being recklessly carried into effect. Besides, a peculiar embarrassment was at hand for the popes, from the fact that they were obliged to regard the Council of Constance as œcumenical, in order to prove the validity of *spectat determinare finaliter de fide quid tenendum, et quid repellendum*.—Impossibile est autem universalem Ecclesiam errare in fide, ergo impossibile est, Papam in iudicio definitivo auctoritative errare in fide.—Papa in hujusmodi iudicio est rectissimus propter assistentiam Spiritus Sancti.

¹⁸ Antonini Summa Historialis Pars i. Tit. 8, c. 2, § 8: Quæstio adhuc agitur inter Canonistas et Legistas, utrum illa tenuerit donatio. Quod Canonistæ omnino firmant, et Theologi magis confirmant eo quia non fuit simplex donatio, sed potius restitutio Ecclesie facta juris sui, cum omnia sint de Christi dominio, cujus Papa est vicarius in terris: cætera vero dimisit dominis temporalibus. Jo. Major (see note 2), Comm. in Matth. c. 16, in Gersonii Opp. ed. du Pin, ii. p. 1158: Quæritur, an Constantinus contulerit justum titulum Pontifici in terris, quæ nunc vocantur Ecclesie. Est hic modus dicendi: aliqui volunt, quod nunquam ei dedit terras in Italia, nec Romanam urbem; aliquibus placet, quod nec dare poterat Italiam, sive istas terras quæ dicuntur Ecclesie; alii tenentes, Pontificem habere dominium tam in spiritualibus, quam in temporalibus, dicunt, quod nihil dedit, sed solum detentum injuste restituit. He maintained, on the other hand: Ecclesia licite cepit, and, Constantinus M. licite multa contulit Ecclesiis, thus, Rom. Pont. juste possidet. It is worthy of note, that the Cardinal Bernardinus Carvajal, Card. S. Crucis, who stood at the head of the cardinals that forsook Julius II. and summoned the Council of Pisa in 1511, had formerly written in defense of this *Restitutio*: Jo. Bontzbaehius (Prior in the Monastery of Laach near Andernach) writes of him in the year 1511, in his *Auctarium in librum Jo. Trithemii de Scriptoribus ecclesiasticis* (MS. in the library of the University of Bonn): Scripsit quidem præclara opera, e quibus unum exstat, quod mihi dudum innotuit contra Laurentium Vallam et alios, qui vesana sua loquacitate audent latrare in summum Christi Vicarium et s. Romanam Ecclesiam, quasi non vera, sed falsa et conficta sit donatio Constantini Imperatoris. In quo quidem prægrandi volumine omnem istorum assertionem ita subnervavit, ut non tantum veram, sed quod magis est, legitimam et debitam restitutionem potius quam donationem fuisse probet. Omnem itaque bestiale Laurentii invectionem elidens scripsit contra eundem: De restitutione Constantini l. I.

¹⁹ Gersonii Circa Materiam Excommunicationum Resolutio, Consideratio xi. (Opp. ii. p. 424): Contemptus clavium—non incurritur, dum in præmissis casibus dicit aliquis—juxta conscientiam suam, quod hujusmodi sententiæ non sunt timendæ, et hoc præsertim si observetur informatio seu cautela debita, ne sequatur scandalum pusillorum, qui aestimant Papam esse unum Deum, qui habet potestatem omnem in coelo et in terra. Compare the passage of Rodericus Sancius above, note 11. Christopherus Marcellus thus addresses Julius II. in a speech delivered before the Lateran Council in the fourth session, 10th December, 1512 (Labbei et Cossartii Concilia, xiv. p. 109): Hinc merito conqueri potest Ecclesia.—His lamentationibus et querimoniis ad tuos sanctissimos devoluta pedes in hunc modum opem humiliter implorare videtur:—Tua sub ditione defensa sum.—Ad te igitur supplex tanquam ad verum principem, protectorem, Petrum et sponsum accedo.—Cura, pater beatissime, ut sponsæ tuæ forma decorque redeat et pulcritudo.—Tu enim pastor, tu medicus, tu gubernator, tu cultor, tu denique alter Deus in terris.

their own succession; and yet they were compelled to reject its fundamental principles, which were the groundwork of the Gallican system. For this reason they greatly preferred to pass over the unpleasant decrees of Constance in silence:²⁰ when they were forced to speak, they helped themselves by evasive interpretations; many of their adherents did not shrink from a downright denial of the validity of these decrees.²¹

Since this controversy had its root in the hierarchy, the secular power thereby regained such ascendancy in the different countries that it principally depended upon this power which system should prevail.²² But the temporal governments allowed themselves to be principally swayed by political aims in their demeanor toward the Pope. While in France the principles of the Papal system, when they were made prominent, were immediately condemned by the Parliament and the University of Paris,²³ in other coun-

²⁰ Paul Sarpi, in a letter to Leschasser (in *Le Bret's Magazin für Staaten- u. Kirchengesch.* Th. 2, s. 324), speaks emphatically in the name of the Curia: *Concilium Constantiense neque probari, neque emendari inter arcana habemus.*

²¹ Jo. de Turrecremata *Summa*, ii. c. 99 (Rocaberti, xiii. p. 426), sets aside the conclusions drawn from the decrees of Constance and Basle for the statement—*Concilium generale potestatem a Christo habere immediate.* With reference to the decree of Constance Sess. V. (see § 131, note 8), in which this statement was expressly maintained, he first remarks: *Ecce manifeste, quod decretum illorum Patrum non loquitur universaliter de qualibet Synodo universaliter, sed de illa singulariter, pro cujus tempore non erat in Ecclesia unus pastor totius Ecclesiae indubitatus;* but also, apart from this, he holds that that decree was not binding (*non habet necessitatem*): because, *Decreta illa si ita sunt appellanda, facta sunt solum a Patribus aliquibus obedientiae Johannis XXIII.* The Council of Constance did not become universal until the three obediences were united. Besides, *praefatum decretum Constantiense non militat, quoniam per Apostolicam sedem non fuit approbatum, immo videtur per Dominum Martinum reprobatum, sive annullatum in condemnatione erroris Joannis Vicleff et Joannis Hus, inter quos—unus articulus condemnatus est: quod Petrus non est nec fuit caput Ecclesiae sanctae catholicae.* In like manner, cap. 100, he proves the corresponding decrees of Basle to be invalid. The argument drawn from the confirmation of them by Eugene IV. (see § 132, note 17) he disposes of thus, *quod praefatae bullae magis extortae fuerunt minis, quam de mente Domini Eugenii emanaverint.* But independently of this, *nihil eorum, quae in praefatis bullis continentur, suffragatur adversariis, quoniam Dominus Eugenius numquam praebuit consensum decretis Concilii Basileensis.* Compare his *Responsio de summi Pont. et gen. Concilii Potestate*, l. c. p. 578. In like manner Cajetanus *De Auct. Papae et Conc.* c. 8 (Rocaberti, xix. p. 456), denies the validity of the decrees of Constance, and seeks to prove that the confirmation by Martin V. (see § 131, note 24), did not extend to the decrees of the fourth and fifth session. Compare *Apologiae*, P. ii. c. 11. (l. c. p. 508).

²² See Aeneae Sylvii Ep. 54, above, § 132, note 42.

²³ The mendicant monks in particular, the natural adherents of the Papal system from the peculiar relations of their order, drew upon themselves such censures. Thus the Dominican, Johannes Sarrazin, in the year 1429, was obliged to recant the following statements (*d'Argenté Collectio Judiciorum de Novis Erroribus*, I. ii. p. 227): *Omnes potestates jurisdictionis Ecclesiae—sunt ab ipso Papa quantum ad institutionem et colla-*

tries the same fate befell the opposite doctrines of the Gallican system.²⁴ And if, from the side of France and Germany, humiliating demands were not unfrequently made upon the popes, Spain and Portugal found it for their interest to receive from them the right of possession to the countries which they had conquered, and which were for the most part newly discovered;²⁵ thus con-

tionem. Hujusmodi potestates non sunt de jure divino, nec immediate institutae a Deo.—Quandocumque in aliquo Concilio aliqua instituuntur, tota auctoritas dans vigorem statutis in solo summo residet Pontificio.—Summus Pontifex canonicam simoniam a jure positivo prohibitam non potest committere. The Augustin, Nicolaus Quadrigarius, 1442, had to revoke the statement (l. c. p. 240): sola Papae potestas in tota Ecclesia immediate est a Christo. The Franciscan, Joannes Angeli, in February, 1483, the assertions (l. c. p. 305): Papa posset totum jus canonicum destruere et novum construere.—Papa posset ab uno Ecclesiastico tollere medietatem reddituum beneficiorum suorum et uni alteri dare, non exprimendo aliquam causam. Quicumque contradicit voluntati Papae, paganizat, et sententiam excommunicationis incurrit ipso facto: et a nullo Papa reprehendi potest, nisi in materia haeresis.

²⁴ Thus an assembly of divines and canon-lawyers, convoked by the Archbishop of Toledo at Complutum, in 1479, condemned the following propositions among others, which Petrus de Osma, a Doctor from Paris who lectured at Salamanca, had published in a Libellus Confessionis (Barth. Caranza Summa Conciliorum, Duaci, 1659. 8, p. 660): VII. quod Ecclesia urbis Romae errare potest. VIII. quod Papa non potest dispensare in statutis universalis Ecclesiae (similarly Gerson De Modis uniendo ac reformandi Ecclesiam c. 9; see above, § 131, note 1. Jac. Almaini Expositio circa Doctrinam M. Occami c. 12, in Gersonii Opp. ed du Pin, ii. p. 1055). In the bull with which Sixtus IV. confirms this decision (in Raynald. 1479, no. 32, complete in de Aguirre Concill. Hispaniae, v. p. 353 ss.), Prop. VII. is not to be found: it is, however, sufficient that in Spain it was considered worthy of condemnation. The theological faculty at Vienna, in the year 1492, accused one of its members, Johannes Kaltenmarkter, before Pope Innocent VIII., for having taught: Concilium esse supra Papam; Papam non posse revocare per Concilium generale conclusum; Romanum Pontificem non posse dare licentiam Parochianis quibuscunque, ut alteri, quam proprio sacerdoti Curato libere confiteantur; Papam non posse dare generalem potestatem audiendi confessiones: Kaltenmarkter had to make his appearance in Rome, undergo a penance imposed upon him, and afterward recant his assertions at Vienna: see the extracts from the proceedings, printed in 1493, in (Dietrich) Auctarium Catalogi Testium Veritatis, p. 260.; cf. Mitterdorfferi Conspectus Hist. Univ. Viennensis Saec. ii. Viennae, 1724. 8, p. 54 ss.; Hansizii. Germ. Sacra, t. i. p. 597.

²⁵ See the letter of Nicolas V. to Alphonso, king of Portugal, A.D. 1452 (Raynald. ad h. a. no. 11): tibi Saracenos et Paganos, aliosque infideles et Christi inimicos quoscunque, et ubicumque constitutos, regna, ducatus,—aliaque dominia, terras,—et quaecunque alia—bona mobilia et immobilia—per eosdem—possessa—invadendi—et subjugandi, illorum personas in perpetuam servitutem redigendi, regna quoque,—aliaque dominia—et bona hujusmodi tibi et successoribus tuis, Regibus Portugalliae, perpetuo applicandi—plenam et liberam auctoritate apostolica tenore praesentium concedimus facultatem. With reference thereto Nicolas V., in 1454, granted to the King the new discoveries on the west coast of Africa as his own domain (Raynald. ad h. a. no. 9): de apostolicae potestatis plenitudine literas facultatis praefatas—ad Ceptensem et praedicta et quaecunque alia, etiam ante datam dictarum facultatem literarum acquisita, et ea quae in posterum nomine—Alfonsi Regis suorumque successorum in ipsis—et ulterioribus—partibus de infidelium—manibus acquiri poterunt,—sub ejusdem facultatis literis contineri praelibatis,—ipsamque conquestam, quam a capitibus de Bonador et de Nam usque per totam Ghineam—extendi harum serie declaramus, etiam ad ipsos Alfonsum Regem,

ceding to the Papal See its loftiest pretensions. On the whole, then, the Pope, both on account of his spiritual sway over men's minds and his temporal dominions in Italy, at that time the apple of discord to the most powerful monarchs, was of so great importance that all princes necessarily attached great value to his friendship, and that even a King of France was ready to sacrifice for it the welfare of his National Church.²⁶ These political connections now constituted the strongest hold of the Papal See;²⁷

praedecessores suos ac infantem—spectasse—et in perpetuum spectare,—decernimus et declaramus: ac pro potioris juris et cautela suffragio jam acquisita et quae in posterum acquiri contigerit provincias—praedictis Alfonso Regi ac successoribus—perpetuo donamus, concedimus, et appropriamus per praesentes. Alexander VI., dd. v. non. Maji 1493 (in Raynald. h. a. no. 18), granted the newly discovered regions of America to Ferdinand and Isabella, sovereigns of Spain, quite in the same form, and defined this grant more accurately in a letter to them on the same day (l. c. no. 19): de nostra mera liberalitate, et ex certa scientia ac de apostolicae potestatis plenitudine omnes insulas et terras firmas inventas et inveniendas,—fabricando et construendo unam lineam a polo arctico—ad polum antarcticum,—quae linea distet a qualibet insularum, quae vulgari nuncupantur de los Azores y cabo Verde, centum leucis versus occidentem et meridiem, ita quod omnes insulae et terrae firmae reptatae et reperiendae—a praefata linea versus occidentem et meridiem, quae per alium Regem aut Principem Christianum non fuerint actualiter possessae,—auctoritate omnipotentis Dei nobis in b. Petro concessa, ac vicariatus Jesu Christi, qua fungimur in terris, cum omnibus illarum dominiis, civitatibus,—juribusque et jurisdictionibus, ac pertinentiis universis vobis haeredibusque—vestris—in perpetuum tenore praesentium donamus, concedimus, assignamus. As early as 1494 Ferdinand conceded to the King of Portugal that this line should be drawn 360 leagues westward of the Azores instead of 100.

²⁶ See § 135, note 18 and 20.

²⁷ Compare especially the disquisition of the Florentine Franc. Guicciardini († 1540), on the origin of the secular power of the popes, in the fourth book of his Italian History, which has been omitted in the editions of this work, but printed in Goldasti Monarchia, iii. p. 17 ss., and in Conringii Opp. i. p. 113. At the end of this disquisition is the following passage: His igitur fundamentis et modis ad terrenam potentiam elati, ac sensim animarum salutis, divinarumque praeceptorum obliiti, atque ad mundana imperia omni cogitatione conversi, nec divina auctoritate alio quam quasi telo et instrumento rerum fragilium abutentes, Principes potius gentium, quam rerum sacrarum Pontifices videri coeperunt. Horum curae et negotia non jam vitae sanctimonia, non religionis incrementa, non erga Deum et homines caritas, sed exercitus, sed bella in Christianos, cogitatione et manibus sanguine respersis sacra tractantes: sed pecuniae immensa cupido, novae leges, novae artes, novae insidiae ad pecuniam undique congendam. In hunc finem audacissime arma coelestia vibrare, profanarum sacrarumque rerum nundinationem impudentissime exercere: hinc opes in immensum aductae, et in totam ipsorum aulam effusae, ex quibus fastus, luxus, mores turpissimi, libidines, voluptatesque nefandae: nulla de successoribus cura, nulla majestatis perpetuae Pontificatus sollicitudo; sed horum loco cupido anxia et pestifera, filios, nepotes, item alios sibi conjunctos et necessarios non modo ad opes immoderatas, verumetiam ad regna et imperia evahendi: non jam honores et emolumenta in merentes et bonos conferendo, sed plerumque auctionando, aut in homines ambitione, avaritia, et pudendis voluptatibus perditos effundendo. His moribus effectum est, ut excussa penitus ex animis hominum illa vetere erga Pontifices reverentia, tamen ex parte eorum auctoritas religionis, qua nihil in terris ad homines vel impellendos vel retinendos potentius invenitur, nomine et majestate, facultate qua pollent Principibus atque iis, qui apud illos maxime possunt, sacris bene-

and so it became the aim of Papal policy to win the support of the temporal princes against the encroachments of the ecclesiastical aristocracy.

True, the devotion of the nations to the Papacy had not now for a long time rested, as it had done in the period of the crusades, upon religious enthusiasm, but only upon custom. However, even this would hardly have been destroyed by all the theories, had not the immorality of the curia, its avarice, its venality, and injustice, so greatly injured the common weal, and outraged moral sentiment.²⁸ The more closely any nation was brought

ficiis et honoribus conferendis gratificandi adjuncta sustentetur. Qui cum sciant magna se in admiratione mortalium esse, et qui adversus eos arma sumunt, eos gravis infamiae notam, et saepenumero aliorum Principum odia subire, ac quomodocunque res cadat, perexiguum emolumentum ad eos, a quibus oppugnantur, redundare, et victores ex suo arbitrio victoria usuros, victos quibus velint conditionibus pacem habituros; ad haec suos propinquos ex privata conditione ad Principatus attollendi cupidine inflammati, jam per multos annos bellorum auctores, novorumque incendiorum faces in Italia extiterunt.

²⁸ Among the numerous testimonies of this age, compare the expressions of the ambassador of the German Order at Rome, § 131, note 30: Martini Meyeri Epist. ad. Aen. Sylv. § 133, note 17; Aeneae Sylvii Epist. 66, ad Jo. Peregallum, § 133, note 18. Also Gravamina nationis Germanicae adv. Curiam Romanam Joanni Card. S. Angeli Nicolai V. P. R. Legato Exhibita (about 1451), in Walchii Monumenta Medii Aevi, fasc. i. p. 101 ss.:—dictus Dominus Cardinalis Legatus venit ad reformandum nationem Almannicam, tam saeculares, quam spirituales personas.—Si reformatio debeat esse regularis et ordinaria, oportet ante omnia, quod noster Papa et sua Romana Curia prima et principaliter reformetur, propter multos excessus multasque exorbitantias, quae per eum et suos Cardinales per illam execrabilem et maledictam simoniam quotidie committuntur in vendendo ecclesiastica beneficia.—In taxationibus etiam literarum apostolicarum expediendarum esset Dominus Papa reformandus.—Item Dominus Apostolicus omni die insatiabili desiderio cogitat cum suis, quomodo totam substantiam nationis Germanicae sibi valeat acquirere.—Item Curia Romana in multis est reformanda. Nam Cardinales superbe, pompose, centum, sexaginta, vel septuaginta equis palatium ingrediuntur.—Quidam etiam de Cardinalibus habent tres Ecclesias metropolitanas et cathedrales in commendam, decem Abbatias, sex Praeposuras et Archidiaconatus, et privatas quatuor Ecclesias parochiales. Non curant, quot monachi in monasterio sint;—totam substantiam monasterii tollunt.—Item in curia Romana sunt publici usurarii, bancarii et campsores, cum quibus Papa et Cardinales habent pecuniam, cum damno vel lucro, Deus novit. Sunt etiam ibi publici fornicarii, concubinarij, ruffones, et lenones, et plures alij peccatores de familiaribus Cardinalium, et peccatrices publicae plures. Et Papa tolerat istos, etc.—Modo emittit Cardinalem, qui ut residuum de substantiis nostris habeat, et pauperes Christi per positionem cistarum spoliatur, indulgentias anni jubilaevi sub pacto vendendo.—Et ille idem Legatus introductus sub modo et specie reformationis, volens sic reformare Clericos, pauperes, pistores, carnifices, culinarios: certe si Dominus Apostolicus et sua Curia se reformaret, vel per Concilium generale fieret reformatio generalis, facile membrum Ecclesiae unumquodque in suo statu reformaretur. Felix Hemmerlin's (Dean of the great minster at Zurich, † before 1464; see, with regard to him, Müller's Schweizergesch., neue Aufl. 1826, Th. 4, s. 276 ff.) expressions may be seen in Müller, *ibid.* s. 257 ff. Baptista Mantuanus (Carmelite monk in Mantua, † 1516), *De horum Temporum Calamitatibus*, lib. iii.:

— — Petrique domus polluta fluenti
 Marcescit luxu: nulla hic arcana revelo,

into connection with the doings of the popes and their court, the lower sank their feeling of reverence toward the Pope; and in Italy itself, although the Papal system seemed there to reign supreme, nevertheless the Pope's excommunication was least regarded.²⁹

Accordingly, their most faithful councilors recommended to the popes an abatement of their oppressions, and a reform of the abuses prevailing at their court; and the whole of the fifteenth century was pervaded by a strong feeling that, if there was here no change from above downward, there would be a compulsory reformation rising upward from below, not effected without vio-

Non ignota loquor, liceat vulgata referre,
 Sic urbes populique ferunt:— —
 — — — ea fama per omnem
 Jam vetus Europam mores extirpat honestos:
 Sanctus ager scurris, venerabilis ara cinaedis
 Servit, honorandae Divum Ganymedibus aedes.—
 — — — venalia nobis
 Templi, Sacerdotes, altaria, sacra, coronae,
 Ignes, thura, preces: caelum est venale Deusque.

Ejusd. Epigrammata ad Falconem. Colloquium inopum de Falcone:

Obtinet expulsa probitate pecunia Romam,
 Nec Deus in tota possidet urbe locum.
 Quot sunt Romae homines, tot eunt per compita fures;
 Quosve canes speras, experiere lupos.—
 Omnibus esse lupos licet in regione luporum,
 Inter Pygmaeos non pudet esse brevem.

Johannis Episc. Chemensis (Bishop of Chiemsee in Carniola) *Onus Ecclesiae* (written 1519), cap. 19, De indispositione Romanae Curiae, § 6: Inprimis sedes bestiae, i. e. Ecclesiae perversae, est in curia Romana, cujus regnum est tenebrosum. § 8: Heu sicut olim in Romano imperio, sic hodie in Romana Curia est vorago divitiarum turpissima: crevit avaritia, periit lex a sacerdote ac visio de Propheta, et consilium a senioribus: claves Ecclesiae sunt in abusu et servitute simoniae et ambitionis. Vitia enim ferme Curialium celari negarique vix possunt: Roma quasi gurgis flagitiorum. § 13: Ecce Roma nunc est vorago et Mammon inferni, ubi Diabolus totius avaritiae Capitaneus residet, vendens patrimonium Christi, quod sua passione promeruit, qui nobis praecipit, ut gratis demus quod gratis acceperimus. Id modo versum est in proverbium: Curia Romana non petit ovem sine lana: dantes exaudit, non dantibus ostia claudit. Ludovicus Tubero (see § 134, note 16), *Comm. de Temporibus suis* i. § 16: solos falsarios hoc corruptissimo tempore sedes Apostolica ultimo supplicio afficit, in caeteris connivere solet: eo quod falsi crimen, quum Pontificum, quorum omnis in comparandis duntaxat pecuniis cura fixa est, deterat emolumenta, capitale putatur.

²⁹ See the report of the ambassador of the German Order to the Grand Master, A.D. 1429 (Raumer's *Hist. Taschenbuch*, f. 1833, s. 175): *furchtet Euch nur etwa nicht vor dem Banne, der Teufel ist so hässlich nicht, als man ihn oft malet, auch der Bann nicht so gross, als ihn uns die Päpste machen. In Welschland fürchten auch Herren und Fürsten und Städte, die doch unter dem Papste gelegen sind, den Bann ausser Recht gar nicht weiter, und man hält in Welschland nichts mehr vom Papste, als insofern er es mit ihnen wohl will, und anders nicht. Nur wir armen Deutschen lassen uns noch dünken, dass er ein irdischer Gott sey; besser wir liessen uns dünken, dass er ein irdischer Teufel wäre, als er es fürwahr auch ist.*—*And* A.D. 1430, s. 176: *Wenn Euch der*

lence and schism.³⁰ But at the same time, the conviction that Rome would not concede so great a reformation, and that neither the ecclesiastical aristocracy nor the temporal princes would be able to enforce it, from the want of union among themselves, was firmly established by the events of this period.³¹

Papst mit dem Banne hart entgegen seyn wollte, so bedenket nur, wer mit Prälaten und Pfaffen zu schaffen haben will, der muss sich zuweilen des Bannes erwägen: aber habet zu ungerechtem Banne nur guten Muth, und lasset Land und Leute um solches Bannes willen nicht verderben.

³⁰ See Petri de Alliaco praef. ad Canones Reformandi Ecclesiam, § 131, note 13. Juliani Card. Epist. ad Eugen. IV. § 132, note 6. Andreae Megarensis Gubernac. Conciliorum, § 132, note 19. Remedium contra Gravam. nationis Germ., § 135, note 15. Joannis Episc. Chemensis Onus Ecclesiae (see note 28), cap. 19, § 14: Quamobrem vehementer praesumendum est, ac provide est timendum, propinquam nunc esse ruinam Ecclesiae latinae circa dignitatem ecclesiasticam, quoniam debile fundamentum ruinam causat. Unde columna Dei viventis jam pene videtur nutare, et sagena summi piscatoris, scil. Petri, procellis intumescens cogitur in naufragii profunda submergi: quod nemo percipit corde, neque ad praedictas revelationes et avisiones fit cujuspiam emendatio, sed singuli Pontifices, tam summi quam inferiores, carnalia sequentes, exhibent se magis mixti Antichristi praecursores, quam veri Christi fideles servitores.

³¹ That Rome in her reformations had no other aim than to deceive, is declared most undisguisedly in the Papal instructions in Raynald. 1436, no. 15; see above, § 132, note 30, toward the end. Petrus de Alliaco, De Diffie. Reform. c. iii., see § 130, note 12. Gerson, De Modis Uniendi ac Reformandi Ecclesiam, c. xii., see § 131, note 1. Gobelinus Persona, see § 131, note 25. Julianus Card. Legatus in Conc. Bas., see § 132, note 6. Jo. Nider, see § 132, note 38. Jacobi de Paradiso or Jac. Junterburgii (Carthusian and Doctor of Divinity at Erfurt † 1465; see, with reference to him, Walchii Monum. Medii Aevi fasc. i. praef. p. lxxv.) Collectaneum de septem Statibus Eccl. (written 1449), in Goldasti Monarchia, ii. p. 1567; in Edw. Brown, Appendix ad Fascic. Rerum expetendarum et fugiendarum, p. 102 ss., and in Walchii Monumenta Medii Aevi, vol. ii. fasc. 2, p. 23 ss. Compare, in Walch, p. 34: Verisimiliter opinabile mihi est, statum praesentem continuandum, imo pejorandum, usque ad sextum statum, scil. Antichristi: cum experientia docente cognoscimus, hos contra niti reformationi generali Ecclesiae, quos magis deceret conatu toto ad reformationem tendere, cupiditate et primatu honorum eos ad hoc impellente. Etsi quandoque coetus Deum timentium reformationi operam dare intendat; tamen in hoc mundo celebres et potentes viros, plus ecclesiasticos quam saeculares, videmus se fortiter opponere, adhaesionem sibi attrahentes Principum et potentum saecularium, quorum multitudo aut potentia scintillam inchoatam extinguit. P. 38: Reformationem generalem Ecclesiae extreme necessariam factam nostris temporibus, mores corrupti totius orbis pronunciant: cum revera pene omnis caro corruperit viam suam. Sed quomodo eam fore possibilem in effectu fieri, nondum est positum ad praxim: licet aliquoties per Concilia generalia sit adtentatum. Et licet quaedam decreta in hunc finem prodierint ab iisdem Conciliis, tamen tanta resistentia altae dignitatis personarum, tam spiritualium quam saecularium, facta est, ut vidimus, quod totum negotium lugemus infectum: et cum tempus pariendi advenisset, vires non habuit parturiens. Tanta denique credulitate debacchati sunt, ut non tantum prolem sanctam, scil. reformationem, necare contendant: sed et matrem, scil. auctoritatem Conciliorum, et eorum convocationem occidant, prout res in prospectu declarat. Per quorum tamen Conciliorum auctoritatem major esset spes ad viam reformationis obtinendam. P. 42: Palpabiliter cernitur, ipsam summi Pontificis curiam maxima indigere reformatione, sicut omnia clamaverunt ultimo celebrata generalia Concilia. P. 43: Unde mihi vix credibile videtur, posse Ecclesiam generalem reformari, nisi curia Romana fuerit ante reformata. Quod tamen quam difficile sit, cursus temporum praesentium manifestat: cum nulla

gens aut natio fidelium tantam resistantiam faciat reformationi universali Ecclesiae, sicut natio Italica, et alii eis applaudentes, spe promotionis, aut lucri, aut temporalis commodi, aut timore amissionis dignitatum ligati. Contremiscunt enim solo auditu congregationis generalis Concilii, cum sciant per experientiam, quod Concilia generalia palpare nesciunt, sed corrigere et emendare sine personarum acceptione: cum ibi congregentur de omnibus mundi partibus, qui vitiiis non parcunt, nec amore nec timore seducti.—Praesidentes ex parte Papae Conciliis, quia vident contra dominum suum et contra se negotium Conciliorum disponi, quid aliud agere existimandi sunt, quam ut tota auctoritate decretis Conciliorum obicem ponant, aut per dissolutionem Conciliorum, aut per discordiarum seminationem: sicque opus totum redditur infectum, ac per hoc itur in antiquam sylvam, scil. erroris et tenebrarum.—Et ex hoc ortum est vulnus nescio quando curabile contra auctoritatem Conciliorum generalium, ut abscedentibus Papa aut suis praesidentibus a loco Concilii, vel differentia exorta inter patres ejusdem, censeatur Concilium dissolutum, resideatque in persona Papae de plenitudine potestatis auctoritas dissolvendi aut transferendi generalia Concilia, prout Eugenius olim Papa de anno Domini 1437, fecisse comprobatur. Hocque venenum effusum est per eum in Ecclesiam, per adversarios Conciliorum indelebiliter observandum,—ad quod refugium habebunt in fulcimentum sui erroris, ut subterfugere valeant correctionem et reformationem: ita ut etiam modernis temporibus frontose aliqui altarum scientiarum viri dogmatizare audeant, in quolibet Papa residere plenitudinem potestatis, non solum super quolibet membro singulari Ecclesiae, sed et super totam Ecclesiam conciliariter congregatam, ad libitum ipsius disponendi, decretandi, dissolvendi, transferendi, corrigendi, et auctorizandi: ut nullus ei audeat dicere: cur ita facis? Et sic totaliter nituntur suffocare auctoritatem Conciliorum. P. 48: Et nisi in futuro Concilio celeri remedio provideatur huic veneno recentiter introducto, de auctoritate Conciliorum supra Papam, cujus contrarium dogmatizant aliqui, et maxime de curia Papae et ejusdem assentatores: clarum est quanta inconvenientia inde sequantur. Primo quia datur Papae audacia impune peccandi et disponendi omnia negotia Ecclesiae ad libitum suum. Secundo quia datur subjectis in toto orbe occasio vilipendendi, imo contemnendi omnes constitutiones, ordinationes et mandata Papae.—Tertio sequitur, quod si in antea fieret convocatio Concilii generalis, totius Germaniae Principes et Praelati, Doctores ac Magistri se subducerent a Concilio.—Exinde ludibrio ducerentur Concilia: maxime quia videmus, quod omnia, quae tantis laboribus, impendiis in retroactis Conciliis elaborata sunt, penitus irritantur, et tanquam pulveres ventis obnoxii conculcantur. Fontale vero principium omnium illorum malorum secundum Apostolum est cupiditas, quae sibi vindicat locum pene in omnibus Clericis: quoniam secundum Jeremiam a maximo usque ad minimum omnes avaritiae student. Ad quam satiamdem non reperitur ecclesiastici viri commodiorem opportunitatem, quam in adipiscendis dignitatibus et beneficiis ecclesiasticis. Et haec sentiunt conferri per Papam, qui sibi per haec attrahere consuevit pene totam ecclesiasticorum virorum cohortem. Ideo adhaerentiam copiosam sibi parit per horum provisionem. P. 58: Quid ergo, putamusne, Ecclesiam posse recipere reformationem generalem, et quidem ad hunc statum devenire, ut omnia vitia tollantur ab Ecclesia? Ego judico impossibile humano modo.—Sed est alia reformatio, de qua quaeritur, ut scilicet ea quae sint decolorativa statuum et personarum tam saecularium quam spiritualium ad rectam formam perducantur, ut reformatio pacis inter regna et principes, extirpatio haeresium et schismatum, simoniaca pravitas a Curia Romana et ab omnibus Ecclesiae Praelatis, et concubinariorum repressionis, etc.—Et quis omnia enarrare ac enumerare sufficiat, quibus Ecclesia modernis temporibus cernitur deformata? Putamusne haec omnia aliquando posse reformari? Persuaderi mihi videor, quod nec aetas nostra nec futura haec patietur: quum non habeam rationes probantes, quomodo illud fieri possit. Primo propter inveteratam et inolitam consuetudinem, quae difficile curatur: secundo propter potentium tam in scripturis quam in altis dignitatibus resistantiam: tertio propter avaritiae morbum, qui ubique invaluit, maximeque in altis sedibus, quae nullo modo patientur sibi auferri honoris, fastus, divitiarum et voluptatis amplitudinem. Et qui amplius insistere deberent reformationibus, his pompis amplius delectantur, fingentes ipsi colores sub specie defensionis ecclesiasticae, ut ideo eos oport-

SECOND CHAPTER.

HISTORY OF THE HIERARCHY OF THE NATIONAL CHURCHES.

§ 137.

THEIR RELATION TO THE STATE.

THE secular princes, whose power was continually increasing, began at this time more generally, after the example of France, to reduce the ecclesiastical power within narrower bounds. Not only was it stoutly maintained that the ecclesiastical tribunals should not arrogate to themselves the right of jurisdiction over the secular affairs of laymen;¹ but it already often happened that the sec-

teat abundare, ne status eorum vilescat, et ut habeant armatam militiam, qua compe-
scere valeant violentos et bonorum ecclesiasticorum detentores. Et ideo oportet, ut dicunt, eos fulcitos esse pluralitatibus beneficiorum atque dignitatum. P. 62: Aestimo igitur mundum dietim decrescere in pravis moribus—usque ad profundum delictorum, quousque veniat filius perditionis, etc. Joannes Episc. Chemensis Onus Ecclesiae (see note 28) writes likewise, A.D. 1519, cap. 19, § 16: Reformatio vero non fiet, nisi in aliquo generali et libero candidoque Concilio, ubi Spiritui Sancto, non maligno, locus ad spirandum detur. Heu cum formidine conjicio, nostrum saeculum non esse dignum congregatione legitimi Concilii, in quo vitiiis reprehensis et virtutibus promotis Ecclesia reformatur: adeo errorum illudimur operationibus. Concilia profecto debita raro et segniter celebrantur, vel Romae seu alibi coram potentibus tractantur, ubi humilibus et fidelibus non libera est expressio, ut in eis lente corrigantur ea quae divinum cultum, et Christianam religionem, reformationemque concernunt.

¹ Remarkable in this respect is the decree of William III., duke of Saxony, which he published in conjunction with his Parliament, *dd. Weissensee Sonntags* (Sunday before Palm Sunday), following the day of the three Holy Kings, 1446 (in Schilter, *De Libertate Ecclesiarum Germaniae*, p. 808 ss., and in Rudolphi's *Gotha Diplomatica*, Th. 1, s. 138 ff.): Item es sint bissher durch dy Inwohner unser Lande vil usslandische Gerichte gesucht, dass den Landen eine Unere u. auch gross Schaden u. mercklich Vorterbenis ist. Nu dem vorbäss zu bewarne, so haben wir gesatz u. bestallt, dass vorder me kein Inwohner unser Landen, Herrschafft u. Gebiete niemanden vor kein usslandisch Gericht, es sey geistlich oder wertlich zyhen oder fordern soll umb keinerleyge Sache, wy dy gesy mag. Danne ist eyn Sache geystlich u. gehört billiche vor geistlich Gerichte, so sol der Cleger die vor geistlich Gerichte bringen in unsern Landen, dohen sy gehört, u. sich davor an Rechte genügen, dy Sache auch, do sy angefangen wird, zu Eynde lauffen lassen, und davon an keine fremde Gerichte usswendig unser Lande beruffen.—Ist adir dy Sache wertlich, so sal man dy anbringen und fordern an den wertlichen Stühlen u. Gerichten, darunter der Antworter gessen ist, und doran dy Sache gehört. Vor denselben Gerichte sal der Cleger syner angevangen Furderunge folgen, als sich das gehört, biss uff Eynde, u. sich davor an Rechte genügen lassen, sich auch davon kein usslandisch Gerichte beruffen.—Wer es nu, dass jemant, wer der were, in unsern Landen, Herrschaften u. Gebieten wohnhaftig, sich an Recht vor geistlichen ader wertlichen Gerichten in den Landen, inmassen obgerüth ist, nicht genügen wolte lassen, sondern davon beruffen, oder sunst ussländische Gerichte wede dy unsern suchen wör-

ular interests of ecclesiastics were brought before secular tribunals,² that the criminal jurisdiction³ over the clergy was exercised

¹ Erasmus, Adagiorum Chil. 2. Cent. 8. Adag. 65: Malorum Mendicantium ubique maxima turba est. Hi sic sese per omne reipublicæ corpus sparserunt, ut nihil usquam agatur sine illis. Regnant in concionibus, quod peculiare munus Episcoporum; tyrannidem occuparunt in scholis, quod huic proximum munus; per hos ministrantur ecclesiastica Sacramenta, per hos sacerdotes sumus; hi plus quam censoria severitate pronunciant de fidei professione: *hic Christianus est, hic Semichristianus, hic haereticus, hic sesquihaereticus*; in horum sinus populus effundit occultos vitæ actus, et secretissimas animi cogitationes. Nec his contenti sunt; nulla peraguntur Principum foedera, in quibus hi non agant partes. Sine his nullum contrahitur matrimonium; in theatricis certaminibus, in publicis sortibus agonothetas agunt: adeo nihil pudet. Denique nec mori licet absque istis. Nulla est aula Principum, in quam non irrepserunt. Si quod impudens facinus destinarunt Principes, per hos exequuntur; si quid moliuntur Romani Pontifices, quod paulo sit alienius ab apostolica illa et prisca sanctimonia, horum potissimum utuntur ministeriis; veluti si quod bellum, si quis tumultus, si qua exactio, si qua condonatio parum prudens, in hisce fabulis isti primas agunt. Interim simpliciter popello specie sanctitatis imponitur. Sacerdotes ad hos collati, sacerdotes non sunt. Episcopi horum fiducia in utramvis aurem dormiunt. Plebs destituta pro unicus pastoribus gemino luporum genere discernitur, dum et Praesules exercent tyrannidem; nec hi tamen pastores sunt, sed alia ratione praedones.

² In order to secure the privileges of the Franciscans and Dominicans, Sixtus IV., in 1474, collected them in two bulls, which were hence called the *Mare Magnum* of the Franciscans and of the Dominicans. These he completed and extended by the so-called *Bulla aurea*, dd. 7. Kal. Aug. 1479. They are all to be found in the Bullaria.

and more. They encountered the most emphatic resistance from the University of Paris. When they wished to hold office there as teachers, they were obliged to submit to its authority,³ and all their attempts to make themselves independent were decidedly repelled,⁴ as, indeed, all the exorbitant assumptions in support of the Papal See and the mendicant orders were sternly censured and punished by the University.⁵ By means of the principles upheld by the Parliament and the University, the secular clergy in France were still in some measure protected against the encroachments of the mendicants;⁶ elsewhere, on the other hand,

³ Compare the *instrumentum submissionis*, which the Franciscan, Petrus de Cheriaco was obliged to execute in 1428 before the assembly of the theological faculty, in d'Argentré I. ii. 226. He was the man appointed by his Order—ad legendum Bibliam; the faculty declared, quod recipiebat dictum fratrem Petrum ad legendum Bibliam pro anno praesenti, mediante quod submitteret se reparare certas propositiones et articulos aliquos in suis sermonibus et alibi expositos et praedicatos, et dictae Facultati in uno rotulo per ipsum tradito contentos, ubi indigerent reparatione, toties quoties, et in quibuscumque locis placeret Facultati theologiae, nec non veniam petere super aliquibus verbis per ipsum minus bene de Facultate artium prolatis in proxima ipsius Facultatis congregatione. Qui quidem F. Petrus se submitit et juravit supra dicta facere toties quoties requireretur ex parte ejusdem Facultatis, et omnia supra dicta adimplere.

⁴ The theological faculty insisted that those mendicants, who were appointed by their superiors to lecture in divinity, should first have gone through a certain academical course. On the other hand, the four mendicant orders obtained from Eugene IV. the bull *Ad jugem*, dd. 3. Kal. Apr. 1442 (in Bulaei Hist. Univ. Paris, v. p. 524), according to which the monks who were appointed by their Order—ad legendum Bibliam, or—ad legendum Sententias, ac per Deputatos Facultatis theologiae ad hoc sufficientes et idonei reperti fuerint, solutis juribus ejusdem Facultatis, should be admitted without further requirements. Thereupon the University immediately decreed (l. c. p. 522), quod privarentur omnes tam graduati quam non graduati dictorum IV. Ordinum, qui mittentur ad legendum Sententias, et—ab omnibus actibus scholasticis, donec et quousque dicti Mendicantes impetrassent aliam Bullam novam contrariam de verbo ad verbum isti Bullae per eos impetratae a summo Pontifice. The mendicants had to yield, and, on the 10th December, 1442, take an oath to the theological faculty, nunquam uti Bulla praedicta, and, within a fixed time, to obtain a—revocatoriam, or a—cassatoriam. At the same time it was determined by the faculty, quod studentes IV. Ordinum, qui mittentur ad legendum Sententias, stent Parisius ante dictam lecturam per III. annos, videlicet per annum ante lecturam Bibliae, et per annum, in quo legent Bibliam, et per tertium, in quo se disponent ad lecturam Sententiarum, ut sententia ipsorum et mores comprobentur.

⁵ Thus, for their exaggeration of the Papal power, see § 136, note 23; for their exaggeration of the prerogatives of their Order at the cost of the secular clergy, see § 138, note 2.

⁶ In this point of view the new controversy of the University with the mendicants, which began in 1456, is worthy of note; see Bulaeus, v. p. 601 ss. The mendicant friars came forward with a bull which they pretended to have received from Nicolas V., in the year 1456, and hence, a year after the death of this Pope; it was similar to the bull of Alexander V. (see above, § 112, note 3.) The University declared this to be—scandalosa, turbativa pacis et concordiae, subversiva Ordinis hierarchici Ecclesiae ac subreptitia, and determined to appeal against it; the mendicants were first to be invited—visuri suas privationes, si dictae impetrationi renunciare noluerint, et impetrare revocatoriam ipsius:—requirantur Praelati, quod non admittant Fratres Mendicantes ad praedicandum in

they were only the more humbled; and the mendicants, since they were able to demonstrate strongly enough the incapacity of the secular clergy,⁷ openly endeavored to destroy all their efficiency.⁸ The wavering intervention of the popes was not enough

suis diocesis, donec renunciaverint, et obtinuerint hujusmodi revocatoriam. As the mendicants refused to renounce the bull, and to promise to effect its repeal, it was determined: Idcirco ipsa Universitas ex tunc omnes juratos de dictis Mendicantium Ordinibus reputavit et declaravit perjuros et privatos a gremio et consortio ipsius, non juratos autem resecauit a susceptione graduum quorumcunque et acquisitione temporis Parisius in quacunque Facultate. The Parliament undertook some measures of reconciliation, on the petition of the mendicants; these, however, remained fruitless, until, in February, 1457 (more Gall. 1456), the draft of a bull came to Paris, in which it was pretended that Calixtus III. had repealed the bull of his predecessor (see Bulaeus, v. p. 612). Now the mendicants condescended to a—supplicatio humillima (p. 613), and they were again received (18th February,) as members of the University, after they had sworn to the conditions (p. 616), quod amplius non utantur Bulla existente in manibus Rev. D. Episcopi Parisiensis, neque similibus, et maneat dicta Bulla in manibus praefati Episcopi sicut est; et quod unus pro omnibus juratus de Ordine Mendicantium pro sua redintegratione habeat supplicare, et habeant Mendicantes antedicti obedire Bullae revocatoriae et ratificari [*facere*] per suos Generales infra annum. Item jurabunt, quod nunquam impetrabunt similes Bullas, alioquin ex tunc, prout ex nunc, reincident in similes privationes et poenas. Soon after it was discovered that the pretended *Bulla revocatoria* had not been issued; for Calixtus III., in a brief of the 18th March (p. 617), required the King to give protection to the mendicants, pronounced the disputed bull of his predecessor to be genuine, and confirmed it. The Dominicans were obliged, by the command of their general, to recede from the compact, and were again excluded from the University; however, in December, 1457, they petitioned to be received again, and yielded (p. 620).

⁷ The passage of the Augustin-eremite, Johannes Schiphowerus de Meppis, in his Chron. Oldenburgensium Archicomitum (written in 1505), in H. Meibomii Rerum German. Scriptt. t. ii. p. 171, ad ann. 1440, in which he praises Count Dieterich as a supporter of his Order, may serve as an example: Suis temporibus quidam ex pastoribus et capellanis conspirationem fecerunt contra Mendicantes, limitatores ibidem existentes, impugnantes privilegia apostolica, et praesertim de confessionibus audiendis, ignari et juris canonici imperiti, vix primis literis imbuti, qui vix sine confusione, ut ait Pastor in tractatu de Curatorum miseris, requiem cantare sciunt, et tamen singulis doctis viris tamquam cornutae bestiae rebellizant, et in sua asineitate perseverantes super omnes se extollunt. Quomodo autem praedicabunt, qui literis operam non dederunt? aut quam in praedicando indoctus sacerdos utilitatem auditoribus suis afferre poterit, qui scripturas nescit? verum temporibus nostris, in quibus est sicut populus, ita et sacerdos, studium scripturarum miserrimi sacerdotes abjiciunt, pro libris scripturarum calices exhauriunt, et cotidie se inebriant. Viderint Episcopi, qui tales idiotas et inscios ad sacerdotii dignitatem promovent, qui imperitis curam ovium Christi commendant! Sedent in insidiis cum potatoribus in tabernis, ludis et comessionibus vacant, non est timor Dei ante oculos eorum. Nomine sacerdotes sunt, conversatione asini, nihil penitus de scripturis intelligunt, discere contemnunt, et latina lingua loqui vel scribere nesciunt, vix in vulgari exponere Evangelia didicerunt. Quantos errores, fabulas et haereses in Ecclesiis praedicando populis enunciant, quis nisi expertus credere posset? Pro libris liberos sibi comparant, pro studio concubinas amant. Tales, quamvis inscii, quamvis indocti, quamvis ignari, adhuc contra privilegia apostolica contra viros doctos latrare non erubescunt.

⁸ Jacobus Carthusianus (see § 136, note 31), De Arte Curandi Vitia (ex MS. in v. d. Hardt, Autographa Lutheri, praef. p. 49): Licet multi Fratres Mendicantes praedicent, et multi multa dicant; cum tamen ab observantia declinaverint, aliud opere et aliud

to bring this ceaseless controversy to an end.⁹ Undoubtedly the mendicants were more zealous for the Church than the rest of the clergy, but their zeal was too often enlisted only in the furtherance of ecclesiastical superstition,¹⁰ and the praise of the saints

verbis ostendunt. Et hi ut plurimum nimium audaces et idiotae. Inde eorum praedicationis contentibilis redditur, et vertitur maxime profanam in divinationem. Nam eorum primarii, ut manifeste cernitur, non aliud videntur quaerere, nisi favorem populi, libertatem vitae, quaestum bonorum exteriorum. Quae debite considerandas, omnia eorum facta videntur hypocritica delinimenta. Nimirum parochiae destruuntur, Praelati contemnuntur, nulla disciplina contradicente. Sed cur non exercetur ipsa, nisi quia quilibet illorum quasi sibi conscius non audet illorum mala facta punire? The complaints of the parochial clergy against the mendicants run as follows; see Reformatorii Constant. Decretales, tit. x. c. 12, in v. d. Hardt, Conc. Const. I. xii. p. 715: quod superiores dicatorum Fratrum non eo modo, sicut deberent, sed in scriptis, imo interdum nomine non expresso, Ordinariis locorum suos terminarios, ut plurimum idiotas, et interdum minus quam presbyteri curati scientes praesentant; praesentati soli, absque socio, per parochias velut vagi transcurrunt, absolutiones suas, ultra Curatorum efficaciores, tanquam apostolica auctoritate concessas, praedicant saepius; quod in casibus eis non commissis absolvunt, pecuniaria etiam pactione praecedente aut interveniente; decedentibus et testari volentibus secretius ingerunt, sibi et non Curatis legari, et apud suos Conventus sepeliri. Quibus omnibus secretius ingestis et practicatis canonicam ipsis Curatis non exhibent portionem (viz., the quarter assigned by Boniface VIII., see vol. ii. § 69, note 3), in dicatorum Curatorum multiplex praepjudicium et gravamen.

⁹ Sixtus IV., induced by the remonstrances of the German bishops, and especially by the contest between the secular clergy and the mendicants at Esslingen, appointed a commission to adjust the dispute: this commission concluded an arrangement between the two parties, which Sixtus IV. confirmed by the bull *Vices illius* (in the Extravag. Commun. lib. i. tit. 9, c. 2), to the effect—quod ipsi parochiani sacerdotes de cetero non dicant, a Mendicantibus haereses processisse: cum in veritate fides nostra sit illuminata, et Ecclesia exaltata per eosdem, et praesertim per Ordines Praedicatorum et Minorum, ut jura testantur. Quodque Fratres Mendicantes non praedicent, populos parochianos non teneri audire missam in eorum parochiis diebus festivis et dominicis; cum jure sit cautum, illis diebus parochianos teneri audire missam in eorum parochiali Ecclesia, nisi forsitan ex honesta causa ab ipsa Ecclesia se absentarent. Quodque etiam nec Fratres, nec Curati inducant aliquo modo laicos ad eligendum sepulturam apud eos, et bene caveant propter poenas, quas imponunt canones, cum sit libera. Quod etiam ipsi Mendicantes desistant praedicare, quod parochiani non sint obligati, saltem in Paschate proprio confiteri sacerdoti. Per hoc tamen ipsi Fratres Mendicantes non censeantur exclusi, quo minus secundum juris communis et privilegiorum eisdem concessorum dispositionem confessiones audire, et poenitentias injungere valeant. Quod etiam de caetero inter ipsos Fratres Mendicantes et Curatores, quoad effectum praedicandi, horas cantandi, et campanas pulsandi, servetur consuetudo antiqua, quae temporibus antiquis servata fuit in ipso oppido Esslingensi. Et casu, quo veniat aliqua occasio sive necessitas, non fiat commutatio temporis vel horae in ipsis praedicationibus fiendis, nisi de consensu partium. Quodque etiam ipsi Fratres in sermonibus eorum non detrahant Praelatis et rectoribus parochialium Ecclesiarum, nec etiam populos a suarum Ecclesiarum parochialium frequentia et accessu abstrahant, sive retrahant quoquo modo. Et vice versa ipsi rectores et Praelati aliquo modo non detrahant Mendicantibus, sed illum favorem, quem possunt, eis impendant, et in omnibus et per omnia praesent, ita ut vera unitas et perfecta caritas inter eos ostendatur. Here one can recognize at least the cause of the dispute: naturally enough the contest was not decided generally and forever by such compacts and confirmations.

¹⁰ The fraternities of the Rosary proceeding from the Dominicans, the first of which was founded at Cologne in 1475 by the Dominican Jac. Sprenger, come particularly

and privileges of their order.¹¹ Nevertheless, they were thought

under this denomination (Echard. *Bibl. Praed.* i. p. 881). The Dominicans indeed spread abroad the notion, which also Leo X. repeats after them, in his bull of indulgence, granted to the fraternity in 1520 (in *Eus. Amort, De Origine, Progressu, Valore ac Fructu Indulgentiarum*, i. p. 171), quod olim, prout in historiis legitur, as. Dominico quaedam Confraternitas utriusque sexus fidelium, de Rosario b. M. V. nuncupata, ad honorem angelicae salutationis instituta, et in diversis mundi partibus praedicata fuit sequentibus signis (comp. vol. ii. § 69, note 10). Sed cum ipsa Confraternitas decursu temporis fere neglecta fuisset, et in oblivionem transisset, ac anno 1475 civitas et dioecesis Coloniensis gravibus bellis premeretur, eadem Confraternitas, ut civitas ab eis bellis liberaretur, in Ecclesia domus Praedicatorum Coloniensium innovata et de novo instituta fuit. In confutation of this pretense of an earlier origin, comp. *Acta SS. August.* t. i. p. 428 ss. Sixtus IV. grants to this Confraternitas de Rosario b. M. V., in 1478, for certain festivals in honor of the Virgin, the first indulgence of seven years and seven quadragenae (in *Amort*, l. c. p. 170), and describes it as, ad honorem angelicae salutationis instituta, cujus confratres et consorores tribus diebus cujuslibet hebdomadis orationem dominicalem quindecies, et angelicam salutationem centum et quinquaginta vicibus ad honorem ejusdem b. Mariae Virginis juxta ipsius Confraternitatis instituta dicere consueverunt, quas quidem orationes Rosario appellant; and adds, that also—extra civitatem Coloniensem in aliis civitatibus et locis sint quam plures utriusque sexus ejusdem Confraternitatis confratres. The fraternity spread so quickly, that, even in 1481, a similar one was founded in Schleswig, the rules of which are given in (Noodt's) *Beiträge zur Erläuterung der Civil-, Kirchen- u. gelehrten Historie der Herzogthumer Schleswig u. Holstein*, Bd. 2 (Hamb. 1752. 4), s. 31. Innocent VIII., in 1483, granted the brethren—vivae vocis oraculo, a plenary indulgence, semel in vita, et semel in mortis articulo, which Leo X. confirmed in 1520; see *Amort*, l. c. p. 171.

¹¹ The Council of Basle condemned the following assertions, in 1444, quae maxime praedicabantur a Mendicantibus in Taurinensi et Astensi Dioecesebus (Patritii Summa Concill. c. 138, in *Hartzheim Concill. Germ.* v. p. 865): Parochianos non teneri de jure dominicis diebus et solemnibus missas in propriis parochialibus Ecclesiis audire, sed ubi pro eorum devotione maluerint, praetermissis suis parochiis; et hanc libertatem non posse eis adimi a synodalibus constitutionibus: quodque Parochiani suis Curatis illis diebus non tenentur ad oblationem faciendam, sed in voluntate dantis sit, cui velit eam dare.—Obnoxium quavis causa faciendi missas celebrari pro vivis et defunctis, non satisfacere debito suo, si per curatum sacerdotem id fieri curet, quoniam ratione curae ad id sit obligatus. Decimarum solutionem, etsi de praecepto sit, non tamen de praecepto esse, cui sit solvenda: liberum igitur esse omnibus cui velint eas solve, vel in opera pietatis pro arbitrio impendere. Morientes in habitu et professione Ordinis Minorum ultra annum non passuros in poenis purgatorii, quoniam b. Franciscus ex divino privilegio quotannis ad purgatorium descendat, professoresque omnes sui Ordinis adducat secum ad coelum (compare above, § 112, note 7). Fratres Mendicantes, etiam non praesentatos Ordinariis, omnium confessiones posse audire; illosque, qui apud eos sint confessi, non obligari, etiam semel in anno confiteri proprio sacerdoti, nec petere confitendi veniam. Episcopos dioecesanos etiam in suis Synodis non posse sibi reservare absolutiones aliquorum criminum praeter casus in jure expressos. Thus, in 1494, the Synod of Nitra, in Hungary, passed some decrees against the impostures of the mendicants, *Constitutiones Syn. Nitriensis*, c. 30 (in *C. Péterffy Conc. Hungariae*, P. i. p. 277): Nam sicut ad nostrum pervenit auditum, non sine multa temeritatis audacia, et deceptione multiplici animarum indulgentias populo proprio de facto concedunt; super votis dispensant; a perjuriis, homicidiis et peccatis aliis sibi confitentes absolvunt; male ablata incerta, data sibi aliqua pecuniae quantitate, remittunt; tertiam et quartam partem de poenitentis injunctis relaxant; animas tres, vel plures parentum vel amicorum illorum, qui eleemosynas eis conferunt, de purgatorio, ut asserunt mendaciter, extrahunt, et ad gaudia Paradisi perducunt; confratribus et benefactoribus ipsorum remissionem plenariam peccatorum indulgent; et aliqui ex ipsis eos a poena et culpa, ut

eorum verbis utamur, absolvunt. John Busch (see § 140, note 4) once heard a Carmelite from Brabant preach at Hauover (see Busch De Reform. Monasteriorum, iii. c. 16, in Leibniti Scriptt. Brunsv., ii. p. 925), who, being instigated by the unreformed Franciscans of the place, taunted him as the reformer of monasteries, and at the same time made such statements as these: quoties missa per mundum celebratur, toties una anima de purgatorio liberatur, and: Mendicantes, Episcopis praesentati a suis superioribus, sunt supra Plebanos. Busch compelled him to recant both of these statements in public. How the Franciscans laud their founder is shown by the opinions which the observant, Johannes Mercator, had preached in Besauçon, and which were condemned by the Sorbonne in 1486 (d'Argentré Collectio Judiciorum de Novis Erroribus I., ii. 318): I. Sedes Luciferi erat super choros angelorum et in decimo ordine, quae erat vacua et modo mirabiliter praeparata atque adornata, reservata b. Francisco soli, quia ab ea ejectus fuerat Lucifer propter suam superbiam. Et in hoc saeculo nullus fuit inventus habens tantam humilitatem, quantum habuit b. Franciscus. II. B. Franciscus assimilabitur Christo in quadraginta modis seu maneribus. Quodque ipse est secundus Christus et secundus filius Dei. III. B. Francisci conceptio fuit praenunciata ab Angelo. Natus in praesepio inter bovem et asinum. Quem parere aliter, seu alio loco non poterat mater sua. IV. B. Franciscus stigmata suscepit successive, duabus horis semper interpositis, et in susceptione cujuslibet cecidit in terram propter nimium dolorem, quem in suscipiendo suscipiebat, ita ut spiritum emisisset, nisi Christus eum confortasset. V. B. Franciscus in suscipiendo praedicta stigmata tantos dolores sustinuit vel quasi, quantos habuit Christus in passione. VI. B. Franciscus incepit recipere praedicta stigmata a summo mane, et perseveravit in susceptione usque ad horam nonam, qua hora dominus noster Jesus expiravit. VII. B. Franciscus cum clavis retortis ab intus et extra, in ipsis stigmatibus inclusis, dicta stigmata portavit per duos annos. VIII. Christus in propria persona percutiendo sua manu stigmata praedicta infixit. IX. B. Franciscus vulnus seu stigmata lateris sui suscepit, quando Christus latus suum vulneratum in cruce lateri ipsius b. Francisci applicuit. X. In susceptione stigmatum praedictorum petra scissa est, ut in passione Christi, in cuius petrae scissura ipse Johannes, qui hoc praedicit, brachium suum immisit. XI. B. Franciscus obtinuit a Deo privilegium, quod anno quolibet descendit ad locum Purgatorii in die solemnitatis suae, et animos quorumlibet Religiosorum et Religiosarum et omnium de habitu ipsius S. Francisci seu Fratrum Minorum in ipso Purgatorio existentium extrahit, et secum educit in Paradisum, quemadmodum Christus seu ejus anima descendit ad inferna, et tertia die animas patrum secum eduxit. XII. B. Franciscus etiam obtinuit a Deo, quod Religiosi qui non bene servant regulam suam, non possent diu remanere in hoc mundo nec in praedicta Religione; et quod murmurantes aut male loquentes de Religiosis et de Ordine praedicto graviter punirentur in hoc saeculo et in alio. Quod nulli in vita sua revelavit ipse b. Franciscus, nisi S. Leoni confessori suo, qui post ejusdem b. Francisci obitum revelavit. The Franciscans were even surpassed by the Carmelites in extravagances with regard to purgatory. They had asserted long before, that persons dying in the Carmelite scapulary would not be condemned (see vol. ii. § 69, note 12); they now added, that these persons were always fetched out of purgatory by the Virgin Mary on the next Saturday after their death. In confirmation of this they forged, in the course of the 15th century, a bull of John XXII., the so-called *Bulla Sabbathina*, which is first mentioned about 1496 by Johannes Palaeonydorus, a Carmelite at Mechlin; see Jo. Launoji Dissert. de Simonis Stockii Viso, in his Opp. ii. ii. p. 406. According to this, the Holy Virgin had appeared to the Pope as a Carmelite nun, and declared to him (l. c. p. 404): Fratres professi dicti Ordinis supplicio solvantur et culpa, et die, quo ipsi saeculo recedunt, ac perpetrato gradu accelerant Purgatorium, ego mater gratiosa descendam Sabbato post eorum obitum, et quot inveniam in Purgatorio liberabo, et eos in montem sanctum vitae aeternae reducam. At the same time was forged a confirmation of this bull by Alexander V. in 1409 (l. c. p. 423), and the fraud met with such success that the *Bulla Sabbathina* was actually confirmed by Clement VII., in 1530 (l. c. p. 440, 446), and by Paul V. in 1613. Amort, Hist. Indulgentiarum, i. p. 144, considers the Bull's *Sabbathina* and its confirmation by Alexander V. to be genuine.

to be the most faithful servants of the popes;¹² and this they were, so far as the interests of their Order fell in with those of the Pontiff; where these diverged, their obedience also came to an end.¹³

§ 142.

MORE INDEPENDENT ECCLESIASTICAL COMMUNITIES.

At the beginning of this period the Beghards, but particularly the Brothers of the Common Life (*Fratres vitae communis*, also called, *Fratres bonae voluntatis*, *Fratres collationarii*, *Clerici devoti*, and, in many places, *Fratres Hieronymiani* or *Gregoriani*), in the Netherlands, had to sustain a severe attack from Matthew Grabo, lector of the Dominican monastery at Gröningen; he pronounced their whole method of life unlawful and heretical. However, these Brethren were supported by the reformed canons of the Windsheim general chapter, with whom they maintained unbroken the closest intercourse. Grabo, accused before the Bishop of Utrecht, appealed to the Pope. Thus the question was brought before the Council of Constance.¹ Here the principal authorities

¹² As an instance of the eulogiums which the popes were wont to bestow upon them in their bulls, see the beginning of the so-called *Bulla aurea* (see note 2): *Sacri Praedicatorum et Minorum Fratrum Ordines, instar duorum primorum fluminum a coelestium voluptatum et amoenitatum Paradiso egredientium, sacrosanctae Ecclesiae terram, ne mundanarum cupiditatum et vitiorum calore arescat, praeclaræ doctrinae, virtuosorum operum, ac multiplicium meritorum imbribus irrigantes, magis illam in dies fructuosam efficiunt. Hi sunt duo Seraphim, qui in sublimi contemplationis et seraphici amoris alis elevati, a terrenisque rebus abstracti, assiduo divinarum laudum clamore, et immensorum beneficiorum humano generi a summo opifice Deo exhibitorum declaratione, ferventissimis praedicationibus populos instruendo, et ad coeleste iter dirigendo insistentes, multiplicata talenta eis credita, Domino Deo mundaе segetis, animarum scilicet Redemptoris nostri Jesu Christi pretiosi sanguinis effusione redemptarum, copiosos in horrea s. Ecclesiae manipulos referunt. Hi sunt duae tubae, per quas Dominus praecipit ad pabulum sacri Evangelii universum populum assiduis praedicationibus advocari, ut in omnem terram exiret sonus eorum, et redderent sibi populum acceptabilem, et bonorum operum sectatorem.*

¹³ In 1519 Erasmus wrote to Albert, Elector of Mayence (*Epist. 477, Opp. ed. Lugd. Bat. t. iii. P. i. p. 515*): *Mundus oneratus est constitutionibus humanis, oneratus est opinionibus et dogmatibus scholasticis, tyrannide Fratrum Mendicantium, qui cum sint satellites Sedis Romanae, tamen eo potentiae ac multitudinis evadunt, ut ipsi Romano Pontifici atque ipsis adeo Regibus sint formidabiles. His, cum pro ipsis facit Pontifex, plus quam Deus est: in his, quae faciunt adversus eorum commodum, non plus valet quam somnium.* The following may serve as examples: the resistance of the Franciscans to John XXII. (above § 113, note 7 ff.); the rejection by the Dominicans of the immaculate conception of the Virgin Mary, notwithstanding all the papal decisions, see below, § 145, note 14 ff.; and the disregard of the decretals of Boniface VIII. (see vol. ii. § 69, note 3), see above, notes 8, 9, 10.

¹ Jo. Buschii (see § 140, note 4) *Chronicon Canonicorum regularium Ord. S. Augusti-*

ni Capituli Windesemensis (Accedit Chron. Montis S. Agnetis, auct. Thoma a Kempis, una cum vindiciis Kempensibus Heriberti Rosweydi Soc. Jesu pro libro De Imitatione Christi. Antverp. 1621. 8), written in 1464, lib. ii. c. 58, p. 547: Quidam de Ordine Praedicatorum Frater, Matthaeus Grabo nomine, grande volumen ediderat contra devotos Presbyteros, Clericos et Beginas, pariter in communi sine regulae alicujus professione viventes. Quem Pastori in Daventria repraesentans adhaesionem expetiit, et ut in ejus transiret sententiam publice contra eos sermocinando, rogavit. But the latter sent the book to the rector of the house of the Brethren at Deventer, and he to the prior of the regular canons at Nordhorn, who carried the case before the Bishop of Utrecht. When Grabo appealed to the Pope, the bishop betook himself to the council, with the proposal —ut iste audacter Frater Matthaeus Grabo digna feriretur animadversione, reprobis exemplum, and bore witness—quod nihil unquam mali, dignum suspicione, contra morem Ecclesiae, in devotis hujus patriae sexus utriusque invenit delitescere, sed omnes et singuli vitam veram apostolicam Ecclesiae primitivae, ut veri Christiani, ad purum servarent. The purport of Grabo's work appears from the letters written by his advocate at the Council of Constance to the Pope, in v. d. Hardt, Conc. Const. iii. p. 106: cum lector (M. Grabo)—videret, plures personas sexus utriusque novae Religionis habitum asumentes, et conventicula facientes, nullum habitum approbatum profitentes, statuentesque sibi ipsis Superiores pro libitu voluntatis, et sub simulata devotione populum atrahentes, et multa contra veritatem sacrae Scripturae ac sacros Canones attentantes, et de eleemosynis Christifidelium domos sumptuosas ad modum monasteriorum regularium aedificantes, et se invicem in eis includentes cum observatione quorundam rituum minime per Ecclesiam approbatorum: coepit super hoc apud semetipsum ardentem cogitare, et an hoc stantibus regulis fidei et sacris canonibus Ecclesia dissimulare deberet; revolvensque diligentius sacrae scripturae sanctorumque Doctorum libros et sacros Canones, quasdam conclusiones, reprobantes illorum modum vivendi, extraxit, et scripturae commendavit. Quarum una principalis est, ex qua aliae deducuntur exceptis paucis: *nulus potest licite et meritorie, imo nec veraciter, obedientiae, paupertatis, et castitatis universalis consilia conjunctim, extra veras Religionem manendo, adimplere.* Viz. ad saeculares pertinet tantum particularia vota offerre, ad regulares autem universalis praedicta. Further, the conclusio undecima: *abdicare quemquam omnia propter Christum, extra praedictas religiones manendo, seu nisi veram aliquam Religionem ingrediatur, est sibi et suis, quorum cura sibi incumbit, vitam subtrahere:* quod est, homicidium tot hominum committere quot ejus curae subduntur. Haec est de mente S. Thomae Secunda Secundae Qu. 33. Ex quibus sequitur, quod *nullus potest abdicationem omnium propter Christum facere extra veram Religionem manendo sine peccato mortali:* quia subtraheret sibi vitam.—Ex quibus sequitur, quod *dicens pertinaciter, omnia esse meritorie abjicienda propter Christum in saeculo manenti, haereticus est dicendus.*—Ex quibus sequitur, quod *proprietas temporalium rerum est statui saeculari essentialiter annexa.* Et per consequens *Dominus Papa salva auctoritate sua non potest dispensare cum saecularibus, ut omnibus in singulari careant, seu nihil in singulari habeant.*—Si enim Dominus Papa posset hoc alicui concedere,—posset ei concedere propriae vitae subtractiones, etc.—Sequitur etiam, quod *religiosus sine peccato mortali non potest abdicare voluntatem habendi communia* (compare above, § 113, note 11 ss.):—quia sine illis vivere non posset, cum per suam professionem renunciaverit omnibus et singulis propriis singularibus.—Grabo's statements are more fully comprised in the twenty-five articles which follow. The last of these are: XXI. Excommunicati sunt omnes communem vitam ducentes extra Religionem approbatam. XXII. Quare similiter excommunicati sunt illi, qui vitam communem extra Religionem approbatam ducentibus praebent eleemosynam. Et qui tales fovent consilio et auxilio vel defensione, similiter stant et sunt in statu perpetuae damnationis. Et nisi de hujusmodi eorum excessibus magna contritio poenituerint, ad vitam aeternam non possunt pervenire, neque salvi permanere. XXIII. Omnes vitam communem ducentes extra Religionem approbatam sunt illi, a quibus Salvator noster praecipit esse abstinendum, et tanquam a falsis Prophetis attendendum. XXIV. Quilibet faciens contra jura canonica peccat mortaliter. XXV. Nullus corpore validus absque communi utilitate et necessitate potest extra veras Religionem sine peccato eleemosynas Christifidelium tollere.

pronounced at once in favor of the Brethren,² and Grabo was sentenced to renounce his errors.³ Henceforth the institution of the Brethren of the Common Life also spread through the Netherlands and Northern Germany in connection with the Windsheim congregation of regular canons.⁴ The numerous houses of the

² For instance, Petrus de Alliaco and Jo. Gerson, in their opinion upon Grabo's propositions, in v. d. Hardt, iii. p. 112 ss. The former remarks, on Act. iv., 32-34, quod in illa congregatione primitiva fuerunt multi uxorati et alii diversarum conditionum saeculares (yet they had all things in common), qui scilicet non erant adstricti per votum ad tria consilia evangelica castitatis, obedientiae, et paupertatis quemadmodum sunt professi Religionum per b. Basilium, Benedictum et Augustinum ac similes introductorum. Quas iste, ponens hujusmodi conclusiones, appellat veras Religiones, tanquam extra illas non sit vera Religio, quod falsum est, imo haereticum, si sic per praecisionem intelligatur: quoniam Christiana vera est Religio etiam apud saeculares. He pronounces Grabo's Tractatus to be—haereticalis et igni tradendus. Gerson also supported this opinion, and declaims with especial force against the misuse of the word Religio, see l. c. p. 116: Propositio III. Religio Christiana potest absque voto obligante ad consilia perfecte, imo perfectissime, observari. Patet de Christo, qui non legitur vovisse consilia, qui fuit tamen suae legis perfectissimus observator. Patet insuper de Apostolis et discipulis Christianis in primitiva Ecclesia, quorum multi erant uxorati, multi possessiones habuerunt, quidam in communi, quidam in proprio.—Prop. IV. Religio Christiana non requirit ad perfectiorem sui observationem tam in praeceptis, quam in consiliis, quod superaddatur alia religio. Quales dicuntur observationes institutae per sanctos Basilium et Augustinum, etc., et quales Anshelmus vocat religiones factitias. Prop. V. Religiones hujusmodi factitiae satis improprie et abusive et forsitan arroganter dictae sunt status perfectionis. Gerson decides to this effect, Corollarium III., quod tota doctrina fratris istius innititur stultae et insanæ fantasiae, imo et blasphemiae.—Coroll. IV., quod fautores et defensores istius fratris sunt arcendi seu repellendi, et nisi desistere voluerint, graviter puniendi; ita tamen, quod non laxetur nimia licentia ad defensionem Begardorum et Begutarum, si reperiantur effrenes, et discoli, et scandalosi in sacris observationibus.

³ Jo. Buschii Chron. Windeshemense, lib. ii. c. 58, p. 549: The judges appointed by the council to examine the case, dictum fratrem Grabonem miserunt in carcerem. Et nisi librum suum propter articulos erroneos in eo comprehensos ipse damnaret, et se plurimum errasse publice proclamaret, ceteraque similia juxta sua demerita juste sibi injungenda libenter perficeret, de carcere exire nisi ad ignem omnino non posset. Qui pelli suae pertimescens, saniori usus concilio, reum se cognovit, cuncta praemissa et multo majora in publica omnium audientia aperte confessus, librum suum damnavit, vitam et conversationem devotorum Presbyterorum, Clericorum et Beginarum Daventriae, Zwollis et alibi in communi sine professione viventium valde recommendavit, et sic ignem mortemque evadens in pace fuit dimissus. Haec omnia seriatim Patres dictarum congregationum registrata conservant. The form of renunciation by Matth. Grabo may be seen in v. d. Hardt, ii. p. 118 ss. On the whole matter, see Mosheim, De Beghards et Beguinabus, p. 461 ss.

⁴ Jo. Buschii Chron. Windeshem., lib. ii. c. 15, p. 316: Sicut magister Gerardus Magnus origo fuit et pater primus omnium hominum modernae devotionis hujus patriae, ad quem Deo servire cupientes securum semper habuere recursum, et post eum pater venerabilis Dominus Florentius Radewini primus Rector congregationis Clericorum in Daventria; ita devotus pater noster, frater Joannes de Huesden, prior in Windesem (from 1391-1424), eorum fidelis factus est successor in cura consulendi, auxiliandi, et defendendi. Ipse enim discreta sua providentia, caritateque latissima omnium corda devotum benigne ad se trahens, unum ex ipsis se fuisse, et etiam semper mansisse, verbis, rebus, et moribus ubique demonstravit. Qui totum mundum salvare cupiens, plurima servorum et ancillarum Dei habitacula undique in patria multiplicari procuravit: nam

Brethren were always distinguished, both by a practical religious mysticism, and by a zeal for useful employment in many ways.⁵ Many Brethren were engaged in schools or active in their behalf;⁶

et fratres domus suae, Capituliue generalis ad hoc aptiores in loca diversa transmisit pro novis monasteriis Ordinis nostri erigendis, fundandis et consummandis, antiquisque reformandis et in regulari observantia debite instituendis : patres etiam Congregationum valde sollicitavit, ut Presbyteros, Clericos, et sorores sive Beginas ad hoc utiles vel idoneos ad diversas mundi partes, in civitates, oppida et villas, pro novis congregationibus inchoandis, et in communi vita more suo instituendis, animo pio et volenti [*mittere*] non tardarent.—Factum est autem, ut plurima Ordinis nostri Monasteria, multaeque Clericorum et sororum devotarum Congregationes per totam istam patriam Zallandiam, Westphaliam, Gelriam, Brabantiam, Hollandiam, Zelandiam, Drentheam, Twentheam, Frisiam, Trajectum, et circa partes Rheni in diebus nostris de novo sunt constructa, et etiam ex antiquis plurima reformata. Ex quibus *patres, fratres et sorores de tertia regula S. Francisci nuncupati plus quam centum domos sive Congregationes devotas extrahentes*, sub uno provinciali Capitulo regulariter vivere, et Deo fideliter deservire usque hodie comprobantur; et *ipsi patres Congregationum devotarum primi*, juxta morem Ecclesiae primitivae sub regula Christi caritate pariter in communi secundum Evangelium viventes, *habent adhuc hodie domos sexus utriusque unitas numero paene quinquaginta*, virorum videlicet paene viginti, et sororum triginta; nosque jam habemus *Monasteria Ordinis Canonorum regularium sexus utriusque Capitulo generali de Windesem incorporata plus quam septuaginta*, virorum videlicet *sexaginta duo*, et *tredecim sanctimonialium*.—Patres ergo devoti in diebus Domini Florentii Radewini pro sui status et devotionis conservatione in Daventria simul ad colloquium consueverant convenire; post ejus transitum ad Congregationem Clericorum in Zwollis—ad colloquium annuale in Dei timore celebrandum omnes pariter convenerunt in *Dominica Misericordias Domini* post Pascha, aut in feriis consequentibus, cum Ecclesia generale Capitulum in Windesem celebraret, propter loci convenientiam, et Capituli nostri generalis propinquitatem, et maxime propter Priorem nostrum in Windesem, ad quem finito colloquio cuncti Patres eorum principales accedere solebant, ut cuncta in ipsorum decreta colloquiis perpetue de ipsius consilio firmarentur. Simili modo Patres Congregationum Westphaliae, Saxoniae, Coloniae *Dominica Jubilate* in Monasteriensem civitatem ad colloquium annuale pariter conveniunt, Priore de Northorn, aut Priore de Bodike ibidem tunc praesente. More particular notices of individual houses may be seen in *Verhandeling over de Broederschap van G. Grote*, en over den invloed der Fraterhuizen op den wetenschappelijken en godsdienstigen Toestand, voornamelijk van de Nederlanden, na de xiv. Eeuw, door G. H. M. Delprat. Utrecht, 1830. 8. p. 36 ss.

⁵ See Delprat, p. 193 ss.

⁶ Several of the houses of Brethren opened schools themselves, e. g. that in Delft (Delprat, p. 92), in Herzogenbusch (p. 96), in Ghent (p. 106), in Utrecht (p. 127), in Liege (p. 142), and in Cambray (p. 145). The instruction given in these schools may have been at times in the highest degree incomplete; see Erasmi Epist. ad Lamb. Grunium, below, note 13. Elsewhere, the Brethren were satisfied with helping the existing schools of the town, with furnishing poor scholars with lodging, food, and books, with taking them under their care, and giving them an opportunity to earn something for themselves. Thus the school at Zwoll owed its celebrity, which began under the Rector Joannes Cele († 1417; see with regard to him, Buschii Chron. Windesem, lib. ii. c. 68, p. 601 ss.), in great measure to the Brethren of the place (Delprat. p. 63). Thus also the Brethren supported the schools at Gouda (Delprat, p. 109), Groningen (p. 116), and Harderwyk (p. 119). But above all, the school at Deventer, as it was under the rector Alexander Hegius (from 1465–1498; see with regard to him, Herm. Hamelmanni Oratio de doctis Westphaliae Viris, in his Opp. Genealog. ac Hist. i. p. 94 ss. Delprat, p. 295), became almost world-renowned, and several Brethren assisted in the education of this school (Delprat, p. 54 ss.). In Herford the Brethren taught in the school of the

others were employed in all kinds of trades, to earn their livelihood.⁷ At the same time, it was a principal object of the association to forward the religious education of the people,⁸ and in par-

Pusinnen Church; see Knefel's *Gesch. des Friedrichsgymnasiums in Herford*. Herford, 1817, s. 9.

⁷ The Congregations or Houses of Brethren consisted of Presbyteri, Clerici, and Laici, whose offices were naturally distinct. The Presbyteri had in their charge the government of the society, religious worship, and the work of education; the Clerici were the young men who were receiving education, generally with a view of dedicating themselves to the clerical office; the Laici, the pious laymen, employed in business of all kinds. The Brethren employed themselves specially in the copying of manuscripts (Delprat, p. 314): the house of Hildesheim provided the reformed monasteries in the neighborhood with the requisite Church books (Busch, *De Reform. Monast.* 1, 54, in *Leibnitii Script. Brunsv.* ii. p. 855); soon after the invention of printing, a press was set up by the fraternity of Gouda, the first in the Netherlands (Delprat, p. 111, 313): in the house at Herford the parchment required by the copyists was prepared, beer was brewed for sale, wafers were manufactured for the oblation, etc. Knefel's *Gesch. des Friedrichsgymnasiums in Herford*, s. 9.

⁸ Their *collationes* (in Dutch *collatien*) contributed especially to this end; these were assemblies for divine service on Sundays and festivals, in which portions of the gospels were read in the language of the people, and practically explained, and at which the preachers asked questions of the persons present. The Brethren also distributed small religious tracts among the people (Delprat, p. 213, 261). Copies of these may be seen in Delprat, p. 306 ss. Comp. Jo. Busch, *Chron. Windesem*, lib. i. c. 47, p. 214: *Quantae in saeculo sunt personae sexus utriusque, quae amicitia his (congregationibus) conjunctae a saeculi vanitate per eas conversae, et ad meliora, sanctum videlicet propositum, et bonam voluntatem libenter Deo serviendi, ipsarum exemplo inductae et provocatae, quamvis ad omnia evangelica consilia statim arripienda propter multa impeditia non dum dare se valent, vitam attamen sanctam, a peccatis alienam, ad earum informationem student observare, quis enumerabit?* This activity was naturally most offensive to the mendicants, and thus occurrences might often happen, such as the following, which Jo. Busch, *De Reform. Monaster.*, iii. c. 17, in *Leibnitii Scriptt. Brunsv.*, ii. p. 925 s. records: *Lector quidam Ordinis Fratrum Praedicatorum in Zutphania publice praedicavit, quod laici libros teutonicos habere non deberent, et sermones non nisi ad populum in Ecclesia fieri deberent. Ego autem simplex tunc frater in Windesem, in Zutphaniam missus cum fratre pro negotio, hoc audiens et sciens, plus quam centum congregationes sororum et Beginarum in terra Trajectensi plures habere libros teutonicos, et eos quotidie legere singulariter et in refectorio, constanter contradixi. Busch betook himself, on this account, to the prior of the Dominicans. He answered at first: *Laici quidam altos habent in teutonico libros, videlicet Sententiarum et similes, quos quidam Ordinis nostri transtulit in teutonicum ex latino, Valens Doctor; alii Missale etiam cum Canone habent in teutonico: ergo non valet, quod laici libros legant in teutonico. Busch answered: Hoc non approbo, quod simplices laici, viri vel foeminae, tam altos et divinos libros habent teutonicos: imo et Canonem, in teutonico apud Moniales inventum, ego combussi. Veruntamen libros morales de vitiis et virtutibus, de incarnatione, vita et passione Christi, de vita et sancta conversatione et martyrio ss. Apostolorum, Martyrum, Confessorum et Virginum; homilias quoque et sermones Sanctorum, ad emendationem vitae, morum disciplinam, inferni timorem, patriaeque coelestis amorem provocantes, habere et quotidie legere cunctis doctis et indoctis utilissimum est. Quod si istos admittere non vultis, ego dicta doctorum s. Ecclesiae, Augustini, Gregorii, Ambrosii et Hieronymi, caeterorumque orthodoxorum in scriptis vobis ostendam, quod hujusmodi habere libros omnino utile est et licitum. At last he threatened to bring him before the Bishop of Utrecht; and then the prior compelled the lector to recant in public.**

ticular to train pious clergy and monks : it soon became a fruitful training school for the monasteries.⁹ This activity, and the reverence in which the Brethren were held by the people, kept alive the jealousy of the mendicants ; and, inasmuch as the Brethren belonged to the large class of Beghards, they could not fail to find, in the equivocal usage of this name, a pretext for persecution.¹⁰ Eugene IV., indeed, took the persecuted Brethren under his protection ;¹¹ but many of them nevertheless found themselves com-

⁹ Jo. Buschii Chron. Windesemense, ii. c. 16, p. 321: Licet nos Canonici regulares altiore in Ecclesia militante gradum super patres et fratres Congregationum devotarum obtinere videamur, et in oculis hominum statum gerere digniorem ; tamen Pater noster Joannes Huesden (see above, note 4) frequenter nobis valde eos commendavit, dicens, quod ipsi in veris virtutibus, vita sancta, conversatione et moribus in regno Dei nos saepe praecedent, quia vere vitam ducunt apostolicam, in Ecclesia primitiva sub s. Spiritus regimine ab omnibus Christianis observatam, a mundo jam tunc despectam et parum reputatam.—Commendavit autem eos non solum ex eo quod vitam sanctam et communem, simplicem obedientiam, cordis et corporis castitatem, sub simplici habitu et humili statu, Deo noti, hominibus despecti, summa devotione gestiunt custodire ; verum etiam et maxime quia cunctis Ordinibus reformatis, imo toti Ecclesiae Dei de bonis religioni ac regimini aptis Clericis et personis quotidie satagunt providere. Frequentantes enim Clericos, et laicos servientes saepissime ad se accersientes, ad mundi contemptum, emendationis vitae propositum, religionis desiderium, morum disciplinam, Dei timorem, gehennae horrorem, patriaeque caelestis amorem suis sanctis exhortationibus miris modis solent inducere : quos consequenter ad amica familiariaque colloquia invitare, de vitiis extirpandis, virtutibusque acquirendis ac tentationibus resistendis informare, et ad meliora provocare, in Dei timore conservare, humilem habitum facere portare, in confessionibus expedire, et si forent pauperes, hospitia et bona habitacula diligenter procurare, atque continuo ad monasteria transmittendos componere solent et praeparare. Cumque in scientiis usque ad sacerdotium, et in sanctis moribus usque ad vitam regularem viderunt eos profecisse, tunc ad loca confugii, ubi animas suas poterunt salvare, videlicet ad monasteria Ordinum diversorum juxta desiderium omnium et singulorum per literas testimoniales eos solent dirigere, aut propriis in personis ipsis conventibus ad habitandum praesentare. Tali namque modo cuncta Ordinis nostri monasteria jam annis plus quam septuaginta per Patres praefatos in debita observantia noscuntur conservata.—Quemadmodum igitur Patres jam praedicti nostra monasteria per idonearum Deum timentium personarum subministrationem in sancta religione probantur conservare ; ita nos vicissim sanctam conversationem eorum et vitam Deo placentem *ab hominum iniquorum, maxime Mendicantium non reformatorum perniciose infestatione omnino defendamus* : — qui omnes ex uno fonte initium nostrum primordiale agnoscimur habuisse.

¹⁰ See notes 8 and 9. Jo. Busch, De Reform. Monaster., iii. c. 15, in Leibnit. Scriptt. Brunsv., ii. p. 923: Praedicator Ordinis Fratrum Minorum, Dominus German, — Lector et Guardianus in Hanover, publice in ambone praedicavit in Hanover, omnes Beginas fore condemnandas, quae sine tertia regula S. Francisci pariter habitarent, sive in communi sive in propriis viventes. The Beguines in Hanover betook themselves thereupon to Busch, at that time provost of Sulsta : he took up their case : the guardian appealed to the Constitutions of Clement V. (above, § 113, note 1), and wished to make complaint, but he was nevertheless soon obliged to recant.

¹¹ By the bull, addressed to all bishops in Germany, Brabant, and Flanders, *Pius vobis fidelium*, dd. iv. Idus Maji, 1431 (in Mosheim, De Beghardis et Beguinabus, p. 668 ss.), in which first the bull of Gregory XI. (above, § 115, note 7) is adopted and confirmed ; and then it proceeds, inter alia ; Et quanquam praedicti pauperes (above they are called—*dilecti filii de cellis, seu voluntariae paupertatis pauperes*), viri de per se sci-

¹² The orthodox opinion in Spain with regard to these cruelties appears from the account of the introduction of the Inquisition, in the *Hist. de Rebus Hispaniae*, by the Spanish Jesuit, Jo. Mariana (published at Toledo 1592), lib. xxiv. c. 17: *Meliori Hispaniae fato, quod eatenus factum non erat, quaestionibus habendis adversus religionis desertores atque haereticos, aliisque in veram pietatem criminibus vindicandis certi judices designati in Castella sunt, discreti ab Episcopis (quorum eae partes ab antiquo erant), Romani Pontificis auctoritate, et favore Principum armati, Inquisitorum ab officio nomine. Morem in aliis provinciis frequentem Italia, Gallia, Germania, ipsaque Aragonia, hoc demum tempore Castella est imitata: neque in studio impios conatus vindicandi se ab ulla gente vinci passa est. Auctor consilii Hispaniae Cardinalis (i. e. Petrus*

A fresh impulse was given to the inquisition of Germany in another manner, but with no less sanguinary results. The secret meetings of heretics had long been regarded as leagues with the devil. But sorcery, as being fraught with danger to every one, was hated by the people even more than heresy.¹³ Accordingly, in 1484, Innocent VIII. announced to the Germans that they were in danger on all sides from wizards and witches,¹⁴ and com-

Gonzalez a Mendoza, Archiepiscopus Hispalensis). Licentia superiorum temporum multa in ea provincia erant depravata, Mauris Judæisque cum piis promiscue versantibus nullo non commercii genere. Prava consuetudine usuque non paucos e priorum numero infici necesse fuit: plures sacra Christiana, quae susceperant patria superstitione abdicata, fide inconstanti, nullo vetante deserebant: labes Hispali maxime est grassata: in ea urbe primum quaestionibus arcano habitis de sontibus gravissimis poenis vindicatum est. Nam majori commisso delicto, igne post diuturnum carcerem et tormento necabantur; leviori de causa ignominia inurebatur familiae perpetua; non pauci bonis publicatis aeternis tenebris vinculisque mandati. Rubra crux obliquis radiis ac decusatim in crocea veste, quam S. Benedicti (*San-Benito*) vocant, plerisque data insignis, a caeterisque discreta, ut essent documento, et magnitudine supplicii terrent alios. Quod usu salutare extitit, grave initio provincialibus visum est. Illa maxime: parentum scelera filiorum poenis lui; occulto accusatore reos fieri; neque cum indice compositos damnari; contra quam olim factum erat, peccata in religionem vindicari morte. Illud gravissimum, adimi per inquisitiones loquendi libere, audiendique commercium, dispersis per urbes et oppida et agros observatoribus, quod extremum in servitute credebant. Ita discrepantibus judiciis, nonnulli mortis poenam removebant, caeterum suppliciorum acerbitates omnes complectebantur: in hoc numero Fernandus Pulgarius arguto atque eleganti ingenio, cujus extat de Ferdinandi Regis rebus gestis historia: alii, quorum melior sententia fuit, qui foedare religionem, et sanctissimas caeremonias mutare conati essent, eos frui vita et communi spiritu non putabant oportere, bonis et ignominia multandos videri, nulla filiorum cura. Praeclare id legibus comparatum, ut caritas liberorum cautiore parentes reddat. Occulto judicio tergiversationes vitari: neque nisi de convictis aperte, aut confessis poenas sumi. In multis saepe antiquos Ecclesiae mores, prout res et tempora exigunt, mutari: et majorem licentiam majori severitate coëcendam videri. Successus opinionem superavit.—Ab hoc initio res in hanc auctoritatem crevit apud potestatem, qua nulla pravis hominibus toto orbe Christiano formidabilior est, reipublicae universae majori commodo; praesens remedium adversus impendentia mala, quibus aliae provinciae exagitantur, caelo datum: nam humano consilio adversus tanta pericula satis caveri non potuit.

¹³ Compare E. D. Hauber's *Bibliotheca, Acta et Scripta magica, gründliche Nachrichten und Urtheile von solchen Büchern und Handlungen, welche die Macht des Teufels in leibl. Dingen betreffen*. 36. Stück. Lemgo, 1739-1745. 8; G. E. Horst's *Dämonomachie, oder Geschichte des Glaubens an Zauberei u. dämonische Wunder, mit besonderer Berücksichtigung des Hexenprocesses seit den Zeiten Innocentius VIII.*, 2 Th. Frankf. a M. 1818. The same author's *Zauberbibliothek*, 6 Theile. Mainz, 1821-1826. 8.

¹⁴ In the bull *Summis desiderantes affectibus* dd. Non. December, 1484, incomplete in the Lib. septimus Decretal. Lib. v. tit. 12, c. 4, complete in Hauber's *Bibl. Mag. St. I.* s. 1 ff. Horst's *Dämonomachie*, Th. 2, s. 17 ff.: Nuper ad nostrum—pervenit auditum, quod in nonnullis partibus Alemanniae superioris, necnon in Moguntinensi, Coloniensi, Trevirensi, Salzburgensi et Bremensi provinciis—complures utriusque sexus personae, propriae salutis immemores, et a fide catholica deviantes, cum daemonibus, incubis et succubis, abuti, ac suis incantationibus, carminibus et conjurationibus—mulierum partus, animalium foetus, terrae fruges, vinearum uvas, et arborum fructus, necnon homines, mulieres, pecora, pecudes, et alia diversorum generum animalia, vineas quoque,

missioned the two inquisitors, Henry Krämer and James Sprenger, to persecute them with peculiar rigor. In order to convince unbelievers, and bring the new office into working order, they issued the *Hexenhammer* (*Malleus Maleficarum*. Colon. 1489. 4).¹⁵ Only with peril and without success, a few clearer-thinking men declared against this delusion:¹⁶ numerous funeral pyres soon subdued

pomaria, prata, pascua, blada, frumenta, et alia terrae legumina perire, suffocari et extinguere facere et procurare, ipsosque homines,—et animalia diris tam intrinsicis quam extrinsicis doloribus et tormentis afficere et excruciare, ac eosdem homines, ne giguere, et mulieres, ne concipere, virosque, ne uxoribus, et mulieres, ne viris actus conjugales reddere valeant, impedire: fidem praeterea ipsam, quam in sacri susceptione baptismi susceperunt, ore sacrilego abnegare, aliaque quam plurima nefanda,—instigante humani generis inimico, committere et perpetrare non verentur.—Quodque licet dilecti filii, Henricus Inistoris in praedictis partibus Alemanniae superioris,—necnon Jacobus Sprenger per certas partes lineae Rheni, Ordinis Praedicatorum, et theologiae professores, haereticae pravitatis inquisitores per literas Apostolicas deputati fuerunt: tamen nonnulli Clerici et laici illarum partium, quaerentes plura sapere quam oporteat, pro eo quod in literis deputationis hujusmodi provinciae,—ac excessus hujusmodi nominatim et specificè expressa non fuerunt,—praefatis inquisitoribus in provinciis—praedictis hujusmodi inquisitionis officium exequi non licere,—pertinaciter asserere non erubescunt.—Nos igitur,—ne contingat, provincias—et loca praedicta—debito inquisitionis officio carere, eisdem inquisitoribus in illis officium inquisitionis hujusmodi exequi licere—tenore praesentium statuimus. Proque potiori cautela literas et deputationem praedictas ad provincias—et crimina hujusmodi extendentes, praefatis inquisitoribus, quod ipsi—in provinciis—praedictis contra quascunque personas—hujusmodi inquisitionis officium exequi, ipsasque personas, quas in praemissis culpabiles repererint, juxta earum demerita corrigere, incarcerare, punire, et multare; necnon in singulis provinciarum hujusmodi parochialibus Ecclesiis verbum Dei fidei populo, quoties expedierit ac eis visum fuerit, proponere et praedicare, omniaque alia et singula in praemissis et circa ea necessaria et opportuna facere, et similiter exequi libere et licite valeant, plenam ac liberam eadem auctoritate de nova concedimus facultatem. Et nihilominus ven. fratri nostro Episcopo Argentinensi per Apostolica scripta mandamus, quatenus—non permittat, eos quoscunque super hoc—molestari, seu alias quomodolibet impediri; molestatores et impediētes et contradictores quoslibet, et rebelles, cujuscunque dignitatis, status, gradus, praeeminentiae, nobilitatis, et excellentiae aut conditionis fuerint, et quocunque exemptionis privilegio sint muniti, per excommunicationis, suspensionis et interdicti, ac alias etiam formidabiliores, de quibus sibi videbitur, sententias, censuras et poenas, omni appellatione postposita, compescendo: et etiam legitimis super his per eum servandis processibus sententias ipsas, quoties opus fuerit, aggravare et reaggravare auctoritate nostra procuret, invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii saecularis.

¹⁵ On the editions of this work see Hauber, St. i. s. 39 ff. ii. s. 90 ff. v. s. 311 ff. It consists of three parts. P. I. treats—super tria, quae ad maleficalem effectum concurrunt, ut sunt Daemon, maleficus et divina permissio. P. II. super remedia praeservativa and super remedia maleficia amoventia. P. III. super remedia ultima contra personas maleficarum.

¹⁶ In Evreux, as early as 1453, Wilhelmus Edelinus, doctor of divinity, prior of St. Germain en Laye, was sentenced to imprisonment for life, on account of a league with the devil; see Chroniques d'Enguerran de Monstrelet (à Paris, 1572), vol. iii. fol. 63. The principal charge brought against him is known from the work of another contemporary writer, a Dominican, Nicolai Jaquerii († in Ghent, 1471) *Flagellum Haereticorum Fascinatorum* (ed. Francof. 1581. 8), cap. 5. The *schedula*, in which the ill-fated man had to record the crime fastened upon him, continebat inter caetera, quod, quando ipse fuit introductus ad dictam sectam, Diabolus asserebat, quod ipse Magister

them. Many persons entirely innocent were sacrificed, but with

Guilhelmus bene posset, si vellet, augmentare ejusdem Daemonis dominium, praecipiendo eidem Magistro Guilhelmo praedicare, quod hujusmodi secta non erat nisi illusio, et quod hoc praedicaret ad contentandum populum patriae, ubi tunc morabatur ipse Magister Guilhelmus. Comp. Hauber, St. 15, s. 152 ff. *Malleus Malefic.*, P. I. Qu. 1, answers in the affirmative the question: utrum asserere maleficos esse sit a Deo catholicum, quod ejus oppositum pertinaciter defendere omnino sit haereticum. Hence it appears that there were many at that time who—publice praedicant, maleficas non esse, aut quod nullo modo valeant hominibus nocere. Hence follows, P. I. Qu. 18, *modus praedicandi contra quinque argumenta Laicorum, quibus probare videntur sparsim, quod Deus non permittat tantam potestatem Diabolo et maleficis circa hujusmodi maleficia inferenda*. These reasons are: *Primum sumitur ex parte Dei*: Deus punire potest hominem propter peccata et punit gladio, fame et mortalitate, item diversis aliis infirmitatibus variis et innumeris, quibus humana conditio subjacet: unde quia opus ei non est adungere alias punitiones, ideo non permittit. *II. ex parte Diaboli*: Si vera essent quae praedicantur, quod videlicet (Daemones) vim generativam impedire possunt, ut videlicet mulier non concipiat; vel, si concipiat, quod abortum faciat; vel si non abortum, quod etiam post partum natos interficiunt: utique sic perimere possent totum mundum. Et iterum posset dici, quod opera Diaboli essent fortiora operibus Dei, scilicet sacramento matrimonii, quod est opus Dei. *III. ex parte hominis*: Videmus, si maleficium debet esse aliquid in mundo, tunc aliqui homines plus aliis maleficiantur. De quo si quaeritur, utique dicitur hoc esse propter punitionem peccatorum: sed hoc est falsum; ergo et illud, quod maleficia sint in mundo. Falsitas autem probatur ex eo, quia tunc majores peccatores amplius punirentur: hoc autem est falsum, cum minus puniantur, quam alii interdum justii. Quod etiam cernitur in pueris innocentibus, qui asseruntur maleficiari. *Quarto potest addi et aliud argumentum ex parte Dei, hoc*: Quod quis impedire posset, et non impedit, sed fieri permittit, utique judicatur ex sua voluntate processisse. Sed Deus cum sit summe bonus, non potest velle malum: ergo non potest permittere, ut fiat malum, quod ipse impedire potest. *Item ex parte morbi*: Defectus et infirmitates, qui dicuntur maleficiales, similes etiam sunt defectibus et infirmitatibus naturalibus, i.e. qui ex defectu naturae procedunt. Quod enim aliquis claudicat, excoecatur vel rationem perdit, vel etiam moritur, ex defectu naturae contingere possunt: unde non possunt secure maleficis adscribi. *Ultimo ex parte judicum et praedicatorum*, qui, cum talia adversus maleficas praedicant et practicant, utique propter ingens odium a maleficis contra eos conceptum nunquam essent securi. They who preached against the belief in witches rested principally upon Decret. Gratiani Causa xxvi. Qu. 5, c. 12, ex Conc. Anquirensi, in which the midnight journeys of witches through the air, and the possibility of their changing themselves into other shapes, were pronounced heathenish superstitions, and the clergy were required to preach against them. On this account *Malleus Malef.*, P. ii. cap. 3, labors to prove, that these opponents only *in cortice canonis laborarent*, and that there certainly were magic arts of the kind mentioned. After producing several instances it proceeds: Tantummodo haec sufficientia adversus illos, qui hujusmodi corporales transvectiones aut omnino negant, aut quod solummodo imaginarie et fantastice fiant, affirmare conantur. Qui utique in suo errore si relinquerentur, parum esset, imo nec advertendum, dummodo in fidei contumeliam ipsorum error non vergeret. Attento autem quod illo errore non contenti etiam alios inserere, et publicare in maleficarum augmentationem et fidei detrimentum non verentur, dum asserunt, quod omnia maleficia, quae eis juste tanquam instrumentis Daemonum vere et realiter imputantur, eis tantummodo imaginarie et illusorie, tanquam innoxii, esse imputanda, sicuti et ipsa transvectio fantastica, unde et pluries impune in magnam creatoris contumeliam et gravissimum jam ipsorum augmentum remanserunt, etc. Compare P. ii. cap. 8. Two dialogues of this period are worthy of note, in which the reasons and counter-reasons in respect of belief in witches are drawn out. Ulricus Molitoris, Decretorum Doctor, and assessor of the episcopal court at Constance, wrote at the suggestion of the Archduke Sigismund of Austria: *De Lamiis et Pythonicis Mulieribus*.

these the secret heretics also were persecuted with greater success as wizards;¹⁷ for even the secular authorities themselves began to vie with the inquisitors in the persecution.¹⁸

FIFTH CHAPTER.

HISTORY OF THE ADVERSARIES OF THE ROMAN CHURCH.

§ 149.

ANCIENT SUPERSTITIOUS SECTS.

The Manicheans now maintained themselves only in Bosnia. They were here predominant, until Stephen Thomas, King of Bosnia, went over to the Roman Church in 1442,¹ and began to persecute them. However, by so doing he only precipitated the

Colon., 1489. The reasons against belief in witchcraft are here drawn out with surpassing force, but great caution, and the decisive denial only put in the mouth of the archduke; compare Hauber, St. 2, s. 103 ff. In the dialogue of the Franciscan, Thomas Murner, *De Pythonico Contractu*, Freyburgii, 1499, it is scarcely possible to discover the real opinion of the author; see Hauber, St. 2, s. 116 ff. Both dialogues are added to the edition of the *Malleus Maleficarum*, published at Frankfort, in 1580. 8.

¹⁷ The events at Arras, A.D. 1459, show how persons suspected of heresy were soon accused of witchcraft; a great number of persons there, who were considered to be Waldenses, were accused of being in league with the devil, and burned accordingly; see Enguerrand de Monstrelet *Chroniques*, vol. iii. fol. 84. The great jurist, Franc. Balduinus, himself a native of Arras, writes on this subject, *Comm. in Institutt.*, lib. iv. tit. 18, p. 774: Quo gravius et ab hominis ingenio magis alienum est hoc malum (the crime of witchcraft), eo major adhibenda est cautio, ne quis ejus praetextu ab adversariis temere obruatur. Facile enim hic quidvis confingere potest ingeniosa similtas, ut et multitudinem statim commoveat, et attonitos judices irritet adversus eum, quem cum Daemonibus rem habere mentietur. Ante annos sexaginta sensit infelix nostra patria magno suo malo hujusce generis calumnias. Magna erat Valdensium mentio, quos adversarii jactabant nescio quid commercii habere cum immundis spiritibus. Hujus criminis praetextu optimi quique statim opprimebantur. Sed tandem Senatus Parisiensis causa cognita vidit meras esse sycophantias, infelices reos liberavit, improbos sycophantas cum iniquis iudicibus damnavit. Extatque adhuc ejus memorabile hac de re Arestum, editum xx. die mensis Maji Anno 1491. Compare Hauber, St. 2, s. 64 ff. The *Malleus Maleficarum* labors to prove that witchcraft is the greatest heresy (p. 1. Qu. 14).

¹⁸ The *Malleus Maleficarum*, p. iii., argues in the introduction that because—crimen maleficarum non est mere ecclesiasticum, imo potius civile propter damna, quae inferuntur temporalia, therefore, the judex saecularis cognoscere et judicare potest usque ad sententiam diffinitivam ad poenitentiam, quam ab Ordinariis recipiet: secus super sanguinem, quam per se ferre potest. Accordingly, P. iii. is also intended for the instruction of secular judges.

¹ See *Epist. Benedicti Ovetarii Vicentini ad Petrum Donatum Episc. Patavinum dd. Rom. Kal. October, 1442, in Martene Ampl. Coll., i. p. 1592.*

ruin of his kingdom, which fell a prey to the Turks in 1463.² The superstitious flagellants, on the other hand, survived secretly in Thuringia and Anhalt.³

§ 150.

EFFORTS FOR REFORM.

JOHN HUSS AND JEROME OF PRAGUE.

Sources: *Historia et Monumenta Jo. Hus atque Hieronymi Pragensis*. Tomi. ii. Norimbergae, 1715, fol.

Hostile to Huss: Aeneae Sylvii De Bohemorum Origine ac Gestis Historia (Romae, 1475, fol. and at other times e. g., Wolferbyti, 1620. 8), cap. 35, 36. Jo. Cochlaei Hist. Hussitarum, libb. xii. apud S. Victorem prope Moguntiam, 1549, fol.

Friendly to him: Hussitenkrieg: comprising the Life, Doctrine, and Death of M. John Huss, also how he was avenged by the Hussites, etc., all diligently collected from trusty historians, ancient monuments, and manuscripts, by M. Zacharias Theobaldus. Nürnberg, 1621. 4.

Works: Wilh. Seyfridi Diss. de Jo. Hussi Martyris Vita, Fatis ac Scriptis, Jenae, 1729; cum annotationibus J. Chr. Mylii, Hilperhusae, 1743. 4. Lebensbeschreibungen von Huss u. Hieron. v. Prag in W. Gilpin's Biographien der bekanntesten Reformatoren vor Luther, translated from the English. Frankf. u. Leipz., 1769. 8. Life of Huss by Aug. Zitte, 2 Theile, Prag, 1789. 90, by J. F. W. Tischer, Leipz., 1798. Leben des Hieronymus v. Prag von Tischer. Leipz., 1802.—Compare the works on the Council of Constance at the beginning of § 131.

[*Fontes Rerum Austriacarum*, vol. ii. 1. 1857, *Geschichtschreiber d. Hussitischen Bewegung in Böhmen*, von Prof. Dr. Köhler, lxiii. u. 642 s. A. B. Zürn, *Huss auf dem Concil. zu Costnitz*. 8. Leipz., 1836. *Neander's Church Hist.*, vol. v. of Torrey's trans-

² There is a letter of praise from the Pope to the King on account of this persecution, in Raynald. 1445, no. 23. Two Woivodes, Stephen, the King's father-in-law, and John, who had been outwardly converted to the Roman Church, returned to heresy and shielded the Manicheans. Against these men Nicholas V. instructed a legate, in Raynald. 1449, no. 9. The Manicheans even invited the aid of the Turks against their King, Rayn. 1450, no. 13. His son and successor, Stephen Thomassovitch, agreed to pay tribute to the Turks, and began to persecute the Manicheans afresh, and to confiscate their property, Rayn. 1460, no. 91. Cf. Pii II. *Commentarii Rerum Memorab. a J. Gobelino compositi*, lib. v. p. 125: Rex Bossinae—ut piaculum traditae Turcis Synderoniae purgaret, ac suae religionis fidem faceret, sive, quod multi crediderunt, avaritiae obtentu Manichaeos, qui erant in regno suo quam plurimi, nisi baptismum Christi acciperent, e regno migrare coëgit substantia relicta: duo circiter millia baptizati sunt, quadraginta aut paulo plures pertinaciter errantes ad Stephanum Bosnae ducem (Stephen Cosaccia, duke of the Herzegovina) perfidiae socium confugere. Tres principes haeresios in aula Regis potentes Episcopus Nonensis victos ad Pontificem duxit, quos Pius per monasteria relegatos edoceri Christianum dogma curavit. Joannes Cardinalis sancti Sixti ad se vocatos instruxit, persuasitque tandem abjuratis erroribus Ecclesiae Romanae, quae nec falleret, nec falleretur, documenta suscipere: reconciliatos ad Regem remisit (Cf. Raynald. 1461, no. 136): duo in fide permansere, tertius more canis ad vomitum rediens ex itinere dilapsus ad Stephanum confugit. In the year 1463 King Stephen was taken prisoner and slain by the Turks, and Bosnia was annexed (Gobellinus, lib. xi. p. 311).

³ Their opinions may be seen above, § 123, note 8. Flagellants were discovered and punished in Sangerhausen, A.D. 1414 and 1454; in Nordhausen, 1446; in Anhalt, 1481. See Förstemann, *die Christl. Geisslergesellschaften*. Halle, 1828, s. 163 ff.

lation. J. A. Helfert, *Hus u. Hieronymus*. Prag., 1853. Bonnechose, Gerson, J. Huss et le Concile de Constance, 2.8. Par. 1853. G. A. Lüders, *Johann Huss, eine Biographie*. 8. 1854. J. Huss, *Predigten über d. Sonntagsevangelien*, aus d. Böhmischen, von Dr. J. Norostny. Heft, i.—iii. Görlitz, 1855. *Die reformirte Theologie ds. Huss*, Schwabe in Darmstadt. Theol. Bl. 1851. 2. Horst, *De Hussi Vita*, etc. Amst. 1837. *Huss and his Writings*, Presb. Quarterly Review, September, 1856. *Life and Letters of Huss*, North American Rev., vol. lxx. *Life and Times of Huss*, Meth. Qu. Rev., iii.]

John Huss of Hussinecz, master of the liberal arts, and teacher of theology at Prague, from 1402 preacher in the Bethlehem chapel,¹ and confessor to Queen Sophia, trod zealously in the footsteps of Conrad Stiekna, John Milicz, and Matthew of Janow, in the cause of morality and inward piety. By means of Wycliffe's works, which were then diffused as far as Prague, Huss was won over to the side of Augustine in theology, and to realism in philosophy.² True, he did not adopt all Wycliffe's peculiar doctrinal opinions,³ but he derived from him a deeper insight into the errors of

¹ This chapel was founded, in 1391, by John of Mühlheim, and the merchant Kreuz, (Pelzel's *Lebensgesch. des Königs Wenceslaus*. Th. 1, Prag., 1788, s. 243): Their intention is thus expressed in the deed of foundation (Ibid. *Urkundenbuch*, s. 102 ff.): *Ego Johannes de Milhem provida consideratione pensans, et animæ meae salutem, multorumque Christifidelium spiritualem refectionem desiderans, quomodo in civitate Pragensi, licet multa sint loca ad divinos cultus ordinata, nihilominus tamen eadem per plurimos alios sacros actus occupantur pluries, sic quod nullus locus ad privilegiatum prædicationis verbi Dei officium sit ibidem specialiter deputatus, sed prædicatores ipsi, specialiter vulgaris Boemici eloquii, plerumque per domos et latebras coguntur, quod non congruit, divagari, quemadmodum sæpius notabiliter est compertum: hac igitur consideratione permotus, et ad dictæ prædicationis sanctæ incrementa procuranda attentius animatus—Capellam in honore ss. Innocentum in area providi viri Crucis, civis majoris civitatis Pragensis, quam idem Crux—ad id pie donavit,—quam Bethlehem, quod interpretatur domus panis, censui appellandam hac consideratione, ut ibidem populus communis et Christifideles pane prædicationis sanctæ refici debeant,—decrevi et disposui erigendam.*

² Aeneae Sylvii *Hist. Bohem.*, c. 35: *Rexerunt scholam Pragensem usque in ea tempora Teutones. Id molestissimum Bohemis fuit, hominibus natura ferocibus atque indomitis. Ex quibus vir quidam genere nobilis, ex domo quam Putridi piscis vocant, apud Oxoniam Angliæ civitatem literis studens, cum Johannis Wyclevi libros offendisset, quibus de realibus universalibus titulus inscribitur, magnopere illis oblectatus, exemplaria secum attulit (about the year 1402). Inter quæ de civili, de jure divino, de Ecclesia, de diversis quaestionibus, contra Clerum pleraque volumina, veluti pretiosum thesaurum, patriæ suæ intulit. Imbutus jam ipse Wiclevitarum veneno et ad nocendum paratus, tum quod erat familiæ suæ cognomen, putridum piscem i.e. foetidum virus in cives suos evomuit. Commodavit autem scripta, quæ attulerat, his potissime, qui Teutonicorum odio tenebantur. Inter quos Johannes eminuit, obscuro loco natus, ex villa Hus, qui anserem significat, cognomen mutuatus. Hic cum esset ingenio peracri, et lingua diserta, multumque dialecticis oblectaretur, et peregrinas opiniones amaret, avide admodum Wyclevitarum doctrinam arripuit, eaque Teutonicos vexare magistros coepit, sperans eo confusos Teutones scholas relicturos.*

³ Thus he still teaches, in his *Tract. De Corpore et Sanguine Domini*, which he wrote in prison at Constance (*Hist. et Monum.*, i. p. 47), the orthodox doctrine of transubstantiation, and asserts expressly, cap. 2, that he had always maintained this doctrine. Compare also his confession of faith below, note 12. In his *Responsio ad scripta Mag.*

the Church, and was strengthened in his zeal for truth and morality. Accordingly, he recommended and disseminated his works,⁴ and contracted a close friendship with the most zealous of his admirers, Jerome Faulfisch, commonly called Hieronymus Pragensis. But by so doing he incurred the enmity of the numerous German teachers at the University of Prague, who were in a body nominalists, and opponents of Wycliffe. After Huss had already won reputation as an impressive moral preacher to the people, he began, as a speaker in the synods, to inveigh against the corruption of the clergy.⁵ The accidental circumstance, that

Stephani Paletz, he says (Hist. et Monum., i. p. 330): Ego enim fateor, quod sententias veras, quas M. Joan. Wicleff—posuit, teneo, non quia ipse dicit, sed quia divina scriptura, vel ratio infallibilis dicit. Si autem aliquem errorem posuerit, nec ipsum, nec quemcumque alium intendo in errore, quantumlibet modice, imitari.

⁴ Aeneas Sylvius, l. c., on Huss's influence as a preacher in the Bethlehem chapel, says: Qui cum se libenter audiri animadverteret, multa de libris Johannis Wyclevi in medium attulit, asserens in eis omnem veritatem contineri, adjiciensque crebro inter praedicandum, se postquam ex hac luce migraret, in ea loca proficisci cupere, ad quae Wyclevi anima pervenisset, quem virum bonum, sanctum, caeloque dignum non dubitaret. In 1408, Stephanus, Cartusiae Dolanensis Prior, wrote his *Medulla Tritici* s. *Antiwikleffus*, in Pezii *Thes. Anecdotorum*, t. iv. P. ii. p. 149 ss., against the Wycliffite errors which were spreading abroad, but without mentioning Huss; comp. p. 157: *Audi vi crebrius, et quadam apostatica lectione cujusdam dialogi et trialogi* (see above, § 125, note 21), *didici et obstupui, qualiter quidam insani Magistri et homines pestiferi Wikleffitici ordinis et schismatis, canina rabie concitati, cursu praecipiti, profanis et sacrilegis sententiis, et arte diabolica confectis articulis, s. matris Ecclesiae, magisterio S. Spiritus bene et optime dispositum, ritum et ordinem dedecorant et commaculant; et ausu temerario fabulationes nequissimas sic impudenter in medium proferunt, ut non solum post discursum peregrinarum nobis terrarum et districtum, etiam in terris nostris Bohemiae et Moraviae, aulas Principum, collegia et cathedras sacerdotum, scholas studentium, promiscui sexus popularem tumultum fidelium, antra deserti claustrarium, sed etiam segregatas in partem et pacem silentii Cartusiensium cellulas tuba illorum ululans et pestifera, muros et bonos mores transgrediens, cum terrore valido repleverit vehementer.* That doubts with regard to transubstantiation were spread by Wycliffe's writings is evident from the charge of Sbynko, archbishop of Prague, A.D. 1406 (l. c. p. 158), in which he directs the clergy to preach the doctrine of transubstantiation, with the threat: qui aliter—dogmatizare auderet,—haereticus esset, et talis per nos taliter puniretur, quod et aliis merito poterit cedere in exemplum. Stephanus accordingly advocates this doctrine at length in his *Medulla Tritici*, p. 1.

⁵ Compare the *Conciones Synodicae*, in the *Hist. et Monum.*, ii. p. 34, e. g. p. 37: *Sed dicite, o Clerici, si non durius dominamur cum Christianis, quam Reges gentium dominantur eorum? Ecce occurrit Laicus, aliquid molestiae, vel apparentis quandoque injuriae nobis faciens; statim abutendo privilegio clericali ex impatentia et arrogantia, saepius verbo, et frequenter facto dicimus: citabo, vecebo, comescam ribaldum, deducam super eum acutum gladium spiritualis potestatis, et si pauper incautus sententia excommunicationis percussus fuerit, gaudemus et gloriamur. Et tantum eos, non ex caritate et amore justitiae, sed ira et zelo vindictae dirae dominando opprimimus, quod etiam malum proverbium contra nos confinxerunt dicentes: si offenderis Clericum, interfice eum; alias nunquam habebis pacem cum illo.—Sed dicite ulterius vos Clerici, ubi practicatis,—quod qui major sit in vobis, sit sicut minor, et qui praecessor, sicut ministrator? (Luc. xxii. 26.) Numquid quia amatis primas cathedras in synagogis, primos recubitus in coenis,*

the miserable King Wenceslaus, who from enmity to Pope Boni-

salutationes in foro, et Patres, Magistri, aut Domini. ab hominibus appellari? Numquid quia plus amatis post se clientem cruentatum cum gladio, quam Clericum humilem cum libro? Numquid quia quasi nihil de veris divitiis spiritualibus Ecclesiae curatis, sed totis curis et consiliis bonis temporalibus inhiatis? Numquid quia beneficia et officia ecclesiastica quaeritis, ut non serviat in eis fideliter, sed ut per illa dominemini vi, et vivatis gentiliter?—Vel utrum in hoc, quia gloriamini—in frequentia clientelae, in eorum pluralitate, in aedificiis superfluis, in multa suppellectile, in congregatione pecuniae, in pauperum exactione, in contemptu pauperum et humilium, in veneratione divitum et superbiorum, in veridicorum despectione, in adulatorum amatione, et breviter in qualibet gloria et altitudine saeculari? Heu in hac magna injuria et offensa Christi Dei et suae regulae sol, Praelatus major, conversus est in tenebras, et luna, minor, in sanguinem. Et secundum b. Bernhardum, et alium Doctorem Gilbertum factum est in Clero abominabile monstrum super terram. Gradus summus, animus infimus; sedes prima, vita ima; lingua magniloqua, manus otiosa; sermo multus, fructus nullus; vultus gravis, actus levis; ingens auctoritas, nutans stabilitas; speculator coecus, praeco mutus, pugil mancus, praecursor lentus, medicus morbi ignarus. Et quia simile generat sibi simile, hinc est quod in quatuor temporibus multi scientiis nulli, et in moribus valde distorti ad sacros majores ordines promoventur, et fit tanta deonestatio Cleri, quod sacerdotes vicarii a suis Plebanis longe ultra concubinas in servitutum et despectum rediguntur, fit in se dedecus Clero, ut etiam in temporalibus bonis per sacerdotes furta et latrocinia multa, et mala consilia cumulentur, sicut vos ipsi testimonium potestis perhibere. P. 38: Nunc igitur vos, sacerdotes, attendite, si non sunt inter vos consecrata vasa Deo abominabilia supra modum. Sunt namque multi ex vobis, Praelati, Canonici, Plebani, et alii Presbyteri, qui mulierculis contuntur, velut idola colunt, ardent in desiderio et amore illarum: vexantur lascivia, et libidine turpi vincuntur multi, multi Plebani concubinarij fornicantur cum talibus corporaliter, quod in multis locis animalia gradientia super terram aperte demonstrant. O sacerdos, vas immundum, noviter ante cum scorto foedatum, et adhuc adulterina voluntate illi conjunctum, audes sic in te capere sacramentum omni decore et suavitate repletum? Quomodo non times, quod ira Dei super te descendente statim confringaris cum Oza, qui ad tactum temerarium arcae domini statim percussus et mortuus est (2 Sam. v. 6, 7). Quis potest aestimare, quantum consecrata vasa concubinaria Clericatum hujus dioecesis deonestant? Unde Dominus noster Archiepiscopus debet, quantum potest, rationabiliter etiam usque ad mortem laborare, et se exponere, ut sua illa vasa Deo consecrata a turpitudine concubinaria purgarentur, et cum ipse habeat ignem carceris et purgationis, et ministros sufficientes, debet ipse talia sua immunda vasa, quae per se purgari nolunt, igne illo carceris mandare purificari efficaciter et sufficienter. Sunt ulterius multi de vobis, qui crapula et ebrietate ultra Laicos turpiter maculantur, vadunt cum baculis ad tabernam, sicut Laici ad limina Sanctorum, et cum inde redeunt, male possunt ambulare, minus loqui, et minime tunc scire possunt, quid eorum dignitas sacerdotalis requirat. Ditiores eorum de eleemosyna frequentant ad invicem invitatos ad convivium, ubi cibus et potus in quantitate plures et majores, in substantia magis pretiosi, et in qualitate delicates, quam apud cives et nobiles apponuntur. Ubi Christus cum sua passione est proscriptus, sed carne spumante in libidine de mulierculis et factis venereis verbis impudicis colloquia consummantur, etc. Sermo synodalis, ann. 1405, p. 42, against the fornicatio Cleri, also against the excuse, quod non sit peccatum mortale simplex fornicatio (see Conc. Paris, ann. 1429, c. 2, above, § 139, note 10); afterward, p. 43, against the avaritia Cleri. E. g. Quod detestabilissimum est, religiosi possessionati, qui a vulgo vocantur divites sive pingues Domini, Monachi, ex avaro fundamento fraternitatis fabricant literas, quibus magnificant sua opera contra illud Salvatoris (Luc. xvii. 10): *cum feceritis omnia, quae praecepta sunt vobis, dicite, servi inutiles sumus*. Illas autem literas solum tribuunt divitibus, facientes eos participes suorum operum, ut inclinati eorum conventibus, ventres et buccas rubentes reficerent, impleverent marsupia, et praedia augmentarent. P. 45: usuras exercent, negotiatores sunt, confessiones produnt, taxillis ludunt. Ecclesias

face IX. was enraged against the clergy in general, looked with favor upon these invectives,⁶ helped him but little: the number of his enemies was thus increased, and it extended even into foreign countries, when he, in connection with Jerome of Prague, at the head of the Bohemian nation, had effected an enlargement of its privileges in the University of Prague, and thereby occasioned the departure of the Germans from this University (1409).⁷ Huss now stood at the head of the theologians of Prague, and as

ut otientur conveniunt, exinde rixas procurantes populi turbativas, filios spiritualiter suffocant, carnaliter generant,—spiritualem aedificationem, quae salvat animas, nihil curant. Sed ut augmentent censum, aut divitias, ex quibus eorum posteri luxuriantur et superbiunt uberius, optime se facere existimant, et pro eis subditos avare inducunt, ut etiam filiis praetermissis, parentibus et consanguineis pauperibus, pro ipsis abundantibus ordinent testamenta.—Et quid de Altaristis, Capellanis, et monstruosis Monachis, qui cum multa jam dicta exerceant, et choreas intrant publicas ducti patre Diabolo, etc.—Sermo de exequiis mortuorum, ann. 1411, p. 81: Videat ergo defunctorum beneficiarius, quid est sibi utilius, quid est Ecclesiae commodius, aut quid Deo honorificentius, et faciat illud pro mortuis, tanquam eis salubrius. Unde opus, quod maxime purgaret militantem Ecclesiam a crimine, ac stabiliret ipsam in mandatis Domini, et accenderet in amore Dei: illud foret opus maxime juvans dormientem Ecclesiam, quia militans purgata a peccato, stabilita in mandato, et in amore Dei accensa, ut sic, maxime succurreret Ecclesiae dormienti. Ex quo videtur, quod Evangelizatio sancta, sic, ut dicitur, disponens militantem Ecclesiam multum praestat suffragium Ecclesiae dormienti. Istud autem Satan considerans, maxime nititur Evangelizationem extinguere, et sophisticans tam sacerdotes, quam simplices, ducit utrosque in Charibdim: Clericos in avaritiam per venditionem triginta Missarum de Requiem, et laicos in praesumptuosam confidentiam, et emptionem simoniacam earundem. Jam enim in illis committitur taxa, sicut in vaccis, dum emuntur. Sic enim scit astutus hostis animaram fascinare homines, ut via praetermissa ad vitam securissima, incumbant super dubia. Quis enim ignorat, quin via securissima ad vitam est, vivere, ut Christus et Apostoli docuerunt? Et quis scit, quem triginta Missae a purgatorio liberarunt?

⁶ An old Bohemian Chronicle (Contin. Benessii ab Horzowitz, in Pelzel's *Lebensgesch. des Königs Wenzel*, Th. 2, s. 553 f.) relates that so long as Huss censured the sins of the laity he was praised on all sides: "man sagte, der Geist Gottes spricht aus ihm: So bald er aber den Papst, die hohe und niedere Geistlichkeit angriff, ihren Stolz, Habsucht, Simonie, und andere Laster rügte, und dass sie keine Güter besitzen sollten, predigte; so stand die ganze Priesterschaft wider ihn auf, und sprach: er hat den Teufel im Leibe, und ist ein Ketzer." When, however, Archbishop Sbynko complained of this to King Wenceslaus, he answered: "So lange der Magister Huss wider uns Laien predigte, habt ihr euch darüber gefreuet; jetzt ist die Reihe an euch gekommen, so möget ihr es auch zufrieden sehn."

⁷ See Pelzel, in the work quoted above, s. 543 ff., 547 ff. The royal ordinances of 18th January, 1409, by which—ad instar ordinationem, qua gaudet natio gallica in Universitate studii Parisiensis, tres voces—were assigned to the Bohemian nation, instead of one as hitherto, while the German nation had three, may be seen in Pelzel, Th. 2, *Urkundenbuch*, s. 125. As the city of Prague lost much of its trade in consequence of the departure of the Germans, the clergy could more easily rouse the inhabitants against Huss; see Hussii Sermo Synodalis, ann. 1410 (*Hist. et Monum.*, ii. p. 72): tacti veritate insistent graviter, ut oppriment os praedicantium, insidias quaerunt, et non inveniunt mendacium in ore praedicantium, veritatem accusant mendaciis, nunc dicentes, quia Magistri per adhaesionem errorum expulerunt nationes exteras, nunc mentientes, quia de corpore Christi male sapiunt, nunc false imponentes, quia Papam nihil esse dicunt.

a preacher exercised an uncommon influence over the people. In order to work his overthrow, Sbynko, archbishop of Prague, procured from Alexander V. full powers to forbid preaching in private chapels, and to consign Wycliffe's works to the flames (1410).⁸ As Huss nevertheless continued to preach in the Bethlehem chapel,⁹ he was accused at Rome. However, the King and Queen, the nobility and the University, took up his cause, and obtained a reconsideration of the excommunication which had immediately ensued,¹⁰ while Huss endeavored in several writings to defend himself as well as Wycliffe.¹¹ At length the universal opposition induced also the archbishop Sbynko to revoke his accusation of heresy.¹²

⁸ Alexander V.'s bull of 20th December, 1409, in Raynald. h. a. no. 89. On the Archbishop's conduct, Penzel, *ibid.* s. 565 ff.

⁹ See Huss's appeal from the proceedings of the Archbishop to the Pope John XXII., *Historia et Monum.*, i. p. 112 ss. The University also determined, 15th January, 1410, quod Universitas nullo modo consentit Archiepiscopo Pragensi Sbinconi cum suis Prælati in combustionem librorum Magistri Johannis Wiclef. Pelzel, Th. 2, *Urkundenbuch*, s. 130.

¹⁰ *Narratio et Scripta quaedam rev. Viri M. J. Huss, quibus occasiones, initia et progressus certaminum ipsius cum factione Pontificia explicantur*, in *Hist. et Monum.*, i. p. 109 ss. Pelzel, Th. 2, s. 577 ff., 585 ff., 591 ff.

¹¹ See Jo. Huss, *De Libris Haereticorum legendis* (*Hist. et Monum.*, i. p. 127), authorities for the statement: libri haereticorum sunt legendi non comburendi, dum in ipsis veritas continetur. Also, his *Actus pro Defensione Libri Jo. Wicleff de Trinitate Sancta publice celebratus*, ann. 1410, Dom. post fest. S. Jacobi (l. c. p. 131), e. g. p. 132: *Malum dico combustionem librorum, quae combustio nullum peccatum de cordibus hominum sustulit, sed veritates multas, et sententias pulchras et subtiles in scripto destruxit, et in populo disturbia, invidias, diffamationes, odia multiplicavit et homicidia, et Christianissimum Regem Bohemiae in suspicionem malam regionibus aliis stulte et improvide deputavit. Et super haec omnia concausans pariter contra Trinitatis testimonium verbum praedicationis evangelicae voluit alligare.* Also, his *Replica contra Anglicum Jo. Stokes, Wicleffi calumniatorem, celebrata Dom. post Nativ. Mariae, 1411* (p. 135). *Defensio quorundam Articulorum Jo. Wicleff*, ann. 1412 (p. 139). First comes a defense of the article: Illi, qui dimittunt praedicare, sive verbum Dei audire propter excommunicationem hominum, sunt excommunicati, et in die iudicii traditores Christi habebuntur. Then of the second (p. 146): Domini temporales possunt ad arbitrium suum auferre bona temporalia ab Ecclesiasticis habitualiter delinquentibus. Of the third (p. 156): Decimae sunt purae eleemosynae. Jo. Hussii *Replica contra Occultum Adversarium*, ann. 1411 (p. 168).

¹² How enraged the people of Prague were against the Archbishop, see Stephani Prioris Dolanensis *Antihussus* (written in 1412), c. 16; in Pezii *Thes. Anecd.*, t. iv. P. ii. p. 418: Reverendus Pater, Dominus Archiepiscopus olim Sbinco, sancto insistens labori pro illorum malorum et principaliter pro illius venenati capitis malorum Wicleff et ejusdem sacrilegarum doctrinarum exterminio, factus fuit ex inobedientia et rebellione illius Magistri Huss velut contemptibilis et pene fabula in populo, ita ut plerique insolentes vulgares ac ironicas de eodem viro Dei confingerent et decantarent cantiones (*Sbynyek Knyhy spalyl*, etc., more fully in Pelzel, ii. s. 568: Archbishop Sbynko, a scholar still in his alphabet, has burned books, without knowing what was written in them), publice per plateas contra justissimam—combustionem librorum hominis istius haereti-

But afterward, when Huss, with his friend Jerome of Prague, felt himself compelled by the Papal crusade-bull issued against

caae pravitatis. Both the contending parties, Huss and the Archbishop, came to an agreement, in July, 1411, that they would submit to a court of arbitration appointed by the King (Pelzel, ii. s. 585 ff.); this court came to this decision among others, that the Archbishop should report to the Pope that no errors prevailed in Bohemia. Huss purged himself from all suspicion by a confession of faith which he made on the first of September (see in Pelzel, ii. Urkundenbuch, s. 144 ff.). In this he makes the following among other statements—*fidenter, veraciter et constanter assero, quod a veritatis aemulis sinistre sedi Apostolicae sum delatus: false siquidem detulerunt et deferunt, quod docuerim populum, quod in sacramento altaris remanet substantia panis materialis. False, quod quando elevatur hostia, tunc est corpus Christi, et quando ponitur, tunc non est. False, quod sacerdos in peccato mortali non conficit. False, quod Domini a Clero auferant temporalia, quod decimas non solvant. False, quod indulgentiae nihil sunt. False, quod gladio materiali suaserim Clerum percutere. False, quod praedicaverim vel tenerim aliquos vel aliquem errores vel errorem, vel aliquam haeresim, vel quod seduxerim a via veritatis populum quoquo modo. False, quod causa extiterim, quod quidam Magistri Teutonici expulsi de Praga fuerint, cum ipsi nolentes almae Universitatis studii Pragensis tenere foundationis privilegium, nec serenissimi Principis—Wenceslai—Regis volentes parere mandatis licitis, putantes, quod absque eorum praesentia non valeret Pragensis Universitas subsistere, nullo pellente ad propria vel quo ipsis placuit recesserunt. Fateor autem me a reverendissimi in Christo Patris Domini Sbinckonis sententia ad sedem appellasse Apostolicam, demum a processibus, qui ex informatione sinistra a s. sede Apostolica emanarunt. Sinistre etenim veritatis aemuli, honoris sui et salutis immemores sedi Apostolicae suggererunt, quod in regno Boemiae in civitate Pragensi et Marchionatu Moraviae errores pullulassent et haereses, et multorum corda infecissent adeo, quod—necessarium foret correctionis remedium adhibere. False denique suggererunt, quod Capella Bethleem foret locus privatus, cum ipsa sit ab ordinario Episcopo locus in beneficium ecclesiasticum confirmatus, cujus destructio honorem Dei aliquantum in populo tolleret, animarum profectum minueret, causaret scandalum, et populum contra destructores non modice provocaret. Citatus autem personaliter ad Romanam Curiam, optabam comparere humiliter: sed quia mortis insidiae tam in regno quam extra regnum, praesertim a Teutonicis sunt mihi positae, ideo multorum fretus consilio judicavi, quod foret Deum tentare vitam morti tradere profectu Ecclesiae non urgente. Igitur non parvi personaliter, sed advocatos et procuratores constitui, volens sanctae sedi Apostolicae obedire. Quapropter, summe Christi Vicarie, humiliter vestrae Sanctitatis imploro clementiam, quatenus me a comparitione personali—benigniter absolvere dignetur, quia per Serenissimum—Wenceslaum—Regem, necnon per Reverendissimos Patres—Wenceslaum Patriarcham Antiochenum, Dominum Conradum Olomucensem Episcopum, Illustrem Principem Dom. Rudolphum Ducem Saxoniae s. Imperii Electorem, etc.—cum praefato reverendissimo in Christo Patre Domino Sbinckone sum totaliter concordatus; nam offerebam me ad respondendum omnibus et singulis objiciendis, etiam referens me ad totum auditorium, quod, si quid contra me deduceretur, vellem etiam ignis incendio nisi cederem emendari, etc. The Archbishop Sbynko wrote a letter to the Pope, which the King approved, in which he declared (Hist. et Monum., i. p. 111): *Errores haereticos in Regno Bohemiae, in civitate Pragensi, et Marchionatu Moraviae nescio, nec aliquis super hac re convictus est, pro qua foret aut fuisset ecclesiasticae puniendus. Ego etiam et Magister Joannes Huss, necnon caeteri Universitatis Studii Pragensis Doctores et Magistri super singulis dissensionibus atque rixis inter nos utrumque subortis—sumus plenarie concordati. Quapropter, beatissime Pater, famam praedicti Regni laudabilem ex pastoralis officio conservare desiderans, ad Vestrae Sanctitatis clementiam confugio, supplicando, quatenus super Christianissimo regno S. V. piis dignetur moveri visceribus, excommunicationem et censuras exinde ortas cessare et annullare.* But this letter was never sent, for Sbynko died on the 28th September, 1411.*

King Ladislaus in 1412,¹³ to protest with greater zeal than before against indulgences and other ecclesiastical abuses,¹⁴ and when

¹³ See § 130, note 20. The bull of indulgence, and another by which commissioners were appointed to preach the crusade and indulgences, may be seen in *Hist. et Monum.* i. p. 212 ss.

¹⁴ *Quaestio Mag. Jo. Huss, disputata ab eo, ann. 1412 (Hist. et Monum., i. p. 215), a treatise on the question: Utrum secundum legem Jesu Christi licet et expedit pro honore Dei, et salute populi, ac pro commodo regni bullas Papae de erectione crucis contra Ladislaum Regem Apuliae et suos complices Christifidelibus approbare?* He treats three points in the Bulla de erectione crucis, *indulgentiam omnium peccatorum, subsidia bellorum, et circa utraque ista modum.* With regard to the first, p. 216: est indulgere gratia concedere, —sive remittere vindictam, quam reus deberet pro excessu sustinere.—Sic autem indulgere peccatoribus est Deo proprium.—Sacerdotes Christi habent potestatem vere poenitentes absolvere a poena et a culpa.—Sacerdos potest sacramentaliter ostendere, sibi confitentem taliter absolutum, qui ad tantum couteritur, quod statim decedens sine poena purgatorii ad patriam perveniret, et hoc est sacerdotum absolvere.—P. 217: Unde sapientes Christi sacerdotes non asserunt simpliciter, quod confitens sit a peccatis solutus, sed sub conditione ista: si dolet, et nolit peccare amplius, et confidit de Dei misericordia, et vult imposterum mandata Dei observare.—Nullius Papae vel Episcopi prodest indulgentia homini, nisi de quanto prius se disposuerit apud Deum. With regard to the second: Licet saeculari brachio pugnare, et sibi subsidia ad bellandum praestare, habitis conditionibus caritatis.—Non licet Romano Pontifici, nec expedit sibi, vel cuicunque Episcopo vel Clerico pro dominatione saeculari, vel mundi divitiis pugnare. Compare the example of Christ, Luc. xxii. 51.—P. 218: Quomodo ergo Romanus Pontifex non timet in multorum hominum mortem per crucis erectionem et procuracionem stipendii consentire, immo praestare remissionem omnium peccatorum ex eo, quod quis Christianos quam plurimos trucidaret? Revera non cepit exemplum illud a Christo Jesu, qui invasus ab hostibus cum suo grege posillo, valens omnes uno verbo interimere, dixit patientissime, Jo. xviii. 8: *si me quaeritis, sinite hos abire.* P. 219: Litteris Papae, de crucis erectione contra Christicolae quidam obediunt ex ignorantia, ut Laici simplices, et omnes illi, qui in nullo putant resistendum jussioni Papae, male accipientes illud, Deut. xvii. 10–12. Ubi capiunt, quod omnis sententia Papae est tenenda, quod, inquit Doctor de Lyra, est manifeste falsum, quia sententia, inquit, nullius hominis, cuiuscunque auctoritatis, tenenda est, si contineat manifestam falsitatem sive errorem. P. 220: Videamus, si Salvator noster in casu simili ita fecit, et patebit in lege sua contrarium. Nam Luc. ix. 51 ss. dicitur: *Ipse Jesus faciem suam firmavit, ut iret in Hierusalem, et misit nuncios ante conspectum suum, et euntes intraverunt civitatem Samaritanorum, ut praepararent illi, et non receperunt eum, quia facies ejus erat euntis in Hierusalem. Jacobus et Joannes dixerunt: Domine, vis, dicimus, ut ignis descendat de caelo, et consumat illos, sicut Helias fecit. Et conversus increpavit eos dicens: nescitis, cujus spiritus estis. Filius enim hominis non venit animas hominum perdere, sed salvare.* Videat ergo Papa, cur personas utriusque sexus in exterminium, non dico Samaritanorum, sed Christianorum concitat sub obtentu remissionis peccatorum omnium: et non datur per eum alia causa, nisi nonsolutio pecuniae vasallatus Ladislai, et nonsusceptio ejus pro patre sanctissimo, ac rebellio et hostilis impugnatio, sicut sui nuncii et bullae protestantur. P. 221, in the Modus donationis indulgentiarum, the following points are censured, that all persons were placed under excommunication who should allow Ladislaus and his followers to find Christian burial; that all faithful men were summoned, ut ad Ladislai et sequentium rebellium exterminium se accingant; that the indulgence was also promised in return for support in money and so on. P. 228: Res corporalis quantumcunque parvi pretii non debet emi, nisi cum ista prudentia, quod emptor de vendito probabiliter sit securus. Sed Papa non potest assurecare aliequem, quod post mortem vel ante tantam indulgentiam habeat. Ideo probabiliter est tale commercium dimittendum. Papa enim subducta revelatione nescit de aliquo, nec de se ipso, si sit praedestinatus a Domino: quod si praecitus fuerit, non proderunt sibi tales indulgentiae ad beatudinem contra ordinationem

he had stirred up the people to the highest pitch of anger against the evil,¹⁵ then nothing could appease the Papal indignation any

Domini aeternaliter ordinantis. Ideo cum Papa non potest generaliter procurare tales indulgentias sibi ipsi, est multis evidens, quod tales indulgentiae sunt suspectae: non enim obstat fidei, quod multi Papae, qui concesserunt verbaliter amplas indulgentias, sunt damnati: quomodo igitur possunt defendere suas indulgentias coram Deo? P. 229: Positis indulgentiis papalibus a poena et a culpa, ut praemittitur, videtur, quod potest Papa purgatorium destruere. Probatur. Quia potest Papa quemlibet in agone contritum et confessum a poena et a culpa absolvere, et cuilibet potest dare illam gratiam post se in futurum, et non obstat aliquid, nisi forte invidia vel negligentia. Det ergo cuilibet in futurum, et dato illo nullus venit ad purgatorium, quo dato omnes vigiliae, missae defunctorum, oblagia, largae eleemosynae, anniversaria, omnia alia suffragia, ut commemorationes perpetuae, dotationes Capellanorum, extructiones claustrorum et altarium, pro hujusmodi hominibus forent frustra.—Sed istud consequens Clerum non modice conturbaret. Unde vel oportet eos negare habere potestatem hujusmodi ad dandum sic indulgentias, vel incidere in consequens jam indictum. Si autem dicitur, quod licet habet potestatem dare Papa sic indulgentias, non tamen debet, nisi ex causa rationabili, scilicet quando impugnatur, vel indiget pecuniis: revera orandum erit fidelibus, ut impugnetur, et indigeat pecuniis, quia tunc thesaurum Ecclesiae fidelibus aperiet ad salutem. P. 232: the words of Jeremiah apply, c. vi. 13, and c. viii. 10: *a minimo usque ad maximum omnes avaritiae student, et a Propheta usque ad sacerdotem cuncti faciunt dolorem*. Omnes enim datores indulgentiarum, quaestores de voto, et praedicatores erectionis crucis student mirabiliter avaritiae, omnem sollicitudinem Diaboli cauteosam apponentes, nunc praedicando, quod summa venit populis gratia, nunc quod coelum est eis apertum, nunc quod progenitores possunt per illas indulgentias redimere, nunc quod qui negligit tantam gratiam, perdit vitam aeternam, nunc literas absolutionis care vendendo, nunc peregrinationem debitam ex voto pecuniis et alia vota compensando. Huss also wrote, *Contra Bullam Papae Jo. XXIII. Replica*, l. c. p. 235, in which he concisely exposes ten *inconvenientia* in it. E. g. Praedicandum est ergo populo, ut promulgatione indulgentiarum non seducantur, quia indulgentiae nihil valent, sicut nec aliud bonum opus ad consequendam beatitudinem, nisi homo relinquat peccatum, dolens de praeterito, et cavens finaliter, diligenter et continue de futuro. Si enim de omnibus peccatis poenitentiam egerit, et mandata Dei custodierit, omnium peccatorum remissionem et poenae aeternae obtinebit.—Item praedicandum est ipsi populo, ut caveat, ne per reliquias spoliatur: quia sanctorum reliquiae non sunt pro exquirendis pecuniis exponendae.—Item praedicandum est populo, ne in confessionibus permittat se simoniace spoliare per taxam, vel per injunctionem offerendi, vel missas comparandi, vel alio modo illicito.—Item praedicandum est illud Augustini, lib. 2, ad Julianum: non tollit peccata, nisi solus Christus.—Ex isto docendus est populus, ut credat, quod solus Deus habet mundare animam ab interiori macula, et quod nullus homo potest dimittere cuiquam peccata, nisi Deus prius dimiserit.—Et iterum docendus est populus, quod ad remissionem peccatorum requiritur poenitentia interior.—He also wrote *Opusculum de sex Erroribus* (l. c. p. 237), qui Clerum et magnam partem populi infecerunt. These errors are: 1. quod cuilibet sacerdos missando creat corpus Christi, et efficitur pater et creator sui creatoris (viz., non creatur, sed in manibus sacerdotum conficitur. *Creator* is God alone); 2. quod credendum est in b. Virginem, vel in Papam, vel in Sanctos, cum tamen solum in Deum veraciter est credendum (credere homini, and in hominem, are two different things); 3. quod sacerdotes, cui volunt, possunt remittere peccata, et absolvere a poena et a culpa; 4. quod subditi debent suis superioribus in omnibus praeceptis, licitis sive illicitis, obedire; 5. quod omnis excommunicatio, sive justa sive injusta, ligat excommunicatum, et nocet sibi, et separat eum a communione Christifidelium, et privat eum Ecclesiae sacramentis; 6. error simoniacae haeresis, qua Clerus est pro majori parte, proh dolor, maculatus.

¹⁵ Theobald's Hussitenkrieg, s. 25. Pelzel's *Lebensgesch. des Königs Wenzel*. Th. 2, s. 608 ff. Jerome demeaned himself with the greatest violence; he had the bull fas-

longer. Wycliffe's works were condemned in a synod at Rome;¹⁶ Huss was laid under excommunication, and the place where he resided under interdict (1413). Huss now appealed from the Pope to Christ himself,¹⁷ composed in his defense the *Tractatus de Ecclesia*,¹⁸ his principal work, then retired from Prague to

tened to an unchaste woman, carried through the town, and burned. Several of Huss's adherents contradicted in Church the preachers who announced the indulgence. When three men were executed on this account the disturbance increased still more (compare also on this point *Stephani Prioris Dolanensis Antihussus*, c. 5, in *Pez*, iv. ii. p. 380). The king Wenceslaus also was greatly enraged, and wrote a letter of remonstrance to the Pope (see this letter in *Pelzel's Lebensgesch. des Königs Wenceslaus*, Th. 2, *Urkundenbuch*, s. 151) against the shamelessness of the promises and the avarice of the sellers of indulgences.

¹⁶ *Mansi* xxvii., p. 505.

¹⁷ See the appeal, *Hist. et Monum.*, i. p. 22.

¹⁸ *Tractatus de Ecclesia* (*Hist. et Monum.*, i. p. 243). Cap. 1: *Ecclesia sancta catholica i. e. universalis est omnium prædestinatorum universitas, quæ est omnes prædestinati præsentis, præteriti et futuri.* Cap. 2: *tripartitur, scil. in Ecclesiam triumphantem, militantem et dormientem. Ecclesia militans est numerus prædestinatorum, dum hic viat ad patriam.—Ecclesia dormiens est numerus prædestinatorum in purgatorio patiens.—Ecclesia triumphans est beati in patria quiescentes, qui adversus Satanam, militiam Christi tenentes, finaliter triumpharunt. Una autem magna Ecclesia erit ex omnibus illis in die judicii.* Cap. 3: *Sicut aliquid est in humano corpore, quod non est pars ipsius corporis, ut sputum, phlegma, stercus, apostema vel urina, et illud non est de corpore, cum non sit pars corporis; aliud vero est in humano corpore tanquam pars ejus, ut omne membrum ejus: sic aliquid est in corpore Christi mystico, quod est Ecclesia, et tamen non est de Ecclesia, cum non sit pars ejus, quomodo est omnis Christianus præscitus, de ipso corpore tanquam stercus finaliter egerendus. Et sic aliud est esse de Ecclesia, aliud esse in Ecclesia.—Quadruplex est habitudo viatorum ad sanctam matrem Ecclesiam. Quidam enim sunt in Ecclesia nomine et re, ut prædestinati obediens Christo catholici. Quidam nec re, nec nomine, ut præsciti pagani. Quidam nomine tantum, ut præsciti hypocritæ. Et quidam re, licet videantur nomine esse foris, ut prædestinati Christiani, quos Antichristi Satrapæ videntur in facie Ecclesiæ condemnare.—Dupliciter homines possunt esse de s. matre Ecclesia, vel secundum prædestinationem ad vitam æternam, quomodo omnes finaliter sancti sunt de s. matre Ecclesia, vel secundum prædestinationem solum ad præsentem justitiam, ut omnes, qui aliquando accipiunt gratiam remissionis peccatorum, sed finaliter non perseverant.—Sicut Paulus fuit simul blasphemus secundum præsentem injustitiam, et de s. matre Ecclesia,—atque in gratia secundum prædestinationem vitæ æternæ: sic Scarioth fuit simul in gratia secundum præsentem justitiam, et nunquam de s. matre Ecclesia secundum prædestinationem vitæ æternæ.* Cap. 4: *solus Christus est caput universalis Ecclesiæ.* Cap. 6: *Ecclesia malignantium est corpus Diaboli, cujus ipse est caput.* Cap. 7: *quod Romanus Pontifex cum Cardinalibus non sit totum corpus universalis Ecclesiæ, sed pars, nec Papa sit caput, sed Christus.* *Matth. xvi. 18*, is here explained thus: *tu es Petrus, i. e. confessor Petræ veræ, qui est Christus, et super hanc petram, quam confessus es, i. e. super me ædificabo ecclesiam meam.—Romana Ecclesia est totalis Ecclesia militans, quam Deus plus diligit, quam aliquam ejus partem.* Cap. 8: *credere, quod homini est ad beatitudinem necessarium, est veritati tanquam a Deo dictæ sine hæsitacione adhaerere firmiter. Pro qua veritate ratione certitudinis debet homo mortis periculo exponere vitam suam. Et isto modo tenetur quilibet Christianus credere explicite vel implicite omnem veritatem, quam s. Spiritus posuit in Scriptura. Et isto modo non tenetur homo dictis sanctorum præter Scripturam, nec Bullis papalibus credere, nisi quod dixerint ex Scriptura vel quod fundaretur simpliciter in Scriptura. Sed potest*

Hussinecz, and here continued his labors, sometimes by preach-

opinative homo credere Bullis, quia tam Papa quam sua Curia potest falli propter ignorantiam veritatis. De illa enim verificatur, quod fallit et fallitur: fallit Papam lucrum, et fallitur propter ignorantiam. Cap. 9: Ex his patet, quomodo Christus est fundamentum Ecclesiae, et quomodo Apostoli sunt fundamenta. Christus antonomastice, quia ab ipso incipit, et in ipso finitur, et per ipsum finitur constitutio Ecclesiae. Prophetas vero et Apostoli sunt fundamenta, quia ipsorum auctoritas portat infirmitatem nostram. —Solum Christus est caput,—Petrus non fuit nec est caput sanctae Ecclesiae catholicae,—fuit capitaneus inter Apostolos, et fuit fundamentum Ecclesiarum, ut in proximo dictum est de Apostolis.—Quare autem Christus Petrum post se capitaneum et pastorem constituit, fuit praeeminentia virtutum ad regendam Ecclesiam.—Tres autem erant virtutes, in quibus Petrus praecelebat, fides, humilitas et caritas.—Si jam dictis virtutum viis incedit vocatus Petri vicarius, credimus, quod sit verus ejus Vicarius, et praecipuus Pontifex Ecclesiae, quam regit. Si vero vadit viis contrariis, tunc est Antichristi nuncius, contrarius Petro, et Domino Jesu Christo. Cap. 10: Cum Christus dicit Petro, *tibi dabo claves regni caelorum*, i. e. potestatem ligandi solvendiue peccata, in persona Petri dixit toti Ecclesiae militanti, non quod quaelibet persona illius Ecclesiae indifferenter habeat illas claves, sed quod tota illa Ecclesia secundum singulas ejus partes ad hoc habiles habeat illas claves.—Non potest homo solvi a peccato, nec remissionem peccatorum recipere, nisi Deus ipsum solverit, vel ei remissionem dederit.—Unde vesane insaniunt Presbyteri, qui putant vel dicunt, se ad suum votum solvere vel ligare sine absoluteione vel ligatione prima Christi Jesu.—Cavere ergo debet Christi discipulus a fallacia Antichristi, dum sic arguitur: quodcumque Vicarius Christi ligaverit super terram, erit ligatum et in coelis, sed hunc fidelem Laicum, nolentem sibi dare pro absoluteione pecuniam, ligat supra terram, ergo ligatur in coelis:—sed hunc incontritum volentem dare pecuniam solvit supra terram, ergo est solutus et in coelo.—Nam quicumque homo rite poenitens solutus fuerit super terram a Christi vicario in terra, etiam solvitur in coelo.—Quilibet sacerdos Christi rite ordinatus habet potestatem sufficientem quaelibet sacramenta sibi pertinentia conferendi, et per consequens vere contritum a peccato absolventi.—Quomodo autem ista potestas fuit par in Apostolis, habetur Dist. 21, in *Can. In novo*.—Unde stultum foret credere, quod Apostoli nullum donum spirituale a Christo receperant, nisi quod fuerat a Petro ad ipsos simpliciter derivatum. Nam omnibus dixit, Matth. xviii. 18: *quaecumque solveritis super terram*, etc.—Cap. 11: Multi Sacerdotes emungunt ex illo, Matth. xviii. 18, et ex illo Christi dicto, Matth. xxiii. 2, 3—quod debet eis quilibet subditus in omnibus obedire, et sic ipsi sacerdotes quicquid sonat eis ad libitum in Christi Evangelio, sine correspondente caritativo ministerio, pro sua gloria clamorose sibi adscribunt. Sed quod sonat in laborem, in abjectionem mundialem, et in sequelam Jesu Christi, illud aspernantur, tanquam sibi contrarium, vel fingunt se id tenere, et non tenent.—Quia contra Cleri pestiferi crimina sacerdotes Christi praedicarunt, ideo orta est dissensio, ex eo quod Clerus pestem scandali inferens populo, nolens pati praedicationem suae pesti contrariam, contra Evangelium praedicantes et pestem eorum sanare volentes per verbum Domini malitiose volens praedicationem extinguere consurrexit.—Cap. 12: Huss next betakes himself to the refutation of a work issued against him by eight doctors of divinity at Prague, at whose head was Stephanus Palez. They had appealed to the passage of the bull *Unam sanctam*: Subesse Romano Pontifici, omni humanae creaturae est de necessitate salutis. To which he answers: Jesus Christus est Romanus Pontifex, sicut est caput universalis ac cujuslibet particularis Ecclesiae. Accordingly, not even the Apostles had called themselves—Papae sanctissimos, capita universalis Ecclesiae, vel universales Pontifices, therefore also Gregory the Great had pleaded so strongly against the latter expression (see vol. i., § 117, note 31). Non sic heu quaerunt moderni Pontifices, qui sine virtutum moribus, in nudo nomine gloriantur, fingentes, quod ratione officii vel dignitatis ecclesiasticae ipsis nomen competit sanctitatis. Sed si hoc haberet rationem, tunc Judas debuisset vocari sanctus Apostolus. Cap. 13: In this and the following chapters he betakes himself to the refutation of six statements of his opponents: I. Papa est caput s. Romanae Ecclesiae. II.

ing in the open fields,¹⁹ sometimes by writing still in his former style.²⁰

Meanwhile the Council of Constance was opened. Huss felt the less scruple about presenting himself before the council, in obedience to the summons of the Emperor Sigismund, because his orthodoxy was attested by all parties in Bohemia, even by the Papal inquisitor there;²¹ and so, provided with a letter of safe-

Collegium Cardinalium est corpus s. Romanae Ecclesiae. III. Papa est manifestus et verus successor Principis Apostolorum Petri. IV. Cardinales sunt manifesti et veri successores collegii aliorum Apostolorum Christi. V. Pro regimine Ecclesiae per universum mundum oportet semper manere hujusmodi manifestos veros successores in tali officio Principis Apostolorum Petri, et aliorum Apostolorum Christi. VI. Non possunt inveniri vel dari supra terram alii tales successores, quam Papa existens caput et collegium Cardinalium existens corpus Ecclesiae Romanae. He first argues against them in general: Omnis veritas in religione Christi sequenda, et solum ipsa vel est veritas a sensu corporeo cognita, vel ab intelligentia infallibili inventa, vel per revelationem cognita, vel in divina posita Scriptura. But this is the case with not one of these six points: igitur nullus sex punctorum est veritas in religione Christi sequenda. The arguments against I. and II. amount to this, that Christ alone is the Head of the catholic Church, that popes and cardinals have not always even been *praedestinati*, and members of the Church. Cap. 15, against point V.: Ecclesia potest aequè bene regi a sanctis sacerdotibus, demptis illis duodecim cardinibus, sicut regebatur per trecentos annos et amplius post ascensionem Christi. Against point VI.: Christus est caput sufficientissimum.—Si non potest Deus dare alios veros successores (Apostolorum), quam sunt Papa et Cardinales; sequitur quod potentia Caesaris,—instituendo Papam et Cardinales, potentiam Dei limitaret.—Nam Caesar Constantinus post annos trecentos Papam instituit. Romanus enim Pontifex fuit consocius aliis Pontificibus usque ad donationem Caesaris, cujus auctoritate coepit capitaliter dominari.—Oportet considerare sectam Cleri duplicem, scilicet Clerum Christi et Clerum Antichristi. Clerus Christi quietatur in suo capite Christo ac suis legibus. Clerus vero Antichristi vel totaliter vel praeponderanter innititur legibus humanis et legibus Antichristi, et tamen palliatur esse Clerus Christi atque Ecclesiae, ut populus simulatius seducatur.—Clerus Antichristi instat attentius pro traditionibus humanis, et pro privilegiis, quae fastum vel lucrum saeculi sapiunt, defendendis, vultque gloriose, voluptuose et Christo dispariter vivere, postergans penitus imitationem in moribus Domini Jesu Christi. Sed Clerus Christi laborat assidue pro legibus Christi et ejus privilegiis, quibus bonum spirituale acquiritur ostendendum, fugitque fastum et voluptatem saeculi, quaerit conformiter Christo vivere, attendens diligentissime sequelam Domini Jesu Christi. Cap. 17: Nec dubium, quin Papae et Cardinalibus est obediendum, dum docuerint veritatem juxta legem Dei:—si autem Rabbi, *i. e.* Magistri vel magni, ut dicit Lyra, seu Papae vel Cardinales, praeceperint vel docuerint aliquid praeter veritatem, etiam cum tota Curia Romana, non est fideli parendum, dum cognoverit veritatem. Cap. 18 is a justification of his opposition to the Pope. Cap. 19–21: when prelates are to be obeyed. Cap. 22 and 23 are on the injustice and illegality of the censures pronounced against Huss.

¹⁹ Pelzel's *Lebensgesch. des Königs Wenceslaus*, Th. 2, s. 618 f.

²⁰ See the letters which he wrote during this period, *Hist. et Monum.*, i. p. 117 ss. That the work, *De Sacerdotum et Monachorum abhorrenda Abominatione*, and some others, do not belong to Huss nor to this year, but to Matthias of Janow, see above, § 124, note 8.

²¹ Huss, in several placards and published letters (see *Hist. et Monum.*, i. p. 2), challenged any one who could, in Prague and throughout Bohemia, to convict him of a single heresy. The Papal inquisitor, Nicolaus Episc. Nazarethanus, assured him in

conduct from the Emperor,²² he made his entrance into Constance on the third of November, 1414.²³ However, the prejudice already existing against him in the council as a realist, and the author of the expulsion of the Germans from Prague, was still farther increased by the tidings which arrived at the same time with him, that James of Misa, a parish priest at Prague, was again claiming the cup in the Lord's Supper for the laity. It was more generally thought that this innovation was to be ascribed to the Hussite heresy, as Huss expressed himself in favor of it.²⁴ But the more zealously the council worked for a reforma-

writing, that he was accused by no man, and declared before a notary and witnesses (l. c. p. 3): Ego multis et pluribus vicibus Magistro Joanni Hus conversatus sum, secum comedendo et bibendo, et sermonibus suis saepe interfui, ac collationes plures de diversis sacrae Scripturae materiis faciendo, nunquam aliquem in ipso inveni errorem vel haeresim, sed in omnibus verbis et operibus suis ipsum semper verum et catholicum hominem reperi.

²² This may be seen in *Hist. et Monum.*, i. p. 2. The Emperor declares: honorabilem Magistrum Johannem Hus—in nostram et sacri Imperii protectionem recepimus et tutelam, and charges all persons in authority, ipsum—omni prorsus impedimento remoto transire, stare, morari et redire libere permittatis, sibi que et suis, cum opus fuerit, de securo et salvo velit et debeatis providere conductu, ad honorem et reverentiam nostrae Majestatis.

²³ V. d. Hardt, *Conc. Const.*, iv. p. 11.

²⁴ Huss, being consulted on the point from Prague, before his imprisonment examined the question by Holy Scripture and the fathers of the Church. See *Hist. et Monum.*, i. p. 52 ss. His conclusion was: videtur quod licet et expedit Laicis fidelibus sumere sanguinem Christi sub specie vini. Nam licet corpus et sanguis Christi sit sub utraque forma sacramentali: tamen Christus non sine ratione, nec gratis instituit utrumque modum sacramentalem suis fidelibus, sed ad magnum profectum. Nam modus manducandi sacramentalis sub forma panis est specialis modus figurandi et excitandi efficaciter ad manducationem spiritualem. Et modus sacramentalis bibendi sub forma vini est specialis modus figurandi et excitandi mentem ex institutione Christi ad gustandum suaviter effusionem Christi sanguinis, quem effudit.—Ex quo patet, quod sicut sacerdos digne sumens sub utraque specie non sine causa sumit: sic et devotus Laicus potest licite sumere, cum eadem sit ratio quoad sumptionem corporis et sanguinis utrobique. Here, as elsewhere afterward, he expressed himself on this question with much greater moderation than James of Misa had done. His friends in Bohemia sent a letter to him in his prison at Gottleben, by the hands of the knight, John von Chlum, on the 31st May, 1415 (v. d. Hardt, *Conc. Const.*, iv. p. 291): Rogamus intime, quod motivam et finalem intentionem vestram de communione calicis, si videbitur, praesenti chartae inferatis, amicis tempore suo monstrandam. Quia fratrum adhuc aliqualis est scissio, et propter illud multi turbantur, ad vos et arbitrium vestrum juxta scripta quaedam se referentes. Huss answered them: De sacramento calicis habetis scriptum, quod scripsi in Constantia, in quo sunt motivae. Et nescio aliud dicere, nisi quod Evangelium et epistola Pauli sonant directe, et tentum fuit in primitiva Ecclesia. Si potest fieri, attentetis, ut saltem permittatur per bullam illis dari, qui ex devotione postulaverint, circumstantiis adhibitis. But after that the council had condemned the *Communio sub utraque* of the laity, on the 15th June, 1415 (see § 145, note 6), Huss wrote more decisively to a certain Dominus Haulikon on the 21st June, 1415 (*Hist. et Monum.*, i. p. 80): Noli resistere sacramento calicis Domini, quem Christus per se et per suum Apostolum instituit, quia nulla scriptura est in oppositum, sed sola consuetudo, quae, ut aestimo,

tion in the constitution of the Church, in the same proportion did it appear to be penetrated with the necessity of maintaining with the greatest strictness the existing state of things, in all points which any way trenched upon doctrine, that the reforming principle might not be changed into one of destruction. On the 28th November, 1414, Huss was thrown into prison and accused of heresy. Although his cause was espoused with much zeal from Bohemia,²⁵ still he was treated with increasing severity. Without any opportunity of defending himself, an unconditional recantation was required from him;²⁶ and as he refused to accede to

ex negligentia inolevit. Jam non debemus consuetudinem sequi, sed Christi exemplum et veritatem. Modo Concilium allegans consuetudinem damnavit communionem calicis quoad Laicos, ut errorem, et qui practicaverit, nisi respiscat, tanquam haereticus puniatur. Ecce malitia Christi institutionem jam ut errorem damnat. Rogo propter Deum, ut non impugnes Magistrum Jacobellam, ne fiat scissio inter fideles, de qua gaudet Diabolus. Etiam, carissime, praepara te ad passionem in manducatione et communione calicis, et sta fortiter in veritate Christi, timore illicito postposito, etc.

²⁵ Two letters from Bohemian barons to the Emperor, of January, 1415, may be seen in *Hist. et Monum.*, i. p. 96; v. d. Hardt, *Conc. Const.*, iv. p. 32; a third is given by Mai, *Hist. et Mon.*, i. p. 97. There are three letters of the Bohemians to the council, *Hist. et Mon.*, i. p. 9 ss; v. d. Hardt, iv. p. 188, 212, 288. The Bohemians appealed to the safe-conduct, and complained that Bohemia was represented as an entirely heretical country, especially (*Hist. et Mon.*, i. p. 10; v. d. Hardt, iv. p. 189) of the falsehoods which were current at Constance, quoniam sacramentum pretiosissimi sanguinis Domini per Bohemiam jam in vasculis non consecratis (in v. d. Hardt, in *flascionibus*) deportarent, quodque sutores jam confessiones audirent, et sacrosanctum corpus Dominicum aliis ministrarent. But the *Episc. Luthomislensis* asserted, in his reply before the council, that, according to credible information which he had received, all this was true in the main (*Hist. et Mon.*, i. p. 10; v. d. Hardt, iv. p. 210).

²⁶ A Bohemian clergyman, named Michael de Caussis, first handed in to the Pope a series of articles of accusation against Huss (see *Hist. et Mon.*, i. p. 7). Afterward John Gerson drew from the book *De Ecclesia* nineteen articles, which he pronounced—heretic^{al} et ut tales judicialiter condemnandi (l. c. p. 29 s.). Huss made his first appearance before the synod on the 5th June, 1415, but he could not make himself heard in the general outcry (v. d. Hardt, iv. 306 ss.). On the seventh of June he was examined before the council, in the presence of the Emperor, on several of the articles brought against him by Michael de Caussis (l. c. p. 308 ss.; *Hist. et Mon.*, i. p. 15 ss.). First, he was to be convicted of having taught, quod post consecrationem et pronunciationem verborum in coena Domini manet panis materialis, although he denied this in the most solemn manner. To another charge, quod pertinaciter articulos erroneos Wicleff docisset in Bohemia et defendisset, he replied, that he certainly did not hold to be heretical all the articles of Wycliffe which were condemned by the Roman synod; for instance, not this, quod Sylvester Papa et Constantinus erraverint, Ecclesiae illas donationes conferendo; quod Papa vel Sacerdos existens in peccato mortali neque consecret neque baptizet (which last article he had, however, limited as follows, quod indigne consecret et baptizet); quod decimae sunt purae eleemosynae. Then he was asked, habueritne absolutionem a Pontifice Romano, and, liceretne ad Christum provocare, and whether he had said, se optare, ut anima sua in eodem loco, ubi anima Wicleff, esset: He denied the first question; his affirmation of the latter two caused much laughter in the council. A new charge was, that he had advised the people, ut iis, qui adversarentur suae doctrinae, gladio resisteret exemplo Mosis. Huss declared, se monuisse populum, cum

this, on the 6th of July, 1415, he suffered death by fire.²⁷ In order to satisfy the Emperor with regard to the breach of his safe-conduct, the council issued the shameless decree that no faith was to be kept with a heretic.²⁸

praedicaret dictum Apostoli de galea salutis et gladio, ut illo se accingerent omnes, et defenderent evangelicam veritatem; seque diserte dixisse propter calumnias, non gladio materiali, sed eo, qui est verbum Dei. Moreover, it was alleged against him, quod ex doctrina Hus multa scandala exorta sunt. Primum seminavit discordias inter ecclesiasticum et politicum statum, unde persecutio Cleri et Episcoporum, eorumque spoliatio consecuta est. Deinde quod scholam quoque Pragensem per discordias dissolvit. Huss denied both charges. He was then called to account for the expression, nisi sua sponte Constantiam venire voluisset, neque Bohemiae Rex neque Imperator se cogere ad id potuissent, which Huss explained by the power of the nobles, his adherents. Afterward, on the 8th of June, thirty-nine articles drawn from his works were laid before him, on which he was to explain himself (v. d. Hardt, iv. p. 314; Hist. et Mon., i. p. 19 ss.). There were twenty-six articles from his work De Ecclesia, seven from his Liber contra Stephanum Paletz, six from the Lib. contra Stanislaum de Snoima. They mostly referred to the doctrine that none but the predestinate belong to the Church, and so that even a Pope might not be a member of the Church; others related to the treatment of heretics, the power of the clergy, the virtue of excommunication, and the possibility that the Church might be governed even without a Pope. Many false deductions were fathered upon him, these he set aside by referring to his own words; of his statements, he revoked not one. He was then in vain required to recant by the council, and by the Emperor (v. d. Hardt, iv. p. 325). He even refused a milder form of recantation proposed to him by the cardinal Bishop of Ostia (l. c. p. 329). Unshaken constancy is displayed in his letters written at this time, in which he gives an account of his trial. Hist. et Mon., i. p. 84 ss.

²⁷ See the manner in which the sentence was passed and executed in Hist. et Mon., i. p. 33 ss.; v. d. Hardt, iv. p. 389 ss.; cf. Narratio historica de Condemnatione et Supplicio Jo. Hus, by a contemporary, Hist. et Mon., ii. p. 515 ss. Among the heresies with which he was charged, it was not only repeated in spite of all his protests, quod post consecrationem in sacramento altaris remaneat panis materialis, but also a new one was added, quod ille sanctissimae Triadi quartam adjecisset personam (v. d. Hardt, iv. p. 392 s.). The private archives of Königsberg contain a contemporary history of the Council of Constance in MS., in which the trial of John Huss is described with especial accuracy; see Jahrbücher Joh. Lindenblatts von Voigt u. Schubert, s. 299. Anm. The pretended prophecy of Huss, hodie anserem uritis, sed ex meis cineribus nascetur cygnus, quem non assare poteritis, seems to have risen in Luther's time. It appears, Opp. Lutheri. t. v. Altenb. p. 599; viii. p. 864; ix. p. 1562; and seems to have been formed partly from a passage in one of Huss's letters, which he wrote from Constance to the men of Prague (Hist. et Mon., i. p. 121): Prius laqueos, citationes et anathemata anseri (Hus is *goose* in the Bohemian language) paraverunt, et jam nonnullis ex vobis insidiantur. Sed quia anser, animal cicur, avis domestica, suprema volatu suo non pertingens, eorum laqueos [*non*] rupit, nihilominus aliae aves, quae verbo Dei et vita volatu suo alta petunt, eorum insidias conterent; partly from the words of Jerome at his execution; see Narratio de Mag. Hieron. l. c. ii. p. 531: Vobis certum est me inique et maligne condemnare, nulla noxa etiamnum inventa. Ego vero post fata mea vestris conscientiis stimulum infigo et morsum, ac appello ad celsissimum simul et acquissimum judicem Deum omnipotentem, ut coram eo centum annis revolutis respondeatis mihi. Cf. Manso an vere de M. Lutheró vaticinatus sit Jo. Huss, in his Vermischte Abhandlungen und Aufsätze. Breslau, 1821. s. 157 ff.

²⁸ At first Sigismund wished to keep his safe-conduct unbroken, and to set Huss at liberty (v. d. Hardt, iv. p. 26), but afterward he allowed himself to be persuaded that it was necessary to the freedom of the council to proceed against a heretic without hin-

Jerome of Prague had, indeed, left Constance on account of the impending danger, but he was arrested at Hirschau in the Upper Palatinate, and brought back to Constance. Shaken by the severity of his imprisonment, he consented to recant in September, 1415; but as the accusations against him were nevertheless continued, he took courage, revoked his recantation, and was burned to death on the 30th of May, 1416.²⁹

§ 151.

HISTORY OF THE HUSSITES TILL THE RATIFICATION OF THE COMPACT OF IGLAU (1436).

James of Misa,¹ commonly called Jacobellus, priest of the

derance (l. c. p. 32). Ferdinand, king of Aragon, also impressed upon the Emperor that he ought not to rescue a heretic from the punishment of death, because of his safe-conduct, quoniam non est frangere fidem in eo, qui Deo fidem frangit (see the letter, dd. 18. Apr., 1415, in Schelhorn's *Ergötzlichkeiten aus der Kirchenhistorie u. Literatur*, Bd. 1, s. 217 ff.). The decree of the council, dd. Sess. Gen. XIX., d. 23. Sept., 1415, is in v. d. Hardt, iv. p. 521): *Præsens sancta Synodus ex quovis salvo conductu, per Imperatorem, Reges et alios saeculi Principes haereticis, vel de haeresi diffamatis, putantes eosdem sic a suis erroribus revocare, quocunque vinculo se astrinxerint, concessio, nullum fidei catholicae, vel jurisdictionis ecclesiasticae praedictum generari, vel impedimentum praestari posse seu debere, declarat, quominus salvo dicto conductu non obstante liceat iudici competenti ecclesiastico de hujusmodi personarum erroribus inquirere, et alias contra eas debite procedere, easdemque punire, quantum justitia suadebit, si suos pertinaciter recusaverint revocare errores, etiamsi de salvo conductu confisi ad locum venerint iudicii, alias non venturi.* Besides this there was the special decree, *De salvo conductu Hussonis*, which v. d. Hardt, l. c., is the first to make known: *Quia nonnulli nimis intelligentes, aut sinistrae intentionis, vel forsitan solentes plus sapere, quam oportet, nedum Regiae Majestati, sed etiam sacro, ut fertur, Concilio linguis maledictis detrahunt, publice et occulte dicentes vel innuentes, quod salvus conductus, per invictissimum Principem Dominum Sigismundum Romanorum et Ungariae, etc., Regem quondam Johanni Huss haeresiarchae damnatae memoriae datus, fuit contra justitiam aut honestatem indebite violatus: cum tamen dictus Johannes Huss fidem orthodoxam pertinaciter impugnans, se ab omni conductu et privilegio reddiderit alienum, nec aliqua sibi fides aut promissio de jure naturali, divino vel humano fuerit in praedictum catholicam fidei observanda: idcirco dicta sancta Synodus praesentium tenore declarat, dictum invictissimum Principem circa praedictum quondam Johannem Huss non obstante memorato salvo conductu ex juris debito fecisse quod licuit, et quod decuit Regiam Majestatem: statuens et ordinans omnibus et singulis Christifidelibus,—quod nullus deinceps sacro Concilio aut Regiae Majestati de gestis circa praedictum quondam Johannem Huss detrahat, sive quomodolibet obloquatur. Qui vero contrarium fecerit, tanquam fautor haereticae pravitatis et reus criminis laesae Majestatis irremissibiliter puniatur.*

²⁹ See *Narratio de Mag. Hieronymo Pragensi pro Christi nomine Constantiae exusto*, in *Hist. et Mon.*, ii. p. 522 ss. *Alia de eodem narratio*, l. c. p. 528 ss. Poggius Florentinus, in *Ep. ad Leonardum Aretinum*, l. c. p. 532 ss., and in v. d. Hardt, iii. p. 64 ss., gives an account of his death as an eye-witness, and bears him witness: *Jucunda fronte et alacri vultu ad exitum suum accessit: non ignem expavit, non tormenti genus, non mortis. Nullus unquam Stoicorum fuit tam constanti animo, tamque forti mortem peressus, quam iste appetiisse videtur.*

¹ Named from Misa, a small town in the Pilsner district in Bohemia, not, as many

church of St. Michael at Prague, at the instigation of Peter of Dresden,² began, toward the end of the year 1414, to administer the cup in the Lord's Supper to the laity, as necessary to salvation. In so doing he met with great favor, and from the time that Huss had declared his opinion at Constance, not indeed of the unconditional necessity, but still of the fitness of this reform,³ he found Huss's numerous adherents so decidedly on his side, that henceforth the claim for the cup in the Lord's Supper was one of the chief peculiarities of the Hussites.⁴ In the controversy which

formerly thought, from Misnia; see Pelzel, in the *Abhandlungen einer Privatgesellschaft in Böhmen*, Bd. 6 (Prag, 1784. 8), s. 299. J. Chr. Martini *Diss. de Jacobo de Misa. Altdorfii*, 1753. 4.

² J. Chr. Schreiber, *Diss. de Petro Dresdensi*. Lips., 1678. 4.

³ See § 150, note 24.

⁴ The origin of this innovation is related by Aeneas Sylvius, *Hist. Bohem.*, c. 35: *Nondum error de sacramento altaris irrepserat* (at the time when Huss was living at Hussinecz). *Sed attulit novam pestem Petrus Dresdensis* (id oppidum Misnae supersitum), qui cum aliis Teutonibus paulo ante Bohemiam reliquerat. Cognitus inter suos, quia Valdensis lepra infectus esset, patria pulsus, velut haereticorum asylum Pragam petiit, puerorumque docendorum curam accepit. Apud Ecclesiam S. Michaelis per id temporis populum praedicando instruebat Jacobellus Misnensis, literarum doctrina, et morum praestantia juxta clarus. Petrus hunc aggressus, mirari se ait, doctum et sanctum virum, qui divina eloquia plebibus exponeret, errorem illum non animadvertisse communionis Eucharistiae, qui jam pridem Ecclesiam pessundasset. In qua sub una tantum specie dominicum corpus populo ministraretur, cum apud Joannem Evangelistam et Apostolum Christo dilectissimum sub duplici specie panis vini que sumi jubetur, dicente apud eum Salvatore, *nisi manducaveritis carnem filii hominis et biberitis ejus sanguinem, non habebitis vitam in vobis*. Commotus his Jacobellus, cum perquisitis vetustis sanctorum Doctorum codicibus, Dionysii praesertim et Cypriani, communionem et calicis laudatam invenisset, prohibitus apud sacellum Archangeli Michaelis praedicare, in templo majore S. Martini cathedram sortitus, publice commoneare populum coepit, ne deinceps communionem calicis, sine qua salvari nemo posset, quoquo pacto negligerent. Huic omnes haeretici consenserunt, haud modica gestientes laetitia, quod articulum invenissent in evangelica lege fundatum, per quem Romanae sedis vel ignorantia vel nequitia argui posset. Odioso quamvis haec animo Rex intelligeret, desidia tamen corruptus, et inertia torpens, impune debacchari sinebat haereticos. The reasoning here Aeneas evidently drew from the works of Jacobellus, the rest may have reached him from credible sources. The Calixtine, Laurence *Brzezyna* (called erroneously *Byzynyus*, in Ludewig), chancellor of the new city of Prague, an eye-witness, relates in his *Diarium Belli Hussitici ab anno 1414 ad 1423*, in J. P. de Ludewig *Reliquiae Manuscriptorum*, t. vi. p. 124 (more fully in MS.; see *Dobrowsky*, in the *Abhandl. der böhm. Gesellsch. d. Wissenschaften auf d. J. 1788*, s. 303 f.): Anno incarnationis dominicae 1414 venerabilis ac divinissima communio Eucharistiae sub utraque specie, panis scilicet et vini, populo communi fidei ministranda, per venerandum ac egregium virum Magistrum Jacobellum de Miza, sacrae theologiae baccalaureum formatum, et alios sibi tunc in hac materia assistentes sacerdotes est inchoata in urbe inclyta et magnifica Pragensi. Primum quidem in Ecclesiis S. Adalberti in nova civitate, S. Martini in muro, et S. Michaelis, ac capella Bethlehem nuncupata in civitate antiqua Pragensi. Quae certe communio sanctissima successu temporis, quo pluribus diversis minarum ac incarcerationum terroribus per Romanum ac Boemiae Regem Venceslaum,—et praecipue Conrado Archiepiscopo Pragensi, Praelatisque aliis ac Religiosis, et Magistris universitatis studii Pragensis ac Doctoribus, totis viribus suggerentibus et desudantibus suffocationem, impugnabatur:

soon arose upon this subject, Jacobellus evidently maintained the ascendancy.⁵ The Council of Constance, indeed, on the 15th

tanto amplius inualescebat et augmentabatur in populo fideli ac devoto sexus utriusque ad tantum, quod infra duos annos non solum in duabus aut tribus Ecclesiis Presbyteri Magistro Johanni Hus [*ulhaerentes*], pro tunc *Wiglefiatae* per partem sibi adversam, quae *Machometica* appellabatur, nuncupati, libertatem praedicandi, et sic ut praemittitur, populum communicandi habebant; sed fere omnibus parochialibus in Praga Ecclesiis, imo et Monasteriis certis, Archiepiscopo et Praelatis ipsos excommunicantibus, et interdictum per totum Pragam ponentibus, occupatis populum magnum ad se attraxerunt. Ita quod non solum in Praga, sed etiam regni Boemiae, et Marchionatus Moraviae civitatibus, castris, oppidis et villis populus communis catervatum cum magna devotione ac reverentia ad sacratissimam utriusque speciei communionem frequentabat. P. 130: Non solum usum rationis habentes, sed et parvuli seu infantes post baptismum, propter baptismi ipsius confirmationem, temporis successu sacramento divinissimae Eucharistiae sub utraque specie communicabantur, Mag. Jacobello—hanc cum sibi aliquibus adhaerentibus Magistris et sacerdotibus promulgante et practisare inchoante communionem. Propter quam quidem infantium communionem schisma grave inter Magistros et sacerdotes, veritati Dei et Mag. Johanni Hus adhaerentes, in Praga et in regno Boemiae exortum. Nam quidam ex eis infantium communionem fore erroneam et ad baptismi confirmationem non necessariam assercbant: alii e contrario propter dictum b. Dionysii ac aliorum primitivae Ecclesiae doctorum hanc sententiam et communionem ipsam catholicam et salutiferam adstruebant.—Nihilominus praefata sacri corporis et sanguinis Domini sub utraque specie—communio tam ad adultos quam ad parvulos et infantes, adversariis ipsius ac aculis eam ratione et modis diversis suffocare et annullare satagentibus, non tamen praevalentibus, de die in diem magis ac magis crescebat et augmentabatur et inualescebat, impugnantibus per temporum successus notabiliter divina virtute coram ipsa ruentibus, et succumbentibus veritati, et damna inexplicabilia rerum et corporum luentibus.

⁵ Jacobellus first wrote the *Demonstratio per Testimonia Scripturae, Patrum atque Doctorum, communicationem calicis in plebe Christiana esse necessariam* (in v. d. Hardt, *Conc. Const.*, iii. p. 805). On the other side, Mauritius de Praga (professor of divinity in Prague, then at Constance), *Responsio ad Demonstrationem*, etc. (l. c. p. 826.) Besides, Anonymi theologi, in *Conc. Const. praesentis, Epist. Elenctica ad Jac. de Misa contra communionem plebis sub utraque specie* (l. c. p. 338). Andreae Brodae (professor of divinity at Prague), *Dist. Acad. contra Communicationem plebis sub utraque specie* (l. c. p. 392). Against this work Jacobellus wrote *Vindiciae contra Andr. Brodam pro communionem plebis sub utraque specie* (l. c. p. 416). Jacobellus here teaches, p. 428: fideles de communitate Christianorum,—dum commodose, tempore et loco opportunis possunt habere, hoc divinissimum sacramentum utriusque speciei debent suscipere ad salutem.—Dum vero—non possunt habere a sacerdotibus,—et aliunde essent boni et justii,—non eo ipso, quod non possunt, nec docentur sumere hoc divinissimum sacramentum utriusque speciei, sunt de damnandis. The point of view from which his opponents in part started is clear from Anonymi theologi *Tract. contra Jac. de Misa* (l. c. p. 658), where we find, p. 693: *Primitiva Ecclesia est ritus, consuetudo, observatio Ecclesiae fidelium circa fidem tempore Apostolorum, et aliorum LXXII. discipulorum, et sequacium ipsorum usque ad Sylvestrum Papam. Sed Ecclesia moderna dicitur ritus, consuetudo et observatio Ecclesiae circa fidem, incipiens a Silvestro Papa usque ad hodiernum diem: capiendō autem modernum magis propinque, tunc est quod duravit per ducentos. Per centum autem annos dicitur Ecclesia moderna, saltim referendo tale tempus ad observationem fidelium circa fidem. Pro quo sciendum, quod omnia fiebant simpliciori modo et grossiori in primitiva Ecclesia, quam fiunt in moderna Ecclesia. Quia baptismus fiebat simplici aqua, nunc autem fit in benedicta. Sic etiam divina officia et multa alia fiebant simpliciori modo: sed in moderna Ecclesia omnia digniori modo fiunt. Sic etiam in primitiva communicatio apud Corinthios fiebat sub duplici specie: in moderna omnia sunt reducta ad meliorem formam, ad unam speciem. Quia*

June, 1415, sanctioned the Church's usage, and pronounced its opponents heretics.⁶ But this decree, the execution of Huss which followed close upon it on the 6th July, and the contempt which the council showed for Bohemia as infested with heresy, roused the most violent ferment in this country. Jacobellus defended the *Communio sub utraque* against the decree of the council,⁷ Huss was honored as a martyr,⁸ a meeting of Bohemian and Moravian nobles heaped the bitterest reproaches upon the council in a letter,⁹ and joined in a league of six years for the protection of

multa Apostoli et alii sequaces omiserunt, quae moderna Ecclesia implevit : quia dicitur in Actis Apostolorum : crescente Ecclesia crescit et Spiritus Sancti operatio. Et in Decretalibus c. *Cum Marthae* (Decr. Greg., iii. 41, 6), dicitur : Multa servat Ecclesia, quae per Apostolos fuerunt ommissa, etc.

⁶ See § 145, note 6.

⁷ Jac. de Misa, *Apologia pro Communionem Plebis sub utraque Specie contra Constant. Conc. decretum condemnatorium*, in v. d. Hardt, iii. p. 591.

⁸ There was an annual commemoration of Huss and Jerome on the 6th of July. Aeneas Sylv. *Hist. Bohem.*, c. 36. Theobaldi, Th. 1, cap. 27, s. 133.

⁹ The letter of the council to the clergy of Prague, which announced the execution of Huss, and charged them with the extermination of the heresy, is in v. d. Hardt, iv. p. 485 ss. In the letter of the fifty-four nobles assembled at Prague to the council, dd. 2. Sept., 1415, l. c. p. 495. *Hist. et Mon.*, i. p. 98, is the following passage among others : Nos—pro carissimo proximo nostro,—Johanne Huss,—praedicatore evangelico, quem nuper in Concilio Constantiensi, nescimus quo spiritu ducti, non confessum, nec legitime, ut decebat, convictum,—sed ad sinistras, falsas et importunas duntaxat suorum et regni nostri—capitalium inimicorum et proditorum accusationes,—tanquam haereticum pertinacem condemnastis, et condemnatum dira et turpissima morte affectis, in nostri regni Bohemiae Christianissimi et Marchionatus Moraviae clarissimi, ac omnium nostrum perpetuam infamiam et notam : quemadmodum serenissimo Principi et Domino, Domino Sigismundo—scripta ad Constantiam transmisimus, quae etiam in congregationibus vestris lecta sunt et publicata,—et ea, ut refertur, in nostrum dedecus et contemptum ignis voragini tradidistis : ita et nunc pro dicto M. Jo. Hus literas nostras patentes praesentibus duximus destinandas, publice corde et ore profitentes et protestantes, quod ipse M. Jo. Hus fuit vir utique bonus, justus et catholicus, a multis annis in regno nostro vita et moribus ac fama laudabiliter conversatus et comprobatus ; legem etiam evangelicam—nos et subditos nostros catholice docuit,—omnes errores et haereses constantissime detestando.—Nec praemissa omnia in confusionem nostram, et regni nostri et Marchionatus praefatorum perpetrata vobis suffecerunt : quin potius honorandum M. Hieronymum de Praga—non confessum, nec convictum, sed ad solam suorum et nostrorum proditorum delationem sinistram—comprehensum incarcerationis : trucidastis etiam forte, sicut et M. Johannem Hus crudelissima morte interemistis. Praeterea ad nostram—pervenit notitiam,—quomodo quidam detractores—coram vobis—nos—gravissime et nequissime detulerint, asserentes, licet false,—quod in praefatis regno Bohemiae et Marchionatu Moraviae diversi errores pullularint, et corda nostra—infecerint.—Equidem has atroces et perniciosissimas injurias—nobis et praefatis regno et Marchionatu, licet false et mendose, impositas quomodo sustinere possumus ? Cum per gratiam Dei—regnum nostrum Bohemiae Christianissimum, et clarissimus Marchionatus Moraviae a tempore, quo fidem catholicam—susceperunt,—s. Romanae Ecclesiae semper constanter et indesinenter adhaeserunt.—Ut autem juxta sententiam Apostoli provideamus bona non solum coram Deo sed etiam coram hominibus ;—ideo—certam orthodoxamque fidem tenore praesentium V. P. et universis Christifidelibus innotescimus,—profitentes, quod quicumque hominum,—qui—dicit vel asserit, quod in praefatis regno Bohemiae et Marchionatu

purity of doctrine.¹⁰ The council summoned them before its judgment-seat in vain.¹¹ The execution of Jerome of Prague increased the exasperation of the Bohemians, and after the University of Prague had pronounced in favor of the communion in both kinds¹² the great bulk of the nation was won over.¹³ Nevertheless the council thought it necessary to pursue a severe course, and issued instructions in twenty-four articles how the Bohemian heretics were to be quelled by force.¹⁴ The Pope sent legates to carry out this plan.¹⁵ The king, Wenceslaus, was indifferent with regard to the controversy of the Church,¹⁶ but at the same time too weak

Moraviae errores et haereses pullulassent, et nos—infecissent,—recte mentitur in caput suum, tanquam nequam, pessimus traditor et proditor praedictorum regni et Marchionatus, et solus utique haereticus perniciosissimus: nihilominus tamen praemissas injurias Domino—nunc committentes, apud futurum Apostolicum,—unicum et indubitatum pastorem, illa: amplius et latius prosequemur.—Praemissis enim nou obstantibus legem Domini nostri Jesu Christi, ipsiusque devotos, humiles et constantes praedicatores usque ad effusionem sanguinis, omni timore et statutis humanis in contrarium editis postergatis, defendere volumus et tueri.

¹⁰ See the *Syngrapha*, dd. Victorini (5th Sept.), 1415, in the *Hist. et Mon.*, i. p. 98. They bound themselves especially, ut in omnibus nostris ditionibus quisque pro se curaret verbum Dei libere—in templis et monasteriis doceri et audiri; itaque nullum sacerdotem arcendum—esse, qui—petat sibi concedi, ut doceat verbum Dei juxta s. Scripturae veritatem. Quodsi sacerdos alicujus erroris insimulatus fuerit, ut is ad Episcopum suae ditionis citetur: a quo si deprehensus fuerit alienum aliquid a verbo Dei in vulgus spargere, manifeste puniri debet, convictum vero nos prohibebimus, ne intra nostros fines amplius concionetur. Sin quisquam ex Episcopis odio verae et evangelicae doctrinae sacerdotum aliqueum nullo in errore deprehensum privata cupiditate inordinate et clam poena aliqua afficere voluerit, decrevimus apud nos, ut nullum postea sacerdotem ad talem Episcopum citari pateremur, sed ut haec res ad celeberrimae Academiae Pragenses Rectorem, Doctores sacrarum literarum et Magistros referatur, et per eosdem de toto negotio secundum sacrae Scripturae veritatem cognitio fiat. Deinde hoc quoque communi sententia decrevimus, ut omnibus sacerdotibus, quicumque sub nostro imperio vivunt, mandaremus, nullas ut a quoquam excommunicationes acciperent, praeterquam ab Episcopis nostrae ditionis. Nam excommunicationes legitimas retinere eisque libenter parere volumus. Si qui vero ex eisdem Episcopis nostrae ditionis voluerint iniquis excommunicationibus, aut vi aliqua injusta nobis aut nostris Ecclesiis molesti esse propter verbum Dei, et sanctum ejus testamentum, aut propter aliud quiddam, de quo non fuerit facta cognitio legitima, illis ipsis decrevimus non modo non obtemperare, sed etiam resistere, si ita necessitas postulabit.—Haec omnia ut rata inter nos ac firma sint, nos mutuis inter nos auxiliis operam dabimus. Quod si quis nostrum recusaverit, is et nominis sui et omnium bonorum jacturam patietur.

¹¹ The letter of 24th February, 1416, is in Raynald. h. a. no. 8. Balbini *Miscell. Hist. Regni Bohem.*, lib. vi. p. 144, 156.

¹² The instrument of the 10th March, 1417, is in Cochlaei *Hist. Hussit.*, p. 159; *Hist. et Mon.*, ii. p. 539.

¹³ See Pelzel's *Lebensgesch. des Königs Wenceslaus*, Th. 2, s. 656.

¹⁴ See these in Cochlaeus, p. 165.

¹⁵ Theobald, Th. i. cap. 29, at the beginning, s. 138.

¹⁶ He had caused a letter to be written to his brother Sigismund, as is shown by the answer he gave to the ambassadors of Wenceslaus (in Pelzel, Th. 2, *Urkundenbuch*, s. 169 f.), qualiter nesciat in regno suo aliquos erroneos homines. To the adherents of the

and undecided to be able to maintain the peace of the state between the two parties. Accordingly, when the Hussites were assailed by the zealous Catholics, especially by the clergy, bands of them, under the guidance of two noblemen, Nicolas of Hussinecz and John Ziska, gathered together in self-defense. Among the thousands who, upon Mount Tabor, at first only celebrated the Lord's Supper,¹⁷ but afterward founded the City of Tabor, the

chalice on the 25th February, 1419, he granted three churches in Prague for their worship, on condition that they created no disturbance. Pelzel, Th. 2, s. 680; Urkundenbuch, s. 171.

¹⁷ Brzezyna mentions this in two passages, Ludewig Reliq., vi. p. 142, and, more in detail, p. 186. In the last passage we find: Factum est anno Dom. 1419, quod Presbyteri cum eorum vicariis prope castrum Bechinense durius sic (*sub utraque specie*) communicantibus insultabant, eosdem armata manu de Ecclesiis eorum expellentes, tanquam erroneos et haereticos. Qua de re Presbyteri cum sibi juncto populo montem magnum magna planicie exornatum ascendunt, et in ejus summitate tentorium de lineis pannis ad modum capellae expandunt. In quo agentes divina, populum ibidem confluentem, sine ullius communionis impedimento, venerabilis Eucharistiae sacramento devotissime reficiunt. Qua peracta et depositis lineis pannis ad propria redeunt, et monti nomen Tabor imponunt (*Tabor* is Bohemian for tent: but, probably, there was united with this signification a reference to the Mount of the Transfiguration), ad quem venientes Taboritae sunt nuncupati. Haec cum ad aures adjacentium civitatum, oppidorum et villarum devenirent, fratres Presbyteri circumcirca vicini, conducta certae festivitatis die, populum eis junctum cum venerabili corporis Christi sacramento ad Tabor sonoris vocibus deducunt pro veritate ibidem, ut dicebant, confirmatione, ac fratrum sororumque ibidem existentium confirmatione ac consolatione. Quibus taliter venientibus occurrunt de Tabor cum venerabili altaris sacramento fratres ac sorores pro alacri venientium susceptione. Venientes illi itaque in montem totam diem non in lasciviis, sed in his quae salutem animarum concernunt expendebant. Presbyteri nempe eorum terno functi sunt ibidem officio: doctiores namque ac eloquentiores a summo mane populo per normas diviso, seorsum viris, ac seorsum mulieribus et pueris verbum Dei, et praesertim ea, quae superbiam, avaritiam fastumque Cleri concernebant, sine omni formidine populo alternatim praedicabant, aliis pro tunc continue ad auricularem confessionem consentientibus: et tertii peractis divinis populum a discente usque ad meridiem utraque specie, corporis scilicet et sanguinis Domini Christi, communicabant. Ita quod in die Mariae Magdalenae (the 22d July) XLII. millia cum aliquot et XX., virorum, mulierum et parvulorum taliter communicantium fuerunt a Presbyteris computati. Quibus omnibus taliter, ut praemittitur, expeditis vadunt pro corporis refectione ac loca ibidem in monte multipliciter praeparata, et simul in caritate fraterna conviventes, non ad libidinem aut ebrietatem, non ad levitatem et dissolutionem, sed ad majorem et fortiozem Dei servitatem. Ibi omnes sese fratres et sorores appellantes, ditior cum paupere victualia, quae erant praeparata, dividebant. Ibi nihil, quo inebriari posset, permissum fuerat propinari. Ibi etiam nulla chorea, nullus taxillorum et globorum, aut alterius levitatis ludus, non dico seniorum, sed et parvulorum, habebat indulgentiae locum. Ibi denique nullae contentiones, nulla furta, nullae sonantium fistulae, aut cythararum melodiae, prout hactenus in Ecclesiarum dedicationibus fieri solebat, potuit reperiri: sed omnium, more Apostolorum, fuit unum cor et una voluntas, nihil aliud tractantes, nisi quae forent de animarum salute ac de Cleri ad pristinum, primitivae scil. Ecclesiae, statum reductione. Peracta itaque, ut dictum est, modica corporis refectione, surgunt cum populo Presbyteri ad agendum Deo gratiarum actiones, cum venerabili Eucharistia Tabor montem processionabiliter circumeunt, virginibus sacramentum praecedentibus, et viris ac mulieribus in suis turmis sequentibus, vociferantes et psallentes in canticis, prout

most violent fanaticism was enkindled with the sense of their power. Under the guidance of Ziska a band of Taborites marched upon Prague, and avenged the injuries which had there befallen their chalice, in a sanguinary manner, upon the council of the New-city (30th July, 1419).¹⁸ When Wenceslaus soon after died (16th August), as the people would not submit to the hated Sigismund, complete anarchy ensued, which was still further increased by the important difference in doctrine which now arose between the Hussites of Prague and the Taborites.

The Hussites of Prague (Calixtines, Utraquists) did not advance beyond Huss and Jacobellus in their doctrine, which they drew up in four articles, 1421.¹⁹ On the other hand, ever since

videbatur expedire. Hac processione finita, vale sibi mutuo facientes cum suis Presbyteris—veniunt unde exiverunt. Factum est autem, cum supra dicta in longiores partes vulgarentur, coepit numerus venientium de die in diem notabiliter augmentari. Nam non solum jam de Pyska, etc.—, sed de Praga, etc.—, necnon de multis locis Moraviae pedestres et equestres in Tabor confluebant.—Quapropter—Rex Wenceslaus cum quibusdam inimicis veritatis coeperunt graviter ferre, timentes ne tanta populi multitudo Regem et Archiepiscopum, prout famabatur, pro defensa legis Dei eligerent, et eorum bona velut adversariorum per potentiam, cui resistere non valerent, invaderent ac depopularent (compare p. 143: Quamobrem Rex Boemiae Wenceslaus multum est turbatus, se de regali solio dejici timens et expavescens, Nicolaumque de Hus in locum sui substitui suspicando). Quidam ea de causa ex nobilibus districtius subditis suis sub poena colli et bonorum perditione praecipiant, ne per amplius ad montem Tabor audeant concurrere. Sed hujusmodi mandatum rustici cum suis mulieribus modicum aut nihil advertentes, potius dimissis omnibus, quae possederant, ad Tabor montem in certis festivitibus venire nullatenus negligebant, allecti et attracti, prout ferrum attrahit magnes.

¹⁸ Brzezyna in Ludewig, vi. p. 143. Aeneae Sylvii Hist. Bohem., c. 37, init. Pelzel, Th. 2, s. 684 f.

¹⁹ Brzezyna, p. 175 ss. Magistri civium, consules et scabini totaque communitas civitatis Pragensis, declared in this document, composed in Latin, Bohemian, and German: Notum sit omnibus Christifidelibus, quod fideles in regno Bohemiae instant, et Domino juvante instare proponunt sive per mortem, sive per vitam, quantum est eis possibile, pro articulis infra scriptis: *Primo*, quod verbum Dei per regnum Bohemiae libere et sine impedimento ordinate a sacerdotibus Domini praedicetur.—*II.* quod Sacramentum divinissimae Eucharistiae sub utraque specie, panis scil. et vini, omnibus Christifidelibus nullo peccato mortali indispositis libere ministretur juxta sententiam et institutionem Salvatoris.—*III.* quod dominium saeculare super divitiis et bonis temporalibus, quod contra praeceptum Christi Clerus occupat in praejudicium sui officii et damnum brachii saecularis, ab ipso auferatur et tollatur, et ipse Clerus ad regulam evangelicam et vitam apostolicam, qua Christus vixit cum suis Apostolis, reducatur.—*IV.* quod omnia peccata mortalia, et speciatim publica, aliaque deordinationes legi Dei contrariae in quolibet statu rite et rationabiliter per eos, ad quos spectat, prohibeantur et destruantur. Quae qui agunt, digni sunt morte, non solum qui ea faciunt, sed qui consentiunt facientibus, ut sunt in populo fornicationes, comessationes, etc.—In Clero autem sunt simoniacae haereses et exactiones pecuniarum a baptismo, etc.—moresque impii et injusti, ut sunt impudici concubinatus,—irae, rixae, contentiones, frivolae citationes, et hominum simplicium pro lubitu vexationes et spoliationes, etc.—Quod si aliquis ultra hanc piam nostram et sanctam intentionem aliqua nobis adscribat impudica et enormia, tanquam falsus et iniquus testis a Christifidelibus habeatur, etc.

its variance with the Church, Bohemia had become the gathering-place of the Beghards, here called Picards, who were persecuted in other places. Thus, as early as 1418, there was at Prague a small community of persons holding Waldensian opinions;²⁰ but these soon united themselves with the Taborites, as the most zealous adversaries of the ruling Church,²¹ and spread among them their principles with the greatest success. The Taborites accordingly rejected with literal scrupulousness all ecclesiastical doctrines, institutions, and usages which were not founded on Scripture: they avoided all secular pleasures, and even the secular sciences.²² Their religious fanaticism, threatened as it was with

²⁰ See Dobrowsky in the *Abhandlungen der böhm. Gesellschaft d. Wissenschaften*, 1788, s. 309 f., and the fragment of Brzezyna quoted there from MSS.: *Origo autem et radix hujus maledictae haeresis pervenit ad Boemiae regnum a quibusdam Piccardis, qui anno 1418 Pragam cum uxoribus (et liberis venerunt)*. However, they must have come thither so early as the year 1417, for the University of the place declares itself against them on the 25th of January, 1417 (i. e. 1418); see Pelzel, *Th. 2, Urkundenbuch*, s. 163: *Sane, quod nimis dolenter referimus, ad audientiam nostri crebris relatibus et clamoribus iteratis est deductum, quomodo nonnulli diversarum communitatum ex erronea et diabolica doctrina in destructionem fidei ac religionis Christianae temere tenent et adstruere conantur, non esse purgatorium, et consequenter quod non sit orandum vel elemosynandum pro defunctis. Quodque non sint tenendae in Dei Ecclesia imagines, immo asseverant, quamvis false, quod habere Christi et Sanctorum imagines legi Domini repugnet. Insuper quod benedictiones salis et aquae fontis baptisterii—cum aliis Ecclesiae benedictionibus—errore saperent.—Et hinc illas cum aliis laudabilibus Ecclesiarum ceremoniis funditus evellere et destruere nituntur.—Supplicamus, ut si ad vos dogmatizatores quicumque praedictorum errorum cum suis falsis sentiis pervenerint,—tamdiu illis liberam denegatis audientiam, quamdiu coram nobis suam docerent sententiam fore justam.*

²¹ Thom. Ebendorffer de Haselbach, *D. theol.* at the University of Vienna († 1460), *Chron. Austriacum in Pezii Scriptt. Rerum Austr.*, ii. p. 846: *Ibi quoque sumta occasione Waldenses, qui usque latuerunt, suas cervices erexerunt, primum latenter suos inducentes errores, postea vero armata manu defensare et alios ad eosdem nisi sunt compellere.*

²² After the passage quoted in note 17, the Calixtine Brzezyna thus proceeds, p. 190: *Cum haec talia, ut praemittitur, agerentur, et plurimi tam nobilium quam vulgarium sexus utriusque, dimissis vanitatibus, legi Dei operam darent: Diabolus saluti generis humani inimicus per aliquos falsos fratres Presbyteros mundo legis Dei tritico varias errorum et haeresium superseminavit zizanias.—Nam cum eo tempore non esset Rex et Princeps in Israel, ad quem subditi haberent respectum, faciebat unusquisque quod sibi rectum videbatur. Et plurimi Taboritarum Presbyteri, magnam habentes populi confluentiam et adhaerentiam, dismissis ss. doctorum Ambrosii, Hieronymi, Augustini, Gregorii et caeterorum ab Ecclesia approbatorum sentiis, suis de propriis ingeniis elaboratis glossis antiquum et novum interpretati sunt Testamentum, multa falsa et erronea veris immiscentes, per quae facilius corda simplicium poterant ad eorum sententias inclinari. Fundamentum autem omnium malorum sequentium fuit erroneus Scripturarum intellectus. Dicebant namque eorum directores et doctores, quod non oportet doctorum, qui fuerunt puri homines, uti scholarum sentiis, cum Christus Deus et homo sufficeret in novo Testamento expressit omnia, quae cuilibet homini viventi sunt necessaria ad salutem, et quomodo vetus novum, et vice versa novum vetus exponit Testamentum. They published their doctrines in fourteen articles, 1420: I. Nulla scripta aut dicta quo-*

perils from without, was also exposed, in a manner easily account-

runcunque doctorum a fidelibus sunt tenenda,—nisi quae in canone Bibliae explicite continentur, quia omnes libri talium sunt astutiae Antichristi et abjiciendi, destruendi aut comburendi. II. Omnis homo in eo, quod studet in artibus liberalibus, aut gradus in eisdem accipit, est vanus et gentilis, et peccat contra Evangelium, D. N. J. C. III. Nulla decreta ss. Patrum aut seniorum instituta, nullus aliquis ritus, aut traditio humanitas inventa sunt tenenda: sed omnia talia sunt abolenda et destruenda, velut Antichristi traditiones, cum Christus et ejus Apostoli ea fieri nullibi in novo Testamento expresserunt. IV. Ex praedictis concludebant sequentia, quod nullum chrisma, aut sacrum oleum, aut aqua baptismalis sunt consecranda vel sanctificanda. Similiter calix nullus, corporale, ornatus et de aliis rebus in Ecclesia fieri consuetis sunt exorcissanda, benedicenda aut sanctificanda. Similiter nullae horae canonicae sunt dicendae. Nec ritus Missae in ornatu et signis ac ordine dudum ab Ecclesia constituto, nec cantus ecclesiastici sunt tenendi, sed potius tanquam humanae traditiones et legis Dei impeditiva abjicienda et destruenda. V. Infantes non debent cum exorcismis et solitis in baptisate compatribus in aqua ad hoc benedicta et consecrata baptisari. Sed possunt in quacunque unda recenti, et ubi libuerit, baptisari. VI. Omnes libri missales aut cantuales, similiter et viatici et libri hymnorum, et omnis ornatus seu vestes missales, aut alia spiritalia pro peragendis divinis indumenta, monstrantiae et calices, aut cinguli argentei vel aurei, et omnis vestis polymita, et conspersa, aut quovis modo depicta: haec omnia sunt destruenda vel comburenda, magisque licet rusticis in dictis sacris vestibus incedere, et cappas et manicas ex eis facere, quam Presbyteris in eis peragere divina. VII. Confessiones auriculares non sunt curandae aut observandae, nec ad eas peccatores etiam criminales obligantur, sed soli Deo sufficit mente tenus confiteri. VIII. Jejunia quadragesimalia, quatuor temporum, in vigiliis, caeteraque humanitus aut consuetudine introducta non sunt a fidelibus observanda, sed pro velle sui beneplaciti unusquisque his diebus comedat, quicquid habet, aut quod sibi apparabit. IX. Dominico die excepto nulla alia festivitas est ex aliquo debito celebranda a fidelibus. X. Omnis Presbyter cum platta et in ornatu vel superpellicio divina peragens, aut Missam ritu consueto celebrans, est sicut illa meretrix, de qua scribitur in Apocalypsi, a fidelibus contemnenda. Sed Missa est ad instar Christi et Apostolorum cum barbis et sine platta in communi veste et sine altari, in quocunque loco contigerit, celebranda. Et sacramentum Eucharistiae alta voce propter adstantes est conficiendum, et ipsum non est elevandum, nec in crastinum est conservandum. XI. Sacerdotes evangelici domos eis ratione elemosynae pro perpetuo a Laicis concessas aut deputatas non possunt licite inhabitare, nec possunt habere bona temporalia, jure civili ab eisdem subtracto penitus et ablate, nec a taliter habitibus accipienda sunt sacramenta, quamvis jus sic habendi eis esse illicitum notorie recognoscant. XII. Post mortem corporalem animarum fidelium non est credendus locus purgationis aut tenendus, stultumque et inane est pro fidelibus defunctis exorare, aut alia pietatis opera exercere. XIII. Invocationes aut postulationes nostrae, tam mentales, quam vocales, ad sanctos, qui sunt in caelesti patria, pro aliquibus suffragiis sapiunt haeresin aut idololatriam. XIV. Nulla imago nec aliqua similitudo eorum, quae sunt in coelo et terra, sub poena idololatriae est habenda, sed quaelibet talis est tanquam idolum destruenda et comburenda. Quia scriptum est Exodi xx.: *non facies tibi sculptile nec omnem similitudinem.* In the larger explanations Brzezyna adds, that they supported their rejection of all usages not contained in the Bible upon Apoc. xxii. 18: *si quis appuserit ad haec, apponet Deus super illum plagas scriptas in libro isto:* and upon the words of Christ against the Scribes and Pharisees, Matth. xv. 6: *irritum fecistis mandatum Dei propter traditiones vestras.* After the party of Prague had published their four articles (see note 19), the Taboritarum et omnis advenarum communitas, on the 5th August, 1421, sent them twelve articles as the groundwork of a further union with the adherents of Prague, Brzezyna, p. 185: II. Quod articuli, ad quos Capitanei, consules et communitas consenserunt (those given above), quia jam dudum sunt per praedicatorum proclamati, teneantur et observentur sub poenis promulgatis. III. Quod manifesti peccatores—non tolerentur absque poena. IV. Quod potationes tabernales—non fiant. V.

ed for, to manifold apocalyptic superstitions.²³ On the other hand,

Quod vestes superbas non portant. VI. Quod in artificis et foro provideatur, ne fiant illusiones, spolia, usurae, juramenta, inutilitates et vanitates, doli, etc. VII. Quod jura pagana et teutonica, quae non concordant cum lege Dei, tollantur, et jure divino ut regatur, judicetur, et totum disponatur. VIII. Quod sacerdotes ex parte servant se secundum ordinem divinum et imitationem prophetica et apostolica. IX. Ut magistri subjiciantur regulariter juri divino, sicut et alii fideles Christiani, et suas proscriptiones ut ad voluntatem Dei regulent et in praetorio reponant, ut examinentur juxta legem Dei. X. Ut omnes census sacerdotum ad bonum commune convertant, et usurarios destruant. XI. Ut adversarios veritatis Dei ex se ejiciant, et profugos et bannitos ne suscipiant. XII. Ut Monasteria haeretica destruant et corrumpant, Ecclesias non necessarias, et altaria, imagines patenter et occulte servatas, ornatus superbos, et calices aureos et argenteos, et omnem antichristianam plantationem idololatricam, et simoniacam pravitatem, quae ex Deo, patre coelesti, non est.

²³ Brzezyna, p. 145, A.D. 1420: Item hisce temporibus sacerdotes quidam Taborienses novum Christi adventum praedicabant populo. In quo adventu omnes mali et veritatis aemuli perire debeant et exterminari, et boni duntaxat in quinque conservari civitatibus.—Harum haec sunt nomina Pilzna, quae per ipsos civitas solis est appellata, Zatecz, Luna, Slana et Laatovia.—Quorum sententis frivolis, tanquam veridicis, multi simplicium zelum habentes secundum Apostolum, sed non secundum scientiam, acquiescentes, bona sua pro levi etiam pretio vendendo, ad ipsos de diversis regni Bohemiae et Marchionatus Moraviae districtibus cum uxoribus et pueris confluebant, et pecunias ad pedes ipsorum sacerdotum projiciebant. Their doctrines are given in detail, p. 203 ss. Primo, quod in praesentis saeculi consummatione adveniet Christus occulte, sicut fur, novo adventu ad regnum suum reparandum pro quo oramus: *adveniat regnum tuum*: et in hoc adventu non erit tempus gratiae, sed ultionis et retributionis in igne et gladio. Ita quod omnes legis Christi adversarii debent perire septem plagis novissimis, ad quam executionem sunt fideles provocandi.—Item in hoc tempore ultionis quilibet fidelis, etiam Presbyter, quantumcunque spiritualis, est maledictus, qui gladium suum corporalem prohibet a sanguine adversariorum legis Christi, sed debet manus suas lavare in eorum sanguine et sanctificare. Item isto tempore ultionis, quicumque audiverit praedicari vocem Christi, qua dixit: *tunc qui in Judaea sunt, fugiant ad montes*; et qui non exiverit de civitatibus—ad montes corporales, ubi modo Taborienses vel eorum fratres congregantur, ille peccat mortaliter contra praeceptum Christi, et in peccato suo peribit, quia nunc nemo salvari potest a plagis Domini, nisi veniant ad montana. Item hoc tempore ultionis omnes civitates—debent desolari, destri et comburi, quia jam nec Dominus Deus nec aliquis in eas ingreditur. Item quod fratres Taborienses isto tempore ultionis sunt angeli missi ad educendum fideles de omnibus civitatibus—ad montes, sicut Loth de Sodomis.—Sunt exercitus a Deo per totum mundum missus ad tollendum omnia scandala de regno Christi, quod est Ecclesia militans, et ad ejiciendum malos de medio justorum, et ad faciendum vindictam,—et nationes adversariorum legis Christi et eorum civitates—everendas.—Item in fine istius consummationis saeculi Christus descendens de coelo manifeste veniet,—ut regnum in hoc mundo assumat, et faciet grande convivium et coenam agni, veluti nuptias sponsae suae Ecclesiae hic in montibus corporalibus.—Item in adventu Christi isto secundo ante diem judicii cessabunt Reges, Principes, ac omnes Ecclesiarum Praelati;—in hoc regno reparato nullum erit peccatum;—parient mulieres infantulos suos sine dolore et peccato originali (Isaiae lxvi.);—parvuli in hoc regno nati—nunquam morientur, quia mors ultra non erit (Apoc. xxi.).—Et dicebant hoc fieri cito infra paucos annos, in quibus aliqui ex nobis remanentes vivi videbunt sanctos Dei resurgentes, et inter eos Mag. Johannem Hus, quia abbreviabit Dominus hoc tempus ultionis, accelerando consummationem saeculi propter suos electos. Item isti electi, qui sic vivi relinquentur, ad statum innocentiae ipsius Adae in Paradiso, et ut Enoch et Elias, reducentur. Et erunt absque omni fame et siti, et omni alia poena tam spirituali, quam corporali. Qui etiam sancto connubio et immaculato thoro generabunt carnaliter hic in terris et in montibus filios et nepotes absque omni dolore et perturba-

among the Taborites, or Picards, as their enemies usually called them, only a few could at this time be won over to the doctrine that bread and wine in the Lord's Supper were mere signs, and these were stigmatized by the rest with the heretical name of Picards, and banished from Tabor. Several of them also, wandering from place to place, fell into the error of the sect of the Free Spirit, and were called Adamites, but these were soon exterminated by Ziska (1421).²⁴ However, their name was transferred, by the hatred of their adversaries, to the Taborites in general.

Immediately after the death of Wenceslaus the Taborites began to burn churches and monasteries, and to maltreat priests and monks.²⁵ Sigismund could entertain no hopes of winning them; but by certain concessions he might easily have induced the Calixtines to acknowledge him as King. But as he threatened all Hussites, by causing a crusade to be preached at once by a Papal legate against the heretical Bohemians,²⁶ they all united against him: not only did they defend themselves with success against three armies of crusaders, but they even invaded the adjacent German territory.²⁷ On these occasions the Taborites distinguished

tione, et absque omni peccato originali, nec tunc opus erit baptisate fluminis, quia in Spiritu Sancto baptizabuntur, nec ibi erit sanctae Eucharistiae sacramentum, quia novo modo angelico pascentur, non in memoriam passionis Christi, sed ejus justitiae. Brzezyna then points out in detail the passages of Scripture on which they grounded these opinions, chiefly drawn from the Prophets and the Apocalypse.

²⁴ Jos. Dobrowsky, *Gesch. der böhm. Pikarden und Adamiten*, in the *Abhandlungen der böhm. Gesellschaft der Wissenschaften auf d. J. 1788*, s. 300 ff., especially Brzezyna's account from MS., there given, s. 317 f. Aeneas Sylvius, *Hist. Bohem.*, c. 41. feigns a founder of the Picards,—Pichardus quidam ex Gallia Belgica, transmissio Rheno, per Germaniam in Bohemiam penetrauit, and assumes that the name of Picards has the same meaning with Adamites. Brzezyna records the errors of the Adamites according to an account sent by Ziska to the party of Prague, ex MS. in Dobrowsky, s. 325 ff.

²⁵ The work of destruction began at Prague the day after Wenceslaus's death, Brzezyna in Ludewig, vi. p. 145 ss.

²⁶ The crusading Bull issued by Martin V. on 1st March, 1420, is in Cochlai Hist. Hussit., lib. v. p. 183, and in Schelhorn's *Ergötzlichkeiten aus der Kirchenhistorie*, Bd. 1, s. 607 ff. There were several others in the years 1428 and 1429; see in Brown, *Appendix ad Fasciculum Rerum Expetandarum et Fugiendarum*, p. 611 ss.

²⁷ Compare especially Brzezyna, l. c. Eberh. Windeck's (councilor to the Emperor Sigismund), *Leben K. Sigismunds*, cap. 72, in Mencken, *Scriptt. Rer. Germ.*, i. p. 1127 ss. Aeneas Sylvii *Hist. Bohem.*, c. 42 ss. Cochlai Hist. Hussit., lib. v. p. 178 ss. Theobald's *Hussitenkrieg*, Th. i. cap. 33 ff., s. 148 ff.—*Histoire de la Guerre des Hussites et du Concile de Basle*, par Jaq. Lenfant, t. ii. Amst., 1731. 4. *Supplément a l'Hist. de la Guerre des Hussites de M. Lenfant*, par Isaac de Beausobre. Lausanne, 1735. 4. *Jac. Lenfant's Gesch. des Hussitenkriegs, mit wichtigen das Original berichtigenden Noten von M. Ch. Hirsch*. Presburg, 1783, 4 Theile, 8. *Geschichte des Hussitenkriegs, Zittau u. Leipzig, 1795. 8.*

themselves by warlike courage; at first under Ziska's command,²⁸ after his death, in 1424, divided into two bodies, one of which had the great Procopius for its leader, the other, under the name of the Orphans, elected a council of war, in which the younger Procopius occupied the first place.

After the unsuccessful issue of the third crusade (1431), the enemies of the Hussites acknowledged that nothing could be effected against them by force; and the Council of Basle, persuaded by Julius Cesarini, the same legate who had accompanied the last crusade, immediately undertook negotiations with the Hussites.²⁹ With the Hussite ambassadors, indeed, who after some delay appeared at Basle in January, 1433, there was only an unsuccessful disputation before the council.³⁰ However, an embassy from the council, which was sent after them, concluded *com-*

²⁸ Merkwürdige Lebensgeschichte des Johann v. Trocznow oder sogenannten Zizka, Heerführer der Böhmen, Prag, 1792. 8. Zizka's militärische Briefe u. Verordnungen, von K. Ungar, in the Neuere Abhandlungen d. k. böhmischen Gesellsch. d. Wissenschaften, Bd. 1 (Wien u. Prag, 1791. 4.), s. 371 ff. Diplomatisch-historische Aufsätze über Joh. Zizka, v. Trocznow von Max Millauer. Prag, 1824 (this also forms a part of the Abhandl. d. königl. böhm. Gesellsch. d. Wissensch. Neue Folge, Bd. i., Prag, 1827. 8).

²⁹ Before this time the Hussites had been referred to this council, but with the demand to submit themselves previously to it; see the account of the negotiation of Sigismund with the Hussites at Presburg, in 1429, in J. G. Schelhorn's Beiträge zur Erläuterung der Geschichte, bes. der schwäb. Gelehrten- u. Kirchen-Geschichte, Stück 3 (Memmingen, 1774. 8), s. 77. The Hussites now sought to prove the justice of their cause by public letters to princes and people: see one letter of the year 1430, in Brownii Appendix ad Fascic. Rerum Expetandarum et Fugiendarum, p. 632; another of July, 1431, in Mansi xxix. p. 641, and translated into German in Theobald's Hussitenkrieg, cap. 73, s. 272 ff., in which last they complain especially of this requisition of the council. The letter of invitation from the council to the Bohemians, dd. 15th Oct., 1431 (in Raynald, h. a. no. 24, entire in Mansi xxix. p. 233 ss.), engages, on the other hand: Hic quidquid pertinet ad fidei veritatem,—omni cum diligentia et libertate tractabitur. Licebit libere omnibus exponere, etc. A second letter of invitation of March, 1432 (Mansi xxix. p. 415, and xxx. p. 99), guarantees the Bohemian envoys a safe-conduct, and, indeed, in terms humiliating enough to the council, promptis et non fictis dabimus animis. At the same time the council drew up a *Salvusconductus* (Mansi xxix. p. 417), but sent envoys to Agra, to treat there with the Bohemians (Theobald, Th. 1, cap. 79), and afterward at their request gave another *Salvusconductus* (in Mansi xxix. p. 27), in which not only is every security granted to the Bohemians, but also: in loco vel in locis hospitiorum suorum divina officia sine impedimento nostrorum peragere permittimus. Moreover: in generali Concilio—articulos quatuor (see note 19)—oretenus aut in scriptis libere poterunt offerre, aut propalare, Scripturis sacris, beatorumque doctorum verbis, sententiis et rationibus eos declarare, adstruere, persuadere, et, si opus fuerit, etiam ad objecta Concilii generalis respondere, aut cum aliquo vel aliquibus de Concilio super eisdem disputare, aut caritative—conferre, opprobrio, convicio aut contumelia procul motis.

³⁰ The speeches of the Bohemian divines, among whom John Rokyczana was the most eminent, may be seen in Martene, Ampliss. Coll., viii. p. 262 ss., and in Mansi xxx. p. 269 ss. The replies of the Catholic divines may be seen in H. Canisii Lectt. Ant. ed. Basnage, iv. p. 467 ss., and Mansi xxix. p. 699 ss.

compactata with the Calixtines at Prague on the 30th November, 1433, by which the four articles of Prague, though subject to certain very important limitations, were conceded to them.³¹ The Taborites, who were in the highest degree dissatisfied with this arrangement, were entirely defeated by the Calixtines at Böh-

³¹ The minutes of the previous negotiations are in Martene, *Ampl. Coll.* viii. p. 596 ss., and quoted thence in Mansi xxx. p. 590, 634, 668. The *compactata* itself, which was concluded between the legates of the council and the plenipotentiaries of the—*generalis Congregatio Regni Bohemiae et Marchionatus Moraviae*, is in Cochlaei *Hist. Hussitarum*, lib. vii. p. 271, and in Leibnitii *Mantissa*, *Cod. Jur. Gent.*, ii. p. 138. In this, peace and unity, and abolition of ecclesiastical censures, were first provided for; then it was determined, *quod nemo deinceps dictum Regnum et Marchionatum propter praeterita infamare praesumat*. Then with regard to the four articles (see note 19). The first article of the Bohemians here runs: *quod communio divinissimae Eucharistiae utilis et salubris sub utraque specie, scil. panis et vini, universis Christifidelibus in Regno Bohemiae, et Marchionatu Moraviae, et locis eis in hac parte adhaerentium constitutis per sacerdotes libere ministretur*. This article was conceded by the legates, with the further statements: *Articulus ille in sacro Concilio discutietur, quoad materiam de praecepto ad plenum, et videbitur, quid circa illum articulum pro veritate catholica sit tenendum, et agendum pro utilitate et salute populi Christiani*. At any rate the priests in Bohemia and Moravia were to admit to communion in both kinds—*cas personas, quae in annis discretionis constitutae reverenter et devote postulaverint*.—*Hoc semper observato, quod sacerdotes sic communicantibus semper dicant, quod ipsi debeant firmiter credere, quod—sub qualibet specie est integer et totus Christus*. Ac Legati sacri Concilii—*mandabunt universis et singulis,—ut dictis Bohemis et Moravis, utentibus dicta communione sub duplici specie, nemo audeat impropere, aut eorum famae aut honori detrudere*. Et hoc idem faciet sacrum Concilium. The second article of the Bohemians runs: *Omnia peccata mortalia, et praesertim publica, per eos quorum interest rationabiliter et secundum legem Dei cohibeantur, corrigantur et eliminentur*. The words—*per eos quorum interest*—were too general for the legates, and so they gave the article this shape: *Omnia peccata mortalia, praesertim publica, quantum rationabiliter fieri potest, secundum legem Dei et sanctorum Patrum instituta, sunt cohibenda, corripienda et eliminanda*. Potestas autem puniendi criminosos non ad privatas personas, sed ad eos tantummodo pertinet, qui jurisdictionem habent in eos fori, distinctione juris et justitiae ordine observatis. In the third article of the Bohemians: *Quod verbum Dei a sacerdotibus Domini et Levitis idoneis libere ac fideliter praedictur*, the word *libere* gave offense, and so it was altered to this: *Quod verbum Dei a sacerdotibus Domini et Levitis ad hoc idoneis, et per superiores (ad quos pertinet) approbatis et missis, libere, non tamen passim, sed ordinate et fideliter praedictur, salva auctoritate Pontificis, qui est praeordinator in cunctis, juxta sanctorum Patrum instituta*. The fourth article of the Bohemians: *Non licet Clero tempore legis gratiae super bonis temporalibus saeculariter dominari*, was conceded with the limitations, 1. *Quod Clerici non religiosi licite possunt habere et possidere quaecunque bona temporalia, and, 2. Quod Ecclesia potest licite habere et possidere bona temporalia,—et in eis habere privatum et civile dominium, with the condition, quod ecclesiastici viri bona Ecclesiae debent fideliter administrare, ipsaque bona Ecclesiae ab aliis non debent detineri vel occupari*. The *Congregatio generalis*, as well as private individuals, were to have power to make proposals in the council, for the abolition of any abuses which arose in reference to the last three articles. The *Intentio sacri Concilii super IV. articulis, quam ipsi Bohemi anno Dom. 1433, d. 7. Dec. observare manuum stipulatione promiserunt*, in Mansi xxx. p. 692, is a ratification of these *compactata* on the side of the council, which, for the most part, repeats these statements word for word, and only in the article on the Lord's Supper contains a lengthened defense of the communion *sub una specie*.

mischbrod on the 30th May, 1434,³² and so weakened that they were compelled to keep themselves quiet. The Calixtines, who were now predominant, after the *compactata* had been solemnly ratified at Iglau, acknowledged Sigismund as their King, on the guarantee of certain conditions (1436).³³

³² There are letters containing contemporary accounts of this victory in Mansi xxix. p. 638 ss., p. 647 s.; comp. Aeneas Sylvius, Hist. Bohem., c. 51. Theobald, Th. 1, c. 82, s. 307.

³³ The Bohemians were fully aware that the *compactata* required still further guarantees; accordingly, at a meeting in Brünn, 1435, they demanded of the Emperor (see Responso Concilii Bas. facta Ambasiatoribus Imp., in Mansi xxix. p. 413), quod sua Serenitas personaliter cum eis in perceptione communionis sub utraque specie conveniret, ac Cappellanos haberet, qui sic populo ministrarent; et quod nullus esset in consilio ejusdem et negotiis dicti regni, qui sic non communicaret; et quod religiosi monachi et moniales sine consensu Archiepiscopi et Domini communis loci non admittantur; et quod ipsi habeant sibi eligere Archiepiscopum; requisitions with which the council was naturally much dissatisfied. However, Sigismund promised the Bohemians in a patent, dd. *Albae Regali*, 6. Jan., 1436 (in Leibnitii Mantissa, ii. p. 141): 1. Beneficia non conferantur per extraneos in Regno Bohemiae ac Marchionatu. 2. Personae etiam saeculares et spirituales extra Regnum vel Marchionatum nec citabuntur nec judicabuntur. 3. Communicantes sub una specie in saepe tactis Regno et Marchionatu, ne confusa sequatur permixtio, contra proprias illorum voluntates et libertates non sustinebunt, sed duntaxat in locis, in quibus communicatio duplicis speciei temporibus retroactis non servabatur, sustinebuntur. 4. Et ut materia occasioque litium auferatur, loca omnia et singula Ecclesiarum—signabuntur, in quibus—communicatio duplicis speciei in praxi servabatur, ut in futurum perpetuo in eisdem servaretur. 5. Sed et hoc volumus ut per Dominos Bohemos,—Pragam et civitates alias una cum Clero, Archiepiscopus Pragensis una cum aliis Episcopis titularibus eligantur, qui alias dicuntur Suffraganei. Qui quidem electi per nostram dispositionem debitam—confirmabuntur, et in Episcopos consecrabuntur absque quavis pro confirmatione, Pallii exhibitione, aut etiam Notariis persolutione. 6. Scholares Dioecesis Pragensis utrique, tam sub una quam sub utraque communicantes specie, habilitate et idoneitate ipsorum praesupposita, ad sacros ordines promoveantur et ordinentur. He promises to observe this engagement—in verbo Caesareo, and at the same time to use all means with the Pope and council, ut praefati articuli suum effectum realiter sortiantur. Aeneas Sylvius, Hist. Bohem., c. 52, speaks of still further concessions made by the Emperor: Caeterum inter Bohemos et Imperatorem aliae pacationes (besides the *compactata* of Prague) intervenere, quibus Ecclesiarum praedia occupatoribus jure pignorum relicta sunt, donec certa pecunia reluerentur. Religiosis utriusque sexus, quibus adempta Monasteria essent, exulibus quoque spes reditus interdicta; Rokyzanae Pragensis Ecclesiae praesulatus promissus, de disponendo Ecclesiarum Bohemicarum regimine summo Pontifici facultas ablata. An anonymous contemporary writer, in Cochlaeus, lib. viii. p. 300, also mentions the concession here spoken of with regard to the spoliation of Church property, from which also it appears that the Emperor had written other letters about these concessions. The council and its legates took no notice of them. The legates, at the request of the Bohemians, added several articles of explanation to the *compactata*, in order to remove all ambiguity from them; see Leibnitii Mantissa, ii. p. 146, 148, and at length, dd. Iglaviae, d. 5. July, 1436, an *Executoria super Compactatis* (Cochlaeus, p. 289; Leibnit., ii. p. 150). At the same time and place the Bohemian envoys accepted the *compactata*, and solemnly gave in their obedience to the council; see the triumphant account of the legates to the council on the same day in Mansi xxix. p. 612. Sigismund went to Prague in August. With reference to the concession of the cup to the laity the Council of Basle, Sess. XXX. d. x. Cal. Jan. 1437, composed a decree (in Mansi xxix. p. 158) to the effect, quod fideles Laici

§ 152.

HISTORY OF THE HUSSITES TO THE END OF THIS PERIOD.

Since both of the conflicting parties had concluded this compact, in the hope of thus preparing the way for the sole supremacy of their own doctrine and usages, no real peace could be established thereby. While the Calixtines were vainly endeavoring at the council to carry through fresh demands,¹ Sigismund forgot his concessions, restored as far as possible the ancient ecclesiastical institutions, and obliged the chief of the Calixtines, John Rokycana, whom he had already confirmed as Archbishop of Prague,² to take measures for his own safety.³ Thus upon Sigismund's

sive Clerici communicantes, et non conficientes, non adstringuntur ex praecepto Domini ad suscipiendum sub utraque specie—sacrum Eucharistiae Sacramentum. Sed Ecclesia—ordinare habet, quomodo ipsis non conficientibus ministretur, prout pro reverentia ipsius Sacramenti et salute fidelium viderit expedire.—Laudabilis quoque consuetudo communicandi laicum populum sub una specie—pro lege habenda est, nec licitum est eam reprobare, aut sine auctoritate Ecclesiae ipsam immutare.

¹ Cochlaei Hist. Hussitarum, lib. viii. p. 310. The Bohemian envoys desired, I. Quatenus pro tollendis litibus, jurgiis et dissensionibus in populo nostro ex diversitate communionis indubitanter—sequentibus—dignemini—Regno nostro—dare—uniformem—sub utraque specie sacrae Eucharistiae communionem. In support of this they appealed to the passage at the end of the *compactata*: et omnia alia fient, quae pro observatione dictae pacis et unitatis necessaria fuerint et opportuna. II. Quatenus—providere dignaretur sacrum Concilium Bohemis de bono et legitimo pastore Archiepiscopo et aliis Episcopis. The synod pronounced this demand equitable, but distinctly refused the proposal that Rokycana should be made Archbishop: de quo non est rationabile, ut ad illam dignitatem promoveatur, cum ad impediendum, perturbandum et disruptendum pacem et unitatem post firmata *compactata* fuerit multipliciter machinatus, etc. Likewise, the, III., demand of libertas communicandi parvulos sacra Eucharistia, was refused, and also, IV., the prayer of the Bohemians, permitti suis, ad minus Evangelia, Epistolas et Symbolum in vulgari lingua in Missis et Ecclesiis coram populo ad excitandam devotionem libertari, legi et decantari, because this was—contra *compactata*, and against the promise of the Bohemians, se conformare ritibus Ecclesiae. V. On the other hand, the petition for a—reformatio et suae Universitatis Pragensis et totius Ecclesiae in capite et in membris—was answered with promises of support.

² The deed of confirmation, dd. Iglau, 23. July, 1436, is in Theobald, Th. 1, cap. 85, s. 319. J. D. Koeler, De Joanne Rokycana, famoso Calixtinorum in Bohemia Pontifice Diss. Altorffii, 1718. 4.

³ Aeneae Sylv., Hist. Bohem., c. 52: Philibertus Episcopus Constantiensis, natione Gallicus, et collegae sui ex Basilea missi ecclesiasticos introducere ritus, sacerdotes instituere, ex Missarum solemnibus vulgaria verba, cantilenasque detrahere, sanctorum imagines reducere, aquam benedictam in aedibus sacris reponere, baptismatis fontes sacrare, altaria ornare, spurcitas omnes abolere. Paruere complurimi, quibus mens sanior fuit. Rochezanae complices resistere, obloqui, blasphemare, plebem modis omnibus avertere. Ipse quoque inventor malorum ex parochia S. Mariae ante Laetam Curiam, quam propria temeritate invaserat, amoveri minime potuit: neque laniare sermonibus suis inter praedicandum Romanam Ecclesiam praetermisit, legatisque saepe necem per insidias machinatus est. Sigismundus autem quum Ecclesias pollutas intrare nollet,

death (December, 1437) the parties were again in a violent ferment. The Emperor Albert was elected by the Catholics, and resisted by the Calixtines. After his death, in October, 1439, at length they agreed to allow the kingdom to be ruled by two governors, one Catholic and one Calixtine, until his son Ladislaus was of age (1441). After George Podiebrad had become a Calixtine, in 1444, and in 1450 the sole governor, the Calixtines obtained a decided ascendancy. Nevertheless their efforts to restore the peace of the Church remained without success, since they strove to extend the *compactata*, which on the Catholic side were no longer held valid.⁴ The Calixtines had already in view a

templum S. Jacobi, quod Fratrum Minorum fuerat, et in quo machinae bellicae tum servabantur, restitui sibi poposcit: annuit civitas, et aliqui monachi introducti sunt, qui verbum Dei praedicarent.—Redierunt et alii, Mendicantes, tum Coelestini, Slavi, servi S. Mariae, Teutones, Hierosolymitani, et nonnullorum Monasteriorum Abbates.—Restituti sunt et cathedralis Ecclesiae Canonici, ac Vicarii et Mansionarii, ornamenta altaribus reddita, divinum officium instauratum.—Cumque nulli essent Ecclesiae reditus,—jussit Imperator, ex fisco regio per singula Canoniorum capita hebdomatim aureum nummum distribui, minoribus Clericis dimidium dari.—In alia quoque templa donaria collata. Nova jam facies urbis, novus populus, verus rediisse religionis cultus apparebat. Quibus ex rebus liquet, Imperatorem, quae foedera cum haereticis percussit, necessitate magis admisisse, quam voluntate; voluisse illum paternam haereditatem quoquo modo intrare, sensimque regni possessione accepta more majorum, subter veram Christi religionem provinciam reducere.—Rochezanam hortari Romanae Ecclesiae se subjeceret; sic posse pontificatum sibi committi; superbientes, et aliena de fide sapienti ascensum desperandum esse, qui vel consecratus Episcopus ejici deberet. Ille mente superba, et opinione sua inflatus, dietim pejor, dietim venenosior effici, Monachorum redditum aegerime ferre, quorum sermones non minus quam suos acceptum iri verebatur. Ob quam rem occurrente inter praedicandum sermone de monachis, *venerunt*, inquit, *novi dietim ad nos Daemones, quos monachos vocant.* *His studium est ejicere nos de veritate: at si viri fuerimus, prius sanguinem effuderimus.* Id Sigismundus ubi accepit, *imo nos*, inquit, *Rochezanae sanguinem non inviti ante aras libabimus.* Non latuit Rochezanam Sigismundi sermo: qui ex amicis commonitus clam aufugit.

⁴ The party of Prague drew up new articles on the 11th June, 1441 (Cochlaeus, lib. ix. p. 335): I. Ut *compactata* cum Ecclesia sancta ab omnibus efficaciter teneantur; III. Ut nullus audeat praedicare, quod tantum sumitur sub una specie, quantum sub utraque, cum hoc sit contra communicantes sub utraque specie; IV. Ut nullus audeat porrigere sub una specie publice vel occulte. Thereupon a great synod was assembled at Kuttenberg, on the 4th October, 1441. Obedience was promised to Rokyczana as Archbishop designate, and a confession drawn up in twenty-two articles; see Theobald, Th. 2, cap. 11, s. 86. In these, seven sacraments and the doctrine of transubstantiation were recognized. On the other hand, Art. XVI. runs, that the Lord's Supper should not be received in one kind; and that it is not contrary to the Christian faith, at the desire of the parents, to administer it to little children also. And Art. XXI.: Because priests are men, marriage is not forbidden them in the Divine Scripture, but according to the teaching of St. Paul they may marry; still it were better if they lived, according to St. Paul's wish, in entire chastity. In the year 1444, the cardinal legate, Carvajal, was at Prague, with whom Rokyczana had a vehement dispute with regard to the Lord's Supper. (Theobald, Th. 2, cap. 15, s. 142). Meanwhile, the Bohemians exerted themselves, with Eugene IV. and Nicolas V., to obtain the confirmation of Rokyczana as archbishop, and even sent an embassy to Rome for this purpose in 1447 (Theobald, cap.

union with the Greek Church,⁵ but the fall of Constantinople brought the negotiations to a close. After the short reign of the young and zealous Catholic Ladislaus (1453–1457),⁶ George of Podiebrad was elected King. In order to preserve peace without and quiet within, he allowed himself to be crowned by Catholic bishops, and promised obedience to the Church and Pope.⁷ How-

16, s. 150), and in 1448 Carvajal made his appearance again in Prague (Theobald, cap. 17, s. 156). The Bohemians desired of him in a letter, in which they recounted the history of their previous negotiations (in Cochlaeus, lib. x. p. 349 ss.), ut quae pro honore et utilitate hujus regni inclyti et nostris juxta Compactatorum tenorem facienda sunt, finem debitum effectualiter sortiantur; Magistrum quoque Joannem de Rokyczana—dignetur Paternitas vestra Rev. in Archiepiscopum Pragensem ad nostrum et totius regni singulare solatium consecrare. Carvajal answered this petition evasively, and demanded in turn restitution of the Church property which had been despoiled (l. c. 353). In the year 1451 Aeneas Sylvius was in Bohemia as ambassador for the Emperor, and had a conversation with George Podiebrad, which he records, Epist. ad Jo. de Carjaval Card. (Aeneae Sylv., Epist. 130.) George complained that the *compactata* were not observed on the Catholic side: si qui ex nostris apud vos moriuntur, cum asinis sepulturam accipiunt. Aeneas answered: Cur violari foedus conquerimini, quod priores rupistis? Neque enim sufficit vobis sub duplici specie communicare, nisi et sub una sola communicantes damnentis.—Vobis indulta est sub utraque specie communicatio, jussi tamen sacerdotes vestri sunt,—commonere—omnes,—sub qualibet totum—esse Christum: nihil faciunt. Prohibiti sunt infantibus atque dementibus eucharistiam porrigere: porrigunt tamen. Neminem communicare sub duplici specie debent [*compellere*]: compellunt, sepulturam negantes, ni communicent.—Debent universalis Ecclesiae ritum tenere: postponent, divinis officiis vulgaris carminis commiscentes.—Cum ergo abutimini privilegio,—praevaricantes mandata Concilii, haud jure Legatum (the Cardinal Carvajal) accusatis, compactata firmare nolentem: quia privilegium amisistis male utentes. Aeneas specifies three points of dispute: Mihi tribus ex rebus concordia pendere videtur, ex compactatis, ex bonis ecclesiasticis quae occupantur, ex Archiepiscopi constitutione, quae nec parva sunt, nec leviter componenda. Nam compactata, postquam violata sunt, rursus innovare magnum est: qui bona Ecclesiarum occupant, invite restituent: in Archiepiscopo vos ipsi vim facitis, qui Rochezanam petitis neque alium vultis, quem, nisi me fallat opinio, nunquam sedes Apostolica ad id fastigii promovebit. Soon afterward, still in the year 1451, the celebrated Franciscan, Jo. de Capistrano, was commissioned by Nicolas V. to preach against the Bohemians, and furnished with full power (Cochlaeus, l. x. p. 368), omnes personas, quae sub utraque specie communicarunt, ac alias erroribus, haeresi et superstitione involuti a ritu et unitate s. Rom. Ecclesiae recesserunt, if they were converted, to absolve and reappoint them, etc.

⁵ See the friendly letter from the church of Constantinople to the Bohemians, in the year 1451, drawn forth by these attempts, at the end of D. Chytraei Oratio de Statu Ecclesiarum in Graecia, Asia, Bohemia, etc. Francof., 1583. 8, in Flacii Cat. Test. Verit. ed. Francof. 1666, p. 728, and in Freheri Scriptt. Bohem., p. 235.

⁶ Who, indeed, before receiving homage, had to repeat all the promises made by Sigismund (§ 151, note 33. Theobald, Th. 2, cap. 20, § 190), but still he did not conceal his aversion to the Utraquists (Theobald, s. 193 ff. Cochlaeus, lib. xi. p. 391 ss.).

⁷ Cochlaeus, lib. xi. p. 411. Theobald, Th. 3, cap. 5, s. 25. The coronation oath, in Latin, is in Steph. Kapraini, Hungaria Diplomatica temp. Matthiae Regis, P. II. (Vindobon. 1771. 4), p. 163, and in contemporary German translations, *ibid.* p. 529, and in Eschenloer's *Gesch. d. Stadt Breslau*. Bd. 1, s. 59: Ego—promitto,—atque juro,—quod abhinc, et in antea, et deinceps fidelis et obediens ero sacrosanctae Romanae et Catholicae Ecclesiae, ac sanctissimo Domino nostro—Calisto—P. III., ejusque successoribus canonice intrantibus, et iis obedientiam et conformitatem more aliorum catholicorum—

ever, a strict observance of the *compactata*, such as George intended when he took this oath, was not possible in the violent strife of parties. The Calixtines were held by the Catholics to be heretics, whom the King in this oath had sworn to exterminate. The Calixtines, on the other hand, never gave up their wish to drive the opposite party from Bohemia.⁸ Pius II., at first holding back on other accounts,⁹ in 1462 declared the *compactata* invalid;¹⁰

Regum in unitate orthodoxae fidei, quam ipsa s. Romana—Ecclesia—tenet, fideliter observabo, ipsamque catholicam—fidem protegere—volo toto posse, populumque mihi subjectum secundum prudentiam a Deo datam ab omnibus erroribus, sectis et haeresibus, et ab aliis articulis s. Romanae Ecclesiae et fidei catholicae contrariis revocare, et ad verae—fidei observationem, ac obedientiam, conformitatem, et unionem, *ac ritum* cultumque s. Romanae Ecclesiae reducere et restituere volo. The words *ac ritum* are not expressed in the German translations, and so may well be an interpolation of later times.

⁸ Breslau was most stubborn in opposition to the new king. These transactions are described at length by Peter Eschenloer, recorder of the city of Breslau at the time, in his *Gesch. der Stadt Breslau, 1440-1479*, edited by Kunisch, 2 Bde. Breslau, 1827 and '28. 8. In a somewhat passionate letter which the people of Breslau transmitted, in 1459, to the Papal legate, who was striving for a reconciliation, is the following passage, Eschenloer, Bd. 1, s. 131: "Seine Heiligkeit sehe wohl zu, dass sie nit betrogen werde, als one allen Zweifel geschehn wird, durch des Königs Gelübd und Aide. Seine Heiligk. hat ufgenommen seine Aide, dass er die Ketzerei wolde lassen und tilgen: wie aber dagegen er hat geschworen seinen Sectern, dass er sie wolle beschirmen, ire Secte halten und meren, muss er nit einem Teile meineidig werden?—Wenn der schnöde Erzetzer Rokyczan also frei itzunder ist, und grössere Macht hat, denn je vormals. Er bezwinget itzo das Volk zu beider Gestalt sich zu berichten, die das nit tun wollen, werden gepeiniget, gefangen u. s. w. S. 132: Und die sich unter einer Gestalt lassen berichten, sind von inen als Ketzzer verworfen und verschmehet, und so dieselben sterben, werden sie begraben, da man die Uebeltater pfeget zu richten, und uf dem Felde." The legate's answer is extraordinarily mild, s. 139: "diser König hat nicht geschworen, die Ketzerei zu furdern, sondern mit einfältigen Worten hat er gesprochen, dass er sie in irer Gewonheit wolle lassen; und das ist nicht alleine nicht Sünde, sondern auch weislich getan.—Ir wisset wol, ob in Behem vil Ketzzer sein, ob sie mechtig sein, ob sie durch Fride und one Blutvergiessen zu vertreiben sein. Und so ir die Warheit sagen wolt, ir werdet in euer Weisheit selber raten, dass man sie nicht mit Ernst, sondern mit Sanftmütikeit nicht sol überhaupt, sondern langsam mällig in bequemer Weise bekenen. Und ob der König in solcher Geduld und Enthaltung etliche aus inen libet, nicht durch Ketzerei willen, sondern dass er sein Freund oder Diner ist, ob er darum sei ein Ketzzer zu heissen oder Libhaber der Ketzzer? Diss sol von euch ferne sein, wan mit offenbaren Sündern asse und trunke Jesus, nicht dass er die Sünder libete, sondern die Personen und die Selen. S. 142: Auch dass in Behem vil Ketzzer sind, darumbe sollet ir euch von inen nicht teilen, sondern sie leiden und dulden, als da saget S. Augustinus, sprechende: Du guter Mensch leide der Bösen, weil Christus Judam duldet," etc. [Translated in the Appendix.] Here may be seen how a crafty Roman, according to circumstances, could also profess Christian principles toward heretics.

⁹ Pius II. wished for George's assistance in the Turkish war, and accordingly even invited him to the convention at Mantua; Cochlaeus, lib. xii. p. 416.

¹⁰ See *Relatio Hist. Anonymi synchroni complectens res aliquas Hungaricas, potissimum vero Bohemicas, ab anno 1458, ad ann. 1469*, in Steph. Kaprinai, *Hungaria Diplomatica temporibus Matthiae Regis. P. II. (Vindob., 1771. 4)*, p. 577 ss. In 1462 George sent ambassadors to Rome to promise obedience to the Pope in form, and to receive the

George strove in vain, by protecting the Catholics strictly in accordance with the *compactata*, to keep them upon his side.¹¹ Paul II. at length proceeded to excommunicate and dethrone him (December, 1465);¹² and then issued repeated summons for a

ratification of the *compactata*. But Pius II. answered them as follows (l. c. p. 580 ss.): Quae vos compactata vocatis, Oratores insignes, Apostolica Sedes neque novit unquam neque accepit.—Non consuevit haec sancta Sedes—in his, quae articulos fidei concernunt, pacta facere; sed catholicam fidem—omnibus libere praedicare.—De his, quae vos compactata vocatis, nullae Basilienses (esto, quod Basileae aliquando, et tunc praesertim, generale Concilium fuisset) litterae unquam apparuerunt, sed nec hodie apparent: soli compactatorum amatores copiam quandam, seu ut ipsi dicunt transsumtum quoddam ejusdem, qui se Constantiensem Episcopum nominat, ostendere possunt, quod quantam in tam gravi re fidem faciat, quantum illi credendum sit, etiam nobis tacentibus quilibet intelligit. But even if they desired to claim the validity of the *compactata*, these had not been observed by the Bohemians themselves. Animadvertite, communionem sub utraque specie his Bohemis demum concedi, qui in aliis omnibus sese Romanae Ecclesiae conformaverint.—At—notum est, Bohemos hactenus in nullo Sedem Apostolicam recognovisse, quinimo ab illius obedientia semper declinasse, illius mandata sprevisse, novos ritus, novas haereses introduxisse.—Sed et illud notorium est, neque vos negabitis, imo in hoc sacro Consistorio publice asseruistis, in Bohemia ab omnibus, qui compactata colunt, hoc palam praedicari, communionem sub utraque specie de necessitate salutis esse, qua de re vos ea tanquam talia a nobis et Apostolica Sede confirmari petistis: cum tamen in compactatis dicatur, articulum de necessitate salutis in Concilio discutendum esse: qui et ibidem discussus est, decretum quoque est, de necessitate salutis non esse sub duplici specie communicari (see § 151, note 33). The Bohemian priests did not teach according to the directions of the *compactata*, sub qualibet specie totum Christum contineri, but on the contrary, communionem utriusque speciei de necessitate salutis esse. Then, it was determined in the *compactata*—Concilium concessurum communionem utriusque speciei, si Bohemi in desiderio sic communicandi perseveraverint, et hoc eorum ambasiatores indicaverint Concilio: but this had not been done. Runnt itaque ex omni parte compactata vestra, quae neque vos servastis unquam, neque, etiamsi servata fuissent, communicandi sub utraque specie Bohemis licentiam praestant, praesertim his, pro quibus nunc illud petistis, qui tunc, tempore compactatorum, aut nati non fuerunt, aut saltem talem usum communicandi minime habere potuerunt. Cf. Pii II. Commentarii a Jo. Gobelino compositi, lib. vii. p. 188. The German translation of the Pope's answer in Eschenloer, Bd. 1, s. 181, made from the copy which the Pope sent to Breslau, is quite different in style. King George immediately called together his estates, and complained of the Pope's proceeding (Cochlaeus, lib. xii. p. 427): Miramur quod Papa facit. Fortassis iterum hoc regnum, quod vix per compactata unitum est, et ad tranquillum statum pervenit, disjungere vult. In order to refute the charge that he had not kept his coronation oath, he had it read aloud: juravimus haereticam pravitatem velle abjicere, et omnes haereses de Regno nostro delere.—Sed quod Papa velit communionem et nostra compactata haeresim facere, numquam fuit de intentione nostra.

¹¹ Even Cochlaeus, lib. xii. p. 411, bears him witness: quod stirpi deerat, industria supplevit, qua sibi Rex tantam comparavit auctoritatem et gratiam, ut, si una defuisset labes Hussiticae sectae,—inter optimos Reges haud immerito commemorari posset. Quis enim fuit eo vel in consiliis circumspicior, vel in armis expeditior, vel in judiciis aequior, vel in regia potestate moderatior? Quamvis enim Hussitarum sectae adhaereret, Catholicos tamen Imperio suo subjectos a sacris et ritibus Ecclesiae non arcuit, neque in sectam suam coëgit. Comp. p. 438 s.

¹² The bull, dd. 1465, vi. Idus Dec., which is wanting even in Raynald, may be seen in German in Eschenloer, Bd. 1, s. 296. That the first excommunication followed in the December of 1465, not 1466, see Mansi ad Rayn., 1466, no. 27; see also the King's pa-

crusade against him.¹³ Nevertheless the writings published by George in defense¹⁴ made more impression than the Papal censures; even the German Universities declaimed against the proposed crusade,¹⁵ and accordingly it made insignificant progress. However, Matthias, king of Hungary, consented to receive the kingdom of Bohemia as a gift from the Pope, and took possession of Silesia, Moravia, and Lusatia. In Bohemia itself, George maintained his right; and after his death (1471) the Polish prince Wladislaus was chosen to be his successor. Matthias, as well as the Pope, strove in vain to supplant him,¹⁶ and in 1490 he even succeeded Matthias in Hungary. Although Wladislaus was himself a Catholic, and at first, in his weakness, yielded to Catholic insinuations, nevertheless the Calixtines were still so powerful, that

tent in Eschenloer, Bd. 1, s. 321.—There is a repetition of these sentences in the bull of 23rd December, 1466; in Eschenloer, Bd. 1, s. 350, dd. vii. Kal. Apr., 1467 (on Maundy Thursday); in Rayn. ad h. a. no. 1.

¹³ Raynald, ann. 1467, no. 8; 1468, no. 4. Theobald, Th. 3, cap. 16, s. 94.

¹⁴ George's letter of grievances to all Kings and Princes on the 28th July, 1466, is in Eschenloer, Bd. 1, s. 316. His appeal to a general council drawn up by Gregory of Heimburg (see § 133, note 29), dd. 14th April, 1467, is in Eschenloer, Bd. 2, s. 12 ff. There also appeared in print a Christian apology against the Pope's unchristian conduct, in the Bohemian, German, and Latin languages. Theobald, Th. 3, cap. 16, s. 93.

¹⁵ Eschenloer, Bd. 2, s. 16: "Da nun also dise Appellatio (see note 14) überall in dem Königreiche, und auch in vile deutsche Lande von Girsige (Georg) ausgesant ward, warde sie mehr verglimpfet, dan gestrafet. Es hatte die bábstliche Arbeit kein Lob, keinen Dank, noch Annemikeit:—sondern alles was Girsik anhuben oder fursatzte, warde von aller Welt gelobet und billich gesaget." S. 17: "Die Fürsten von Meissen, von Brandenburg mit iren Bischöfen, und besonders die Erzbischofe Germania bekommerten sich in dieser Sache, und lobeten nicht diss babstliche Fürnemen. In iren Landen und Stäten ward Fluchen und Schelten wider den Babst,—dass der Babst die Behmen, die gerne in Friden wolten sitzen,—aber zu Streit wolten erwecken,—da doch ire streitbarliche Hande vormals, da auch alle Christenheit wider sie gewesen were, stetiglich hetten überwunden, Land und Leute verderbet. Dise Herrschaften lissen darauf in den hohen Schulen zu Leipzig und Erfort durch die Lerer fragen, ob ziemlich were, wider die Behmen zu streiten, die doch gerne Fride hetten, ob man mit Ketzern möchte Fride haben, ob man sie solde morden, und zum Glauben bezwingen. Da was in diser Zeit ein sonderlicher grosser Lerer in dem Orden der Cartheuser zu Frankfurt a. d. Oder, von allen Leuten in der Lere und Heilikeit gross geachtet, diser schribte hierauf vil: auch in den genannten Schulen durch die Meister vil Handlungen darinnen warde gehalten und geschriben: und alles beschliesslich dass die bábstliche Heilikeit mit dem behmischen Volke, so als sie in Friden begerten zu sitzen, nicht so hartiglichen umgehen solde, sondern sanftmütig und in väterlicher Meinunge und Unterweisunge, mit Tage legen, als Girsik begeret hette, mit Legaten senden." [Translated in the Appendix.] Then it was told how these learned men had proved from Scripture that no man should be compelled to accept the Christian faith, and that heretics who wished for peace were not to be murdered, but only avoided.

¹⁶ Sixtus IV. pronounced the oath taken to Wladislaus invalid, and that Matthias was rightful King of Bohemia, Raynald. 1472, no. 32. In the year 1478 a treaty of peace was effected (see this in Eschenloer, Bd. 2, s. 388 ff.), according to which Wladislaus retained Bohemia, but Matthias Moravia, Silesia, and Lusatia.

the *compactata* remained in full force.¹⁷ Wladislaus died in 1516.

Under Sigismund the Taborites, though weakened, enjoyed unbroken freedom.¹⁸ Rokyczana made vain attempts to unite them with the Calixtines.¹⁹ Aeneas Sylvius found them in 1451 still quite unchanged in their peculiarities;²⁰ but after George

¹⁷ Restrictions upon the Utraquists, after 1480; Theobald, Th. 3, cap. 25, s. 137. The *compactata* were once more restored by the Kuttenberg treaty of 1485; Theobald, Th. 3, cap. 27, s. 149.

¹⁸ Cochlaeus, lib. viii. p. 280: *Quamvis exciso eorum exercitu—in armis non ita confiderent, ut prius, Taboritae: alii tamen rationibus pertinaciam suam tueri quaerebant. Habebant sane oppidum Tabor in excelsa rupe munitissimum, habebant multas Communitates sibi adhaerentes, habebant sacerdotes argutos et in sacris literis exercitatos, etc.* Aeneas Sylv., *Hist. Bohem.*, c. 52: *Taboritae, qui superioribus cladibus superfluerant in oppido conservati, ea lege in gratiam recepti, ut quinquennio toto suis moribus viverent, religionis cultum mutare non cogentur, jura civitatis haberent.* Afterward, indeed, Sigismund declared, quinquennium haud expectaturum se, correpturum propediem sceleratae civitatis insaniam: however death prevented him.

¹⁹ There was a colloquy of the two parties at Kuttenberg, 4th July, 1443, in which Rokyczana, as chief of the Calixtines, and Nicolas Biscupecz, as chief of the Taborites, conferred with each other. Theobald, Th. 2, cap. 14, s. 123. Here the Taborites gave in a confession in fifteen articles, in which they insisted on the supreme authority of Holy Writ, and on the use of it in the mother tongue. They pronounced the doctrine of justification by faith alone to be the most important, the confession of which should be the condition of membership in the Church; they acknowledged two sacraments, Baptism and the Lord's Supper, and rejected images and purgatory. Art. XII.: "*Das Sacrament des Altars ist ein schlecht unverwandelt Brot, wie auch Wein, so ein Zeichen des Leibs und Bluts Christi, der im Himmel ist, welches ihm der Glaube zueignet, ohne welchen Glauben keiner rem sacramenti, d. i. die geistliche und himlische Ding, den Leib und das Blut Christi, empfangen kann.*" Accordingly the sacrifice of the mass and the adoration of the host were rejected. In the colloquy there was a discussion upon transubstantiation, and the communion of young children, both of which the Taborites denied. A second conference at Prague, in 1444, remained as unsuccessful as the former (Theobald, Th. 2, cap. 15, s. 131). Compare the letter of Nic. Biscupecz to one of the elders of the Taborite community at Muglitz in Moravia. Theobald, l. c. Memorials of this controversy, still extant, are Jo. Rokyczanae Tract. de VII. Sacramentis, at the end of Cochlaei *Hist. Hussitarum*, p. 442 ss., and the Taborite's, Jo. Lukawitz, *Confessio Taboritarum contra Rokenzanam et Papistas Pragenses*, in Balth. Lydii *Waldensia*, Roterod. 1616. 8, p. 1 ss.

²⁰ Aeneae, Ep. Senensis, Epist. ad Jo. de Carvajal Card. (Aeneas Sylv., Epist. 130): *Ex illis aliqui nudi erant solis tecti camisiis, alii pelliceas tunicas induerant. Alii sella carebant, alii freno, alii calcaribus. Alteri crus occreatum fuit, alteri nudum: huic oculus defuit, illi manus.—Incedendi nullus ordo, loquendi nulla modestia, barbaro et rusticano ritu nos exceperunt. Obtulerunt tamen xenia, pisces, vinum, cerevisiam. Sic oppidum ingressi, locum vidimus. Quem nisi haereticorum arcem aut asylum vocem, nescio quo appellem nomine. Nam quaecunque deteguntur inter Christianos impietatis ac blasphemiarum monstra, huc confugiunt, tutamentumque habent, ubi tot sunt haereses quot capita, et libertas est quae velis credere. In the following picture of the doctrines and customs of the Taborites, the statements printed in Italics are false (compare note 19): Romanam Ecclesiam nolunt habere primatum, aut proprii Clerum habere quiequam. Imagines Christi Sanctorumque delent. Ignem purgatorium inficiantur. Nihil Sanctorum preces jam cum Christo regnantium prodesse mortalibus asseverant. Festum diem praeter Dominicam et Pascalem non agunt, jejunia spernunt, horas canonici*

Podiebrad conquered Tabor, in 1453,²¹ the Taborites vanish from history as a distinct party. However, during the strife of parties in the Church, their religious doctrines, in a purified form, appealing to and seizing upon a more profound experience, had found acceptance even among the Calixtines; and so, about the year 1450, a new party first made its appearance in Prague,²² favored

cas abjiciunt. Eucharistiam sub specie panis et vini *et parvulis et dementibus praebent*. Conficientes nihil praeter orationem dominicam et verba consecrationis dicunt, neque vestimenta mutant, neque ornatus assumunt aliquos: quidam vero eonsque disipiunt, ut non verum Christi corpus in sacramento altaris, sed repraesentationem quandam esse contendunt, errantis Berengarii, non conversi, sequaces. Ex sacramentis Ecclesiae baptismum, eucharistiam, *matrimonium ordinemque* recipiunt: de poenitentia parum sentiunt, de confirmatione et extrema unctione nihil. Monachorum religionibus infestissimi sunt, inventionesque diabolicas asserunt esse. Baptisma simplicis undae volunt. Nullam aquam benedicunt. Cimiteria non habent consecrata: cadavera mortuorum in campis, et ut digna sunt cum bestiis sepeluntur: vanumque censent orare pro mortuis. Ecclesiarum consecrationes derident, et in omnibus locis passim conficiunt sacramentum. Nulla major his cura est quam sermonis audiendi. Si quis negligens est, domique torpet, aut negotio ludove vacat, dum sermo est, virgis caeditur, et intrare ut verbum Dei audiat compellitur. Est illis domus quaedam lignea similis horreo ruris: hanc templum appellant. Hic populo praedicant, hic legem per omnes dies exponunt, hic altare unicum habent, neque consecratum, neque consecrandum, ex quo sacramentum plebibus exhibent. Sacerdotes neque coronas ferunt, neque barbas tondent: his Taboritae frumento, cerevisia, lardo, leguminibus, lignis et omni suppellectili necessaria publice domum complent, et addunt in singula capita singulis mensibus sexagenam (a penny tax), ex qua pisces, carnes recentes, et si velint vinum emant.—Fratres se invicem appellabant, et quod uni defuit, alter subministravit: nunc sibi quisque vivit, et alius quidem esurit, alius autem ebrius est.—Reversi ad ingenium avaritiae jam omnes student, et quia rapere ut olim nequeunt,—lucris inhiant mercaturae, sordidosque sequuntur quaestus. Sunt in civitates ad quatuor millia virorum, qui possent educere gladium: sed artifices facti lana ac tela ex magna parte victum quaerentes inutiles bello creduntur. In the same year, Aeneas was again at Tabor, and there held a conference with several clergy, among others with a certain Nicolas, quem dicunt Episcopum, at which were also present—scholares et cives plurimi latinum edocti sermonem. Nam perfidum genus illud hominum hoc solum boni habet, quia litteras amat.

²¹ Theobald, Th. 2, cap. 19, s. 180.

²² Jo. Lasitii (a Polish nobleman about 1580, who went over to the Brothers) de Origine et Rebus Gestis Fratrum Bohemorum, lib. viii. Of this work, lib. viii. is printed *qui est de moribus et institutis eorum. Adduntur tamen reliquorum vii. librorum argumenta et particularia quaedam excerpta*. ed. Jo. Amos Comenius, 1649. 8; a new edition, with the omission of the *Argumenta*. Amst., 1660. 8. The work is still extant entire in MSS., Baumgarten had one in his possession; see Nachrichten von merkw. Büchern, Bd. 6, s. 139. Joach. Camerarii Historica Narratio de Fratrum Orthodoxorum Ecclesiis in Bohemia, Moravia, et Polonia (written about 1570), nunc primum ed. Ludovicus Camerarius. Heidelberg (1605). 8. Systema Historico-chronologicum Ecclesiarum Slavonicarum per Provincias varias—distinctarum, libb. iv., opera Adriani Regenvolsicii (i. e. Andreae Wengerscii), Traj. ad Rhen. 1652 and 1679. 4. Jo. Amos Comenii (Bishop of the Brothers in Poland, † 1671 at Amsterdam) Hist. Fratrum Bohemorum, eorum Ordo et Disciplina Ecclesiastica. Amstelod. 1660. 8, cum praef. Jo. F. Buddei. Halae, 1702. 4. D. Joh. Gottlob Carpovs, Superint. zu Lübeck, Religionsuntersuchung der böhm. u. mährischen Brüder, von Anbeginn ihrer Gemeinen bis auf gegenwärtige Zeiten. Leipzig, 1742. 8. G. W. K. Lochner's Entstehung und erste Schicksale der Brüdergemeinde

in the beginning by Rokyczana himself,²³ which had adopted the religious principles of the Taborites, but not their superstition and fanaticism. This party was soon greatly increased, chiefly by the accession of many of the Taborites;²⁴ it also spread far and wide in Moravia;²⁵ and at length, in 1457, under the names of Brethren of the Law of Christ, Brethren, Brethren in Unity, separated entirely from the Church.²⁶ When, upon George's accession to

in Böhmen und Mähren, und Leben des Georg Israel, ersten Aeltesten der Brüdergemeinde in Grosspolen. Nürnberg, 1832. 8.

²³ They even received their first impulse from him, as he was at that time preaching vehemently against the Papacy; and his sister's son Gregory was the most eminent among the first Brethren (Comenius, ed. Budd., p. 14); see *Prima Epist. Fratrum ad Jo. Rokyzanum*, in Camerarius, p. 61: *Gratissimae nobis, valdeque jucundae tuae fuerunt conciones. Primum enim sedulo nos hortabaris ad vitandum et fugiendum horribiles errores Antichristi, his jam postremis temporibus relecti.—Praeterea testabaris, diabolum omnium Sacramentorum abusum introduxisse, miserum vulgus falsam salutis spem in iis reposuisse. Monstrabas denique, quomodo pii et veri Christiani sacramenta—percipere debeant.—Et breviter tristissimum esse dicebas et miserum religionis statum, praesertim eo anno, cum Rex adolescens rerum potiretur (Ladislaus, 1453). Nos vero his auditis magno afficiebamur dolore.—Insuper cum videremus multa et varia dogmata spargi,—perturbati erant animi nostri,—ita ut nesciremus, utrum his vel illis assentiri deberemus.—Commendabas nobis Petrum Chelezitium, quicum nos tandem collocuti sumus, ipsiusque scripta legimus, ac plurima demum tum inter sacerdotes, tum inter populum, male et extra ordinem fieri, facile perspeximus; ita ut etiam de te spem minime bonam conceperimus, cum videremus, te sequi ea, quae tua ipsius conscientia vitanda et fugienda esse iudicaret. Cumque de his tecum colloqueremur, tu haec ad nos, *Scio, inquisti, vos vera sentire: sed si mihi suscipienda est causa vestri, eadem perferam convitia, in idem incurram dedecus, parique ignominia officiar necesse est.*—Coacti sumus edere confessionem fidei nostrae: ubi exposuimus, quid sentiremus de sacramento coenae Domini (nam de hoc potissimum capite sententiam nostram sciscitabaris).—Nihil erat, cuius nos argueres, praeter quod ritus quosdam seu ceremonias ecclesiasticas permutaverimus.*

²⁴ Esrom Rüdiger, son-in-law of John Camerarius, professor at Wittemberg, who went over to the Bohemian Brethren, and was teacher at the gymnasium of Evanzig in Moravia, says, in his *Narratiuncula de Fratrum Orthodoxorum in Bohemia et Moravia Ecclesiolis*, written A.D. 1579, in Camerarius, p. 159: *Hoc tantum monebimus, Taboritarum seu Taborensium nequaquam pudere nostros debere (quod aliquibus tamen accidisse jam olim, et nunc etiam accidere videtur), quos in majoribus suis habeant atque recenseant.—Horum stirps sunt nostrae Ecclesiae, quicquid dicant aut comminiscantur aliqui.—Et qui postea Fratres, et tum Taboritae nominati sunt,—in iis sine dubio Taboritarum superstitum fuit aliquid, et multum quidem: qui tamen Fratres non doctrinae, sed studii certi professione a Taboritis se discriminare voluerunt. Territi enim clade et pene internecone Taboritarum, et nomen hoc aversati sunt, et armis pro se et suis propugnare amplius noluerunt (quod tamen etiam tum non potuisse videtur), neque cum adversariis Pontificiis et Calixtinis disputando aut scribendo confictari ipsis libuit, sed tantum veritatem ad suos docere et sectari, et expectare atque ferre extrema etiam omnia.*

²⁵ The beginning of their community in this country was at Cremza or Cromerzig. Many of them were driven by persecution to escape to Bohemia; see Lochner, s. 25.

²⁶ *Prima Epist. Fratrum ad Rokyzanam*, in Camerarius, p. 64: *Ne existimes, quod propter ceremonias aliquas, vel ritus ab hominibus institutos sejunxerimus nos a vobis, sed propter malam et corruptam doctrinam. Si enim potuissemus veram illam fidem in*

the throne, he and Rokyczana endeavored in every way to obtain the Papal recognition, the one as king, the other as archbishop; they thought themselves obliged to display their orthodoxy by intolerance toward the Brethren. Rokyczana first persuaded the King to banish them to the distant region of Litz in Leutomischl in the Riesengebirge (1461). However, as the new community, instead of vanishing in obscurity, continued to spread, a most severe persecution was every where commenced against them, which obliged the Brethren, as long as George reigned, to hide themselves in deserts and caves (hence their name Jamnicii, bur-towers).²⁷ Nevertheless, at this time, their Church constitution was formed, by the election of the first elders, in a solemn assembly at Lhola, 1467.²⁸ Under the reign of King Wladislaus more peaceful days began for them, although the Calixtines often sought, by both kind and severe measures, to draw them over to themselves.²⁹ A few nobles joined them, under whose protection they were able to build houses of prayer. Their confessions of faith, sent in to King Wladislaus in 1504 and afterward, give evidence as to their doctrinal views.³⁰

J. Chr. dominum nostrum apud vos conservare, nunquam profecto secessionem hanc fecissemus. Sed cum videremus, tum vos ministros, tum populum his flagitiis et sceleribus contaminari, neque puram a vobis et integram usurpari religionem; coacti sumus salutis nostrae causa a coetu vestro discedere, ne vel tanta scelera et facinora vobiscum perpetrantes, vel saltem in iis conniventes, aeternas tandem poenas una vobiscum sustineremus.—Nos sine intermissione his temporibus turpissime a sacrificiis infamamur, qui negant nos habere veram fidem de sacramento corporis Christi, et hac ratione magnum acerbumque imperitiae multitudinis odium in nos concitant. Sed scias tu, et universi, nos ita credere, quemadmodum Christus dixit, Apostoli scripserunt, et primitiva Ecclesia docuit. Quod vero contrarium excogitatum, aut additum, aut ad alium usum, quam Christus voluit, accommodatum est, hoc ex animo aversamur.

²⁷ *Historia Persequotionum Ecclesiae Bohemicae* (with no statement of the place of publication, or the author's name, supposed to be by John Amós Comenius), 1648. 12.

²⁸ Camerarius, p. 92. *Hist. Persequotionum*, cap. 20, § 2-6, and agreeing word for word with the latter, Comenius, ed. Budd. p. 17. The *Hist. Persequot.* and Comenius add the story, that soon after Michael of Szamberg was sent, to receive episcopal consecration, to the Waldensian bishop, Stephen, who being banished from France had settled in Austria, and was soon after burned to death at Vienna. With regard to the pretended apostolical succession of these bishops, see the true state of the case, vol. ii. § 90, note 29. However, it is strange that Camerarius makes no mention of the above circumstance, although he speaks of Stephen, p. 116.

²⁹ Lochner, s. 38.

³⁰ In three letters to this monarch, in the years 1504, 1507, and 1508, in the *Fasciculus Rerum Expetend. et Fugiendarum*, ed. Edw. Brown, p. 162 ss., and in Balth. Lydii *Waldensium* (t. i. Roterod. 1616; ii. Dordraci, 1617. 8), t. ii. p. 1 ss. Here they bring forward their agreement with the Catholic doctrine more prominently than their deviation from it: they express themselves most plainly with regard to the latter, in the third letter, *Excusatio contra binas literas D. Augustini datas ad Regem*. With reference to the Lord's

§ 153.

ISOLATED EFFORTS FOR REFORM.

A recognition of the decline of the Church was universally diffused and encouraged by the Councils of Constance and Basle, although of course it existed in very different degrees in different individuals. The incapacity and moral corruption of the clergy were most generally felt and complained of. Rome was always ready to renew the rules of discipline so often before repeated; but so soon as the reform of the curia itself was demanded, or any alterations of institutions advantageous to its avarice, it offered a stubborn resistance, with persecutions. Indignant at the excess of the evil, individual men of loftier spirit arose, like the prophets of the Old Testament, full of warning and zeal: they found also the same fate with these. The Carmelite, Thomas Conecte, came forward in Flanders as a preacher of morality with great success:¹ he was burned to death at Rome in 1432.² An-

Supper, they repeatedly state their doctrine to this effect: *quando Presbyter rite ordinatus verba testimonii Christi expresserit, continuo panis est corpus Christi verum, naturale, ex castissima virgine sumptum, similiter vinum sanguis est naturalis corporis ejus.* Nevertheless they controvert (*Excusatio in the Fascic.*, p. 182 ss.) transubstantiation and the adoration of the eucharist. They maintain that the body of Christ—est in Sacramento per aliam existentiam quam in dextris Dei. P. 184, cum suo substantiali assumpto corpore, quocum sedet nunc ad dexteram Dei, non potest multiplicari:—et non potest corporaliter sumi a fidelibus animabus, sed solum spiritualiter.—*Quamvis Christus non est hic cum corpore naturali:—est tamen spiritualiter, potenter, benedictus, in veritate.* In like manner, p. 171 and 177, they declare themselves against the worship of saints, and, p. 177, against purgatory. The true purgatory is in this world, in quo se purgant ad immortalia corpora. With regard to the abrogation of several customs they say, p. 180: *Ideo multas constitutiones et consuetudines, ordinationes et inventiones non continemus, quia in errore sunt et eversionem fidei et aequitatis,—et quoniam hac constitutiones sunt causae idololatriae, et spei erroneae, et vanae superstitionis, et occultationem mortalis peccati. Malis autem sacerdotibus sunt causa ad eorum indignitatem et ad seductionem a justitia, et ad avaritiam et sacrarum rerum quaestum: populo autem sunt ad latrocinia onusque, ut plura impendant in vestes, aedificia et splendorem,—quod in pauperes et egenos expendere debent. Ideo non observamus in multis rebus, quia multa impedimenta faciunt verbo justitiae, orationi, rebus sanctis circa legis Dei sensum, propter quae lex Dei venit in contemptum: et ita humanas constitutiones, ordinationesque tam diligenter custodiunt, sicut mandatum Dei vel et diligentius.*

¹ See the description in Enguerrand de Monstrelet (*Prévôt in Cambray*, † 1453), liv. vi. chap. 53 (nouv. édit. par J. A. Bachon. T. v. p. 197).

² The account in Enguerrand de Monstrelet, liv. ii. chap. 127, t. vi. p. 62, is unsatisfactory: it is only clear that his severe sermons against the clergy worked his ruin. According to Bertrand d'Argentré, *Histoire de Bretagne* (Paris, 1618. fol.), p. 788, he had said, qu'il se faisoit des abominations à Rome, que l'Eglise avoit bien besoin de reformation, et qu'il ne falloit pas craindre les excommunications du Pape faisant le service de Dieu. Il accordoit aux religieux de manger de la chair, et disoit que à l'exemple

drew, the Dominican, archbishop of Carniola,³ and cardinal, was painfully undeceived, when imperial ambassador at Rome, with regard to the papal holiness, in which he had honorably believed: insulted and persecuted by Sixtus IV., to whom with true simplicity he thought himself bound to administer an evangelical rebuke, he desired to convene at Basle a new council against the corruption which cried aloud to heaven (1482): he died in prison at Basle (1484).⁴ Jerome Savonarola, Dominican monk at Flor-

de la nation Grecque le mariage ne devoit pas estre defendu aux Prestres, ny à ceux des siens, qui ne pouvoient se contenir. Baptista Mantuanus, in his *De Vita Beata*, at the end, declares this member of his own order, whom he calls Thomas Gallus, to be a martyr: dum bene beateque viveret, a quibusdam invidis apud summum Pontificem capitis accersitur, et post carcerem, post tormenta, post cruciatum tandem, quum nihil damnabile reperissent gravius investigantes, quod jure non potuerunt, injuria perficere fortiter accinguntur, et comburendem scelerato rogo commiserunt.—Hujus flammis non Scaevolae rogo, sed Laurentii posse comparari non dubito: dicant qui velint, obstrepant, clamitent et insaniant: ille summo vivit Olympo.

³ Archiepiscopus Craynensis, yet probably Archbishop of Laubach in Carniola.

⁴ The principal sources are Petri Numagen de Treveris, whom Andrew employed as his notary, *Gesta archiepiscopi Craynensis*, in J. H. Hottingeri *Hist. Eccl. N. T.*, Saec. xv. p. 347 ss., a collection of documents with notes by Peter, in which he tries to justify his share in the proceeding. Compare Christian Wurtsisen's (recorder at Basle, † 1588) *Baseler Chronik*, Buch vi, cap. 14. Joh. Müller's *Schweizergeschichte*, Th. 5 (Berlin, 1826), s. 284 ff.—By a notice put up in the Cathedral at Basle, 13th July, 1482, he invited the holding of a council (Petrus Numagen, p. 360): multis moti gravissimis damnabilibusque scandalis et sceleribus, quae heu oculis vidimus, auribusque nostris audivimus in loco honoris,—curia videlicet Romana, vigere et contrahi, indeque inevitabiles depravationes Christifidelium utriusque status per totum longe lateque orbem insurgere, ut heu jam lamentabile sit videre et audire, naviculam Petri, i. e. totam simul universam Ecclesiam,—jactari nedum—persecutionibus Turcorum et infidelium ad extra, verum etiam intra se quassari, et scindi, dirimique laxatis solutisque clavis unientibus ubique per divisiones, praelia, haereses, peccata, vitia, injustitias, errores et maleficia innumerable, ut non improvide timendum sit, eam tandem—a sorbente gurgite damnationis subtrahi.—Attendentes quoque, juxta sacrosanctae Synodi Constantiensis magnae prae-habitaе providentiam—tot tantisque malis praeter sacrum Concilium nullo modo posse finem pacificum imponi; hoc annuo—ad inclytam civitatem Basileensem, quam adhuc indubitatum congregandi Concilii locum cognovimus, ob zelum domus Dei nostri cum mordentibus gravibus fatigationibus et periculis nos recepimus, ibique in cathedrali Ecclesia—Concilium generale—legitime congregandum in nomine, ex parte, et ad laudem tandem—D. N. Jesu Christi,—fidei catholicae reformationem, morum correctionem, scelerum, vitiorum extirpationem, et pacem universalem in populo Christiano procurandam—indiximus. On the 21st July he added an appeal against Pope Sixtus IV. (p. 368): facturus sermonem ad te, o Francisce de Savona, Ordinis fratrum Minorum, qui cathedram sanctam male ascendisti, maleque nomine Sixtus IV. jam annis XI. occupasti, Apostoli Pauli ad Elimam habitis verbis recte potero exordiri (Act. xiii. 10): *o plene omni dolo et omni fallacia, fili Diaboli, inimice omnis justitiae, non desinis subvertere vias Domini rectas: dolo namque et fallacia non intrans per ostium, sed per Simoniam quasi fur per fenestram proh dolor ingressus es in regimen Ecclesiae sanctae Romanae. Inde facientem desideria Diaboli filium te esse veritas ipsa declarat, cum dicit: vos ex patre Diabolo estis, et desideria patris vestri vultis facere.*—Quotiens, o Sixte, intimae compassionis affectu argui injustitias tuas, et non mihi auscultasti! quotiens scelera reprehendi tua, et me despexisti! quotiens praevaricationes tuas tibi objeci, et me subsannasti!

ence, still more like those typical men of the Old Testament, began to assail the moral as well as the political state of his country, not only with warnings, but also with prophecy; thus, however, he only fell a more easy victim to Roman hatred (1498).⁵

Nonne licuit mihi secundum formam Evangelii dicere tibi secreta: cur benedicis et maledicis pro pecunia? cur beneficia vendis? cur gratias spirituales pecunie aestimatione taxas?—Et cum sollicitudo tua omnium Ecclesiarum esse debeat, ut quid apud, et quasi coram te peccantes non arguis? Cur toleras Sodomitas, sacrilegos, simoniacos, homicidas, officii et professionibus suis non satisfacientes,—justitiam vendentes, doctrinam malam docentes, virgines stuprantes, sorores incestantes, sub coelibatu pueros procreantes, moniales violantes,—focnatores, Ecclesias quas deservire nequeunt locantes sub usurâ,—aliisque vitiiis et maleficiis atque dehonorationibus superfluentes?—Inde fit, quod Clerus despicitur,—suscitataque passim inter curiosos Laicos errorum materiae, vel haeresium opiniones—ubique gloriantur,—quod in omnibus castris Cleri non vel vix sit, qui cum eis ad singulare certamen disputationis—descendere ausit, vel saltem incidentem dubitationem pro Laici satisfactione decidere, enucleare, quod taceo haereticum astutum et relatrantem ratione et auctoritate concludere norit. Sicque cum majori scandalo Cleri fit, quod Laici fere plus sapiunt, magis honeste, religiose, justeque se gerunt quam Clerici, qui omnia facta sua quasi pro lege habentes, etiam errores suos per legem Jesu Christi conantur defendere.—Tu vero, Sixte, quando his pastoralis sollicitudine obvias? ubi est labor tuus, ubi vigilantia tua, ubi districtio tua?—Cumque hujusmodi, o Sixte, a me pluries tibi cum dolore cordis secreta inter me et te dicta non acceperas,—habui ultra adhibere testes, dixique ea in coetu Cardinalium Ecclesiae, te ad emendationem exhortans. Tu vero, quasi incurabili vulnere, quod omnem medicinam absorbet, sanciatu, —non accepisti admonitionem meam in cor tuum, ut rescipisceres, sed magis magisque irretitus raptabas in animam meam, spiransque minarum et caedis tota die concinnabas dolos, quibus me caperes, tandemque injuste captum et judicatum me libere dimisisti. Igitur ne gravius Indies magis magisque Ecclesia per tuas insolentias damnificetur,—jam ultimum superest, ut dicam Ecclesiae. Henricus Institoris first took the field against him, as inquisitor in Upper Germany. In his refutation this remarkable passage is to be found (l. c. p. 413): Clamat mundus pro Concilio: sed quomodo congregabitur, ubi dispersi sunt lapides sanctuarii ejus, et obscuratum est aurum, mutatus est color optimus? Cujusmodi reformatio? Dic, ubi obedientia Principum, ubi zelus fidei? Et quia ista deficiunt, quaeso, ex Conciliis ejusmodi reformatio proveniet? —*Ecclesiam per Concilium reformare non poterit omnis humana facultas: sed alium modum altissimus procurabit, nobis quidem pro nunc incognitum, licet heu prae foribus existat, ut ad pristinum statum Ecclesia redeat.*

⁵ With regard to this man, about whom very different opinions have been held in all ages, the principal sources of information are the accounts of two contemporaries. The unfavorable account is in Jo. Burchardi Diarium Curiae Romanae (see at the head of § 134), in Eccard, ii. p. 2087 ss., to which the important documents, p. 2150 ss. belong; more correctly in the Mémoires de Comines, éd. de Lenglet du Fresnoy, t. iv. P. ii. p. 72, and, after the Carlsruhe MS., in Paulus aufklarende Beitrage zur Dogmen-, Kirchen-, und Religionsgeschichte. Bremen, 1830, s. 281 ff.; and the Vita H. Savonarolae, by his friend Jo. Franc. Picus, Lord of Mirandola († 1533), in Guil. Batesii Vitae Selectorum aliquot Virorum. Lond., 1681, 4, p. 108 ss. A rich collection of these and other documents is the Vita R. P. Fr. Hier. Savonarolae, auct. J. F. Pico Mirandolae Concordiaeque Principe notis accurata: adjecto ceu mantissa revelationum ejusdem F. Hieronymi compendio: additionibus insuper, actis diplomatibus, epistolis, scriptorumque monumentis aucta et illustrata (by the Dominican, Jac. Quetif). Paris, 1674. 2 tomi. 8. Soon after his entrance into the Order, at Bologna, in 1475, he began to have visions of the future; see Jo. F. Picus, in Batesius, p. 112: Per id tempus divinarum revelationum particeps factus ingruentes et Italiae et aliis regionibus calamitates ad futurae renovationem Ecclesiae praevidit, quanquam non adeo tunc ea extra dubitationem illi paterent, ut omnis ei am-

From a narrower and a monastic platform the Franciscan, John

appetitus sui infatigabiliter exequantur, traditiones hominum magno amore amplectuntur, sed potiora legis praeterire reperiuntur. P. 109: Quartum genus erroris est illorum, qui—in hoc desipiunt, quod ad perfectiora opera legis evangelicae facienda libertatem spiritus secundum interiorem motum fidei non sufficere contendunt, sed ad hoc obligationem voti necessario requiri, impie dogmatisare non erubescunt; ita ut libertatem evangelicam in servitutem obligatoriam redigentes a pharisaica superstitione non multum distare reperiuntur. Hic est error nostri temporis, qui cum Pelagiana haeresi in multis convenire cognoscitur. P. 112: He designates St. Thomas, in this respect, as princeps erroris. P. 114 ss.: He proves that—voluntas voventis non firmatur in bono ex voto. P. 115: Religiosi possunt a bono virtutis deficere, et facinorosissimi fieri. Quod non est necesse per rationes probabiles adstruere, quia multorum vita nefandissima hoc declarat manifeste, ita ut vulgo dicatur: *quod Monachus audet praesumere, hoc Sathanas erubesceret excogitare*. P. 122: Aeternae beatitudinis praemium non est aliud, quam summi amoris exercitium. P. 124: Creata voluntas largitate divinae bonitatis repletur, et ejus amore inflammata, ad reciprocum amorem assurgit. Unde sicut in ea continua et sine fine duratura erit tanta divinae bonitatis influentia, sic continua et aeterna erit ejus creatae voluntatis ad Deum cum pleno amoris refluentia. P. 139: Anima rationalis eodem modo reducitur in Deum, quomodo exit a Deo. Sed per libertatem divinae voluntatis exit a Deo, ergo per libertatem suae voluntatis debet reduci in Deum. (Cf. Epist. Apolog. in Walch, II. 1, p. 19: Qua de causa Apostolus in omni scriptura et doctrina sua ita laborat ab evangelica libertate mosaicam servitutem excludere? Huc utique, ut omnibus patenter claresceret, neminem posse legem evangelicam nisi per libertatem Spiritus meritorie observare. Nec mirum, quia lex evangelica est lex amoris. Amare autem nemo potest, nisi per voluntatis libertatem.) P. 142: Praecepta evangelica—non ad humanae voluntatis libertatem onerandam, sed ad ipsam libertatem dirigendam ordinantur.—Sunt enim haec praecepta lumen divinae caritatis tenebris humanae ignorantiae coelitus infusum, quo divinae voluntatis beneplacitum, quae est regula omnis creatae voluntatis, manifestatur, et ad ejus conformitatem creata voluntas dirigitur. To the question, Quare ergo Ecclesia votum fieri ordinavit, et cum tanta solemnitate fieri decrevit, si nihil boni supernaturalis in voluntate voventis efficit? an answer is given p. 164: Ecclesia mater est fidelium: in matribus autem plus solet abundare affectus, quam vigere intellectus. Et ideo in quibusdam actibus Ecclesiae magis attendendus est affectus pietatis, quam lumen discretionis. Unde fit, ut quamvis Ecclesia militans aliquando erret in effectu, eo quod Ecclesia militans fallitur et fallit; non tamen errat in affectu, quia quicquid circa Ecclesiae filios ordinat ad profectum eorum, procul dubio materno affectu disponere laborat. P. 167: Votum religionis propter infirmos et instabiles Ecclesia ordinavit, qui ad perfectam legis evangelicae observantiam sub communi institutione Christianae religionis aliter induci non poterant, ut per exterioriorem obligationem sub jugo evangelicae libertatis vivere assuescerent, qui absque obligatione ad hoc non poterant edomari. Cum igitur haec ita se habeant, valde est a veritate alienum, quod quidam Religiosorum ad tam superstitiosam elationem religiones extollunt, quod in suam contumeliam status eas perfectionis dicere non erubescant. P. 177: Divina ordinatio et constitutio est sufficientissima ad summam et perfectissimam legis evangelicae observationem, et non indiget nova institutione vel ordinatione. Et ideo positivae constitutiones Ecclesiae, ordinationi divinae superadditae, non sunt, nisi quaedam exteriores honestae observantiae, ordinatae vel propter majorem reverentiam in suscipiendis vel tractandis sacramentis, ut jejuno stomacho sacramentum eucharistiae percipere,—et similia, quae nihil faciunt ad sacramenti veritatem, sed ad honorem et dignitatem. P. 180: Quod illa necessitas coactionis sit per se causa boni productiva, vel quod sit per se bonum meritorium, quemadmodum Thomistae affirmant, omnino negamus, immo falsum esse, et haeresi Pelagianae vicinum esse dicimus.—Positiva constitutio Ecclesiae—non potest se extendere ad interiorem motum voluntatis, in quo est principium merendi, sed solum ad substantiam actus exterioris, qui potest fieri absque auxilio gratiae secundum facultatem voluntatis. Dicere ergo, quod votum sit

able to teach similar doctrines unmolested; and the still more deeply penetrating John Wessel¹⁷ (*Lux mundi, Magister contradictionum*), after having discharged many different academic offices at Cologne, Louvain, Paris, and Heidelberg, was allowed to end his life in peace at Groningen, his native place († 1489), although he professed a doctrine which Luther afterward acknowledged to be entirely identical with his own.¹⁸

causa productiva meriti,—non est aliud dicere, quam quod exteriore actu voluntatis absque auxilio gratiae potest aeterna beatitudo mereri.—Haec fuit insania Pelagii haeretici, etc.—P. 199: Vita sacerdotalis, secundum eminentiam status sacerdotalis et dignitatem Ordinis regulata, est vere et simpliciter apostolica, et summa perfectio religionis Christianae. P. 207: Ex sacramentorum primaria institutione, et ex divina ordinatione licet omnibus sacerdotibus omnia sacramenta dispensare.—Quod ergo nunc temporis Episcopis licet conferre aliqua, quae non licent sacerdotibus,—hoc est vel propter Ecclesiae consuetudinem vel constitutionem. Multa enim Ordini sacerdotali per consuetudinem vel constitutionem Ecclesiae sunt ablata, quae divina constitutione ei sunt collata.

¹⁷ Called also Gansfort, probably from a village from which his family sprung. There are two accounts of his life, by Albr. Hardenberg, and Gerard Geldenhauer, at the beginning of the *Opp. Wesseli*. Compare, *Effigies et Vitae Professorum Academiae Groningae et Omlandiae*. Groning. 1654. fol. p. 12 ss. Guil. Muurling de Wesseli Gansfortii cum Vita, tum Meritis in praeparanda sacrorum Emendatione in Belgio septentrionali. Pars prior (containing the life). Traj. ad. Rhen. 1831. 8. Johann Wessel, ein Vorgänger Luthers. Zur Charakteristik der christl. Kirche und Theologie in ihrem Uebergang aus dem Mittelalter in die Reformationszeit. Von D. C. Ullmann. Hamburg, 1834. 8.

¹⁸ Many of his works are lost (*Hardenberg in Vita Wess.* p. 13: *Quae in scriniis ipsius reperiebantur ejus manuscripta omnia eo mortuo opera Mendicantium monachorum, et quorundam aliorum furore exusta erant*). Several of his treatises were sent from Holland to Luther, and first published under the title *Farrago Wesseli* (probably, Witteb. 1521), 4, since 1522 several times at Wittenberg, Basle and Marburg, as *Farrago Rerum Theologicarum uberrima, doctiss. Viro Wesselo Groningensi auctore* (compare Ullmann s. 461 ff.). In Luther's preface, prefixed to the later editions, is the passage: *Prodiit en Wesselus (quem Basiliium dicunt) Phrisius Groningen. vir admirabilis ingenii, rari et magni spiritus, quem et ipsum apparet esse vere Theodidactum, quales prophetauit fore Christianos Jesaias, neque enim ex hominibus accepisse judicari potest, sicut nec ego. Hic si mihi antea fuisset lectus, poterat hostibus meis videri Lutherus omnia ex Wesselo hausisse, adeo spiritus utriusque concordat.* The complete edition, *M. Wesseli Gansfortii Opera, quae inveniri potuerunt omnia* (ed. Petrus Pappus a Tratzberg), Groning. 1614. 4, comprises, besides the *Farrago*, five treatises and a collection of letters. For Wessel's theology see Ullmann, s. 187 ff. His doctrine of justification, *De magnitudine passionis*, c. 45 (*Opp.* p. 550): *Arbitramur hominem justificari per fidem Jesu Christi absque operibus* (Rom. iii. 28), *et fides sine operibus emortua est* (Jac. ii. 27): *diversum dicunt Apostolus Paulus et Jacobus, verum non adversum. Communis utriusque sententia est, justum ex fide vivere, fide inquam, per dilectionem operante.* Cap. 46, p. 553: *Qui per opera sua justificari putat, non novit, quid sit justus. Justus est, qui unicuique quod suum est tribuit. Sed quis homo unquam absolvit, ut Deo esset qualis esse debet, omni homini sit qualis esse debet? Nescit quod sit suum debitum, nescit etiam quanta sit futurorum bonorum exspectatio, quam nullis operibus aequare potest: neque solum hac ignorantia errat, sed et sacrilegii (reus est), gloriam justificationis non Deo, sed sibi tribuens. Qui vero Evangelium audiens credit, desiderat, sperat, confidit ut laeta nuntia, praeterea amat evangelisatum justificantem et beatificantem, quantalibet pro consequen-*

Hence it is manifest that, with all the differences of opinion as

do faciat et patiat; non sua opera, non se operantem extollit, sed extensus totus et propensus in eum quem amat, a quo credit, cupit, sperat, confidit, justificatur, nihil sibi ipsi tribuit, qui scit nihil habere ex se. Cap. 47, p. 554: Praecepit igitur lex perfectionem, sed nihil adduxit ad perfectum. Sed quid? Num Evangelium duxit ad perfectum? Utique. Quem igitur? Omnem credentem, quoniam omni credenti Christus finis legis est ad justitiam, et fructus, quoniam ipse est, qui dat potestatem filios Dei fieri his qui credunt in nomine ejus. Credendo verbo adhaerent Verbo. Verbum Deus est. Credendo igitur Deo adhaerent: et adhaerere Deo bonum est, quia qui adhaeret Deo, unus cum eo spiritus fit, cum justo justus, cum sancto sanctus.—*Quae sit vera communio Sanctorum?* Opp. p. 809: Vera essentiali unitate communicant Sancti omnes, quotquot una fide, una spe, una charitate Christo cohaerent, sub quibuscunque Praelatis, quantumlibet ambitiose contententibus, aut dissentientibus, aut errantibus, etiam haereticis Praelatis degant.—Et haec est illa sanctorum communio, de qua in Symbolo: *credo Sanctorum communionem.*—Constat, quod valde possibile, Graecum vera pietate adfectum omnia credere in Constantinopoli sub suo Patriarcha schismatico quae Latinus Romae credit: quid illi nocet suorum haeretica pravitas? Unitas ergo Ecclesiae sub uno Papa tantum accidentalis est, adeo ut non sit necessaria, licet confersus multum in Sanctorum communione. On Church authority, and its position relative to Scripture, De Potestate Ecclesiastica, Opp. p. 753: Pastor gregem Domini pascere positus est. Verum quia grex pascendus rationis et liberi arbitrii est, non prorsus in potestate pastoris traditus est, ut nihil ab eo exigatur, nisi pastori obedire. Debet enim ovis ipse dinosse quibus pascatur, quibus inficiatur, et quomodocunque, oblatam etiam a pastore ipso, vitare pestiferam infectionem. Et in hoc si sequatur pastorem, non excusatur. Debet ergo populus pastores ad pascua sequi. Quando vero non pascit, pastor non est: neque tunc, velut inofficioso, grex ei parere tenetur. P. 769: Nemo magis Ecclesiam destruit, quam corruptus Clerus. Destruentibus Ecclesiam omnes Christiani tenentur resistere, usque etiam ad ultimos, puta rusticos juxta illud 2 Thess. iii. 6. Sancta quippe rusticitas quantum Ecclesiam Dei aedificat vitae merito, tantum nocet, si destruentibus eam non resistit. P. 759: Propter Deum Evangelio credimus, et propter Evangelium Ecclesiae et Papae, non Evangelio propter Ecclesiam. Unde quod Augustinus (contra Epist. Manichaei, c. 6: *ego vero Evangelio non crederem, nisi me catholicae Ecclesiae commoveret auctoritas*) de Evangelio et Ecclesia dicit, originis de credendo verbum est, non comparationis aut praerogativae. Dixit enim Apostolis Dominus Jesus: *Praedicate omni creaturae, docentes eos servare quaecunque praecepi vobis* (Matth. xxviii. 19, 20). Non igitur audiendi, nisi quantum missi: non missi, nisi cum Evangelio: non evangelisantes, nisi secundum Evangelium. Sed quia verisimilius est, unum aliquem penes Evangelium toti multitudini contradicentem errare, quam totam doctorum virorum Ecclesiam, ideo debet, quicumque ille fuerit, semper suspectum se habere, et formidare de errore. Verum quia scit, non impossibile, multos Doctores errare, debet semper adparentem Evangelii veritatem primo amplecti. Debet igitur sedulo diligenter inquirere veritatem et intelligentiam Evangelii. Debet tertio rationes contradicentium diligenter attendere, et illi parti, quam viciniorem Evangelio invenerit, firmiter adhaerere.—Ex illo verbo Domini Jesu: *super cathedram Moysi sederunt scribae et Pharisei: omnia ergo, quae dixerint vobis servare, servate et facite* (Matth. xxiii. 2, 3), multi Praelatorum Ecclesiae trahunt erroneam et falsam intelligentiam. Putant enim ex hoc verbo datam eis authenticam potestatem, ut obligare possint auditorem ad servandum et faciendum quae dicunt.—Oportet tam Praelatorum quam Doctorum praecepta sic servare et facere, quemadmodum Paulus (1 Thess. v. 21, see p. 756) monuit, hoc est, quam diu in cathedra Moysi sedentes secundum Mosen dicunt. Et si quid extra vel contra, non magnopere ligat fideles contra legem perfectae libertatis. Dei enim servi sumus, non Papae: cui utique serviremus, si ad omnia ejus qualiacunque obligaremur. Dictum est autem: *Dominum Deum tuum adorabis, et illi soli servies* (Matth. iv. 10). P. 748: Papa tenetur credere et obligatur cum omnibus obligatis fidelibus. Et quando credit sicut obligatur, tunc fideles obligantur credere quod ipse credit: non quia ipse credit, sed quia credit quod credere debet.

to the corruptions of the Church, still the feeling of the necessity

Et si alius melius eo crediderit, quod credere debet, ipse Papa debet cum illo credere quocunque, etiam laico et muliere.—Unde concluditur, quod licet verisimiliter praesumendum sit, summum Pontificem et Praelatos tanto rectius ad veritatem Evangelii incedere, quanto ceteris aliis altius in sublime dignitatis evecti sunt, et ita, ceteris paribus, potius illis, quam alicui subditorum credendum; non tamen simpliciter subditos obligatos ad credendum illis. Hoc nempe adeo irrationabile est et blasphemiae plenum, ut etiam quacunq; haeresi pestilentius inveniatur. Potest nempe Praelatus errare.—Summorum enim Pontificum plerique pestilenter erraverunt, ut novissimis diebus nostris in Constantia, celebri Concilio claruit, Benedictus, Bonifacius, et Johannes XXIII. quam graviter fidem lacerarint. Et nostris postremis diebus Pius II. et Sixtus IV., quorum alter patentibus bullis regna terrarum sibi vindicavit, alter turpissimas dispensationes, non solum de praestito in causa civili juramento, sed etiam de praestando—emisit in abusu potestatis Apostolicae; quicquid F. Petrus vel Comes Hieronymus insolenter aut avare gesserunt, ipse postea cum resciret ratificavit, etiam bullis plumbatis. *De sacramento poenitentiae*, p. 779: Contra communem opinionem de monarchia Romani Pontificis est, quod impossibile homini est fines orbis terrae nosse, qui nullo unquam cosmographo omnes comprehensi sunt. Quomodo igitur judicabit, quos nosse non poterit? Quomodo judicabit fidem, quorum linguam ignorat? Unitatem igitur Ecclesiae sibi Spiritus Sanctus fovendam, vivificandam, conservandam retinuit et augendam, non Romano Pontifici, saepe non curanti, reliquit. On the Lord's Supper, *De sacram. Eucharistiae*, c. 24, p. 696 s.: Ubicunque nomen ejus benedictum,—vere illic ipse est non solum divinitate praesens et benevolentia, sed etiam corporaliter praesens.—Non hic dico, datum cuilibet homini Christiano, ut possit, cum velit, sacramentaliter per Eucharistiam habere praesentem: hoc enim solis datum est sacerdotibus. Sed hoc dico, vere praesentem commemoranti nomen ejus, vere praesentem Dominum Jesum non sola deitate sua, sed et carne sua et sanguine, et humanitate tota. Quis enim dubitabit, corporaliter saepe praesentem Dominum Jesum suis fidelibus in eorum agonibus, non propter hoc dimisso in coelestibus sessu ad dexteram Patris? Quis dubitabit, ita posse hoc simul tempore fieri extra Eucharistiam, sicut in Eucharistia? Cap. 28, p. 703: Sic participare corpori et sanguini, hoc manducare est magis, quam si decies millies Eucharistiam ad altare de manu sacerdotis arido corde, frigida voluntate, licet etiam in statu salutis, capiamus. Cap. 8, p. 673: Corpus autem et sanguis Domini Jesu quantumlibet sancta sint, corpora tamen sunt, non spiritus. Unde si corporaliter tantum sumantur, non solum non spiritualiter reficient manducantem, sed occident.—Unde Dominus (Jo. vi. 63): *Spiritus est, qui vivificat, caro non prodest quidquam*, h. e. parum est de carne quantumlibet sancta, sed operis magnitudo, et ineffabilis dilectio, et charitas offerentis per Spiritum Sanctum, illa est quae vivificat. Cap. 10, p. 678: Valde notandum verbum Domini (Jo. vi. 53): *nisi manducaveritis, non habebitis vitam in vobis*. Habent autem vitam veram, qui credunt in eum. Ergo qui credunt in eum, hi sunt, qui manducant carnem ejus.—Manducabat ergo Paulus primus Eremita etiam temporibus illis, quibus mortalem nullum, ne dicam sacerdotem communicantem, videbat. Sed manducabat, quia credebat; et quod credebat, crebro commemorabat, etc. On penance, *De Sacram. poenitentiae*, p. 789: Dicunt communiter, ad integritatem Sacramenti poenitentiae tria concurrere, contritionem, confessionem, satisfactionem. Sed hi, si intelligerent vim verbi in Psalmo (li. 18): *Cor contritum et humiliatum Deus non despicies*, non tam importune instarent. Quid enim est cor contritum, nisi cor ad minima comminutae et contractae duritiei obduratae mentis humiliatum cor?—Si ergo, qui cor durum conterit et abjicit, cor pium et spontaneum Deo non despicendum offert, profecto jam humiliato corde justus, et jam Deo satisfactum in remissionem peccatorum. Non ergo prima contritio, neque postrema satisfactio ad Sacramentum poenitentiae vivificantis et justificantis ex morte ad vitam necessariae sunt, licet sine vera contritione, etc., sicut nec sine vera humilitate vita Spiritus vel redit, vel conservatur. Participatio sacramentorum est opus gratiae, non justitiae.—Poenitentia, si sacramentum est, contritione non eget, quia contritio justitiae opus est, et ita contritus ante sacramentum justus.—Infusae jam

gratiae opus est contritio, detestatio videlicet peccati, opus merae iustitiae: non ergo pars sacramenti poenitentiae, quia sacramentum poenitentiae praecedat, et operatur justificationem. P. 791: Neque dolor, neque tristitia, neque contritio in oculis Dei accepta sunt magis, quam amor, ex quo procedunt. P. 777: Nullus confitetur, nisi memor. Nullus memor, nisi justificatus ad vitam.—Patet ergo, quod antequam quis confiteatur peccatum suum, jam a reatu suae praevocationis, quo aeterna sibi supplicia debebantur, per gratiam internae compunctionis absolvitur. P. 795: Confessio sacramentalis ex forma sua non est judicialis, ita ut, si non adsit iudicium—confessoris, non sit actus confitentis et absolventis vere verum sacramentum. Sufficit enim ad veritatem efficaciae sacramenti, ut confitens vere et fideliter dicat, confessor post acceptam illius confessionem absque judiciali discussione absolvat. Quia sicut poenitentis confessione lavat poenitentem Deus, et non peccator; ita sacerdotis absolutione dimittit Deus, et non confessor. Hi ministerium exhibent, sed mysterium operatur Deus.—De confitente et confessione solum iudicat Deus, nihil de confessis peccatis. Quomodo enim iudicare creditur confessus, qui confitenti promisit omnia retroacta per solam confessionem condonare? Stulte ergo faciunt, qui post confessionem non solum iudicant, sed etiam post absolutionem terrores fiunt, flagris feriunt, virgis percutiunt. P. 796: Valde irrationabiliter de Sacramento confessionis loquuntur, qui adjunctam satisfactionem adserunt essentiali partem poenitentiae. Primo, quia detractam sacramentali sufficientiae, qui non putant, Principis donationem sufficere ad remissionem. Secundo, falsificant verbum absolutionis, quia, cum dicunt absolvo, postea ligant, et innodatum dimittunt. Sed quod omnium gravius est, universum sacramentum periclitant, quia protrahunt usque in peractam totaliter poenitentiam injunctam. Unde si fragilis ille iterum tempore medio labatur durante sacramento propter obicem positum in parte sacramenti, totum sacramentum facit nullum fuisse. Quae enim essentialiter unum constituunt, unius nullitate omnia fiunt nulla. On indulgentiae, *Epist. ad Jac. Hoeck de indulgentiis*, p. 878: A puero ridiculum et indignum semper mihi visum credere, aliquem hominem suo decreto posse facere, quo bonum in oculis Dei ut quatuor, fieret bonum ut octo.—Num tibi leves aut fuitiles causae videntur, quibus ab hac nova indulgentiarum adsertione Patres ante Albertum ac Thomam, ut ipsi scripto testantur, discesserunt, asserentes, nihil esse nisi piam fraudem, ac dolum non malum, quo plebs officioso errore trahatur ad pietatem? *De Sacram. poenitentiae*, p. 773: Pari passu auctoritatis seu potestatis clavium ambulant indulgentiae et excommunicatio, neque plus potest Papa in reconciliandis Deo animabus, quam possit alienandis. Sed in excommunicandis nihil potest, nisi per forum ecclesiasticum foris ad oculum separare, et destituere etiam corpora mortuorum ecclesiastica sepultura: similiter in indulgentiis a vinculo Canonum et censuris liberare. Deo autem praeter simplicem usum aut abusum fidei, spei et charitatis nihil est quod conciliare aut alienare posset. Non enim reconciliatus Deo per gratiam sacramentalem et caritatem plus ei reconciliatur arbitrio aut aestimatione Papae, aut excommunicatione Papae magis alienatur a Deo. Non enim liceret excommunicare, si magis alienaret a Deo. Non enim licet ei facere magis peccatores, etc. Fidelis et prudens in domo Domini sui servus nihil facit praeter et extra voluntatem Domini sui: et quidquid facit in domo Domini sui, Dominus ratum et firmum habet.—Nec ad hoc eum Ordinis dignitas authenticat, sed charitas per Spiritum Sanctum diffusa in corde.—Immo nec sexus femineus obstat, quin si fidelis et prudens charitatem habeat diffusam in corde suo, possit et ipse conformiter sentire, iudicare, favere, diffinire divino iudicio. On purgatorio, *De purgatorio*, p. 829: Purgatorium ignis est, qui interioris hominis sordes etiam carne soluti comitantes purgat potius, quam torquet.—Has maculas intellectualis disciplinae ignis secundum Apostolum (1 Cor. iii. 11 ss.) probat,—et lignum, foenum, stipulam exurit, donec super unicum, verum, solum et solidum fundamentum, Jesum Christum, nihil remanet superaedificatum, nisi argentum, aurum, lapides pretiosi. P. 834: Sunt igitur (defuncti) in tali statu, quem si sciremus gauderemus. In statu igitur non misero, non sub virga lictoris, aut in igne praeparato Diabolo et angelis ejus, sed sub disciplina Patris instituentis, et eorum quotidiano profectu gaudentis. P. 846. *Thesis 33*: Quod Christi Evangelium est solum, verum, praecipuum purgatorium, licet etiam alia minus principaliter possint rationabiliter tolerari. 34. Quod idem ergo verum purgatorium est

of a reformation was universally diffused.¹⁹ Nor is it to be wondered at that the wish for reform often led to hope, and hope to confident expectation, which also found utterance in prophecies.²⁰

paradisus, sed amanti tanto amarior, quanto magis ipse purgator divino amore flagrarit. 35: Hunc flagrantis animae ardorem et amaritudinem ego puto verum, postremum et perfectissimum purgatorium.

¹⁹ See above, § 136, notes 30 and 31. Guilielmus Budaeus, *De Asse et Partibus ejus* (Paris, 1514 fol.), fol. 146 ss., laments with great eloquence over the corruption of the clergy and the Papacy. Fol. 150 b: Quid vinea Domini, nonne ita degeneravit in labruscras, ut primo quoque tempore repastinanda videatur, et ex situ et carie negligentiae pastino quodam restituenda censurae? Certe manum poscit et flagitat solertis et industrii vinitoris, qui palmites fructuarios et munifices a pampinariis internoscat, etc. Fol. 152: Status civitatis orthodoxae e sede severitatis et disciplinae convulsus manum quandam Paocniam poscit, ut apte et placide in eam reponatur, et luxata Ecclesiae membra in artus suos redeant. Sic fiet, ut principes Ecclesiae non auro obryzo, non argentea supellectili, non opimis obventionibus et numerosis titulis opum suarum magnitudinem metiantur, quae gazas Regum provocare, non divitiarum priscorum antistitum aemulari videntur: sed bonis internis, sed copia doctrinae, sed iis animae Christo desponsae dotibus, quae in cordis scriniolis tanquam in gazophylaciis mystici fani conduntur.

²⁰ Melancthon, in *Apologia Conf. Aug. xiii. de votis Monasticis* (ed. Rechenberg, p. 276): Apud nos in oppido Thuringiae Isenaco Franciscanus quidam fuit ante annos triginta, *Johannes Hilten*, qui a suo sodalitie conjectus est in carcerem propterea, quod quosdam notissimos abusus reprehenderat. Vidimus enim ejus scripta, ex quibus satis intelligi potest, quale fuerit ipsius doctrinae genus.—Is multa praedixit, quae partim evenerunt hactenus, partim jam videntur impendere. (His work, *Comm. in Apocalypsin et textum Danielis*, quantum concordat cum *Apocalypsi*, vel eam supplet, from which there are some extracts in *Melch. Adami Vitae Theologorum*, p. 2 s., reveals his bent of mind. He calculated the end of the world for the year 1651). Sed postremo, cum vel propter aetatem, vel propter squalorem carceris in morbum incidisset, accersivit ad se *Guardianum*, ut suam valetudinem illi indicaret, cumque *Guardianus* accensus odio *Pharisaico* duriter objurgare hominem propter doctrinae genus, quod videbatur officere culinae, coepisset, tum iste omnia jam mentione valetudinis ingemiscens inquit, se has injurias aequo animo propter Christum tolerare, cum quidem nihil scripsisset aut docuisset, quod labefactare statum *Monachorum* posset, tantum notos quosdam abusus reprehendisset. Sed alius quidam, inquit, *veniet anno Dom. MDXVI. qui destruet vos, nec poteritis ei resistere*. Hanc ipsam sententiam de inclinatione regni *Monachorum*, et hunc annorum numerum postea etiam repererunt ejus amici perscriptum ab ipso in commentariis suis inter annotationes, quas reliquerat in certos locos *Danielis*. Of *Andrew Proles*, prior of the monastery of *Heaven's Gate*, near *Wernigerode*, and provincial of the *Augustins* († 1503), an aged monk of that monastery gave the following account to *Flacius* (see *Catal. Test. Verit.* ed. *Francof.*, 1666, p. 849): Ab ipso saepe audivi inter praelegendum haec verba: Auditis, fratres, testimonium scripturae sanctae, quod gratia sumus quicquid sumus, et gratia habemus quicquid habemus. Unde igitur tantae tenebrae, et horrendae superstitiones? O fratres, res Christiana opus habet forti et magna reformatione, quam quidem jam prope instare video. Quaerentibus fratribus, quare ipse non inciperet reformationem, ac erroribus sese opponeret, respondebat: Videtis, fratres, me esse aetate grandaevo, corpore et viribus debilem, et agnosco, me non esse praeditum tanta doctrina, industria et eloquentia, quantum haec res postulat. Sed excitabit Dominus heroem aetate, viribus, industria, doctrina, ingenio et eloquentia praestantem, qui reformationem incipiet, erroribusque sese opponet: ei Deus animum dabit, ut *Magnatibus* contradicere ausit; et ipsius ministerium salutare Dei beneficio comperietis. Solitus est etiam saepe dicere inter praelegendum: *Regnum Papae magnam minatur ruinam, quia nimis alte et nimis cito crevit*. Luther also relates of *Proles* in his work: *Von den neuen Eckischen Bullen und Lügen*, tom. i., *Jenens.* f. 359, that

§ 154.

REFORMATORY INFLUENCE OF THE REVIVAL OF LETTERS.

Fresh aids, entirely wanting to the schoolmen, for a scientific examination of ecclesiastical matters, were furnished by the unsealing of ancient lore.¹ Already, in the fourteenth century, Dante and Petrarch drew attention in Italy to the old Roman poets; and Boccaccio had awakened an interest for the Greeks also. But Latin literature was first established on firmer and more comprehensive ground by John of Ravenna, teacher of Latin at Padua and Florence († before 1420); Greek literature by Emanuel Chrysoloras, who labored in this cause at Florence and Pavia, † 1415. The decline of the Grecian empire, and the final fall of Constantinople, induced many learned Greeks to seek refuge in Italy (from 1420 to 1430: George of Trapezium, † 1484; John Argyropylus, † 1486; Theodore Gaza, † 1478. At the time of the Council of Florence in 1438: Bessarion, † 1472; George Gemistius Pletho, who returned to Greece in 1441. After the conquest of Constantinople, in 1453: Emanuel Moschopylus, Constantine Lascaris, Demetrius Chalkondylas). In contrast with their one-sided partiality for Hellenism, a feeling of patriotism was constantly awakened in Italy, to vindicate with due honor Roman antiquity also: thus there soon arose numerous learned Italians, distinguished in Grecian and Roman literature (Gasparinus, † 1431; John Aurispa, † 1459; Guarinus, † 1460; Leonardo Bruno Aretinus, † 1444; Poggius, † 1459; Francia Philelphus, † 1481; Laurentius Valla, † 1456; Nicholas Perottus, † 1480; Christopher Laudinus, † 1504; Philip Beroaldus the elder, † 1504; Hermolaus Barbarus, † 1493; Angelo Politianus, † 1494). Many Italian princes made the encouragement of ancient literature a matter of hon-

when he saw a picture of Dr. John Zacharias, decorated with a rose in acknowledgment of his services in the condemnation of Huss, he exclaimed: "O wehe, ich wollte nicht gern die Rosen mit denen Ehren tragen." Compare, *Das Leben des Andreas Proles, eines Zeugen der Wahrheit vor Luthero*, beschrieben von M. Gottfr. Schütze. Leipzig, 1744. 8.

¹ C. Meiner's *Lebensbeschreibungen berühmter Männer aus den Zeiten der Wiederherstellung der Wissenschaften*, 3 Bände. Zürich, 1795-'97. 8. A. H. L. Heeren *Gesch. der classischen Literatur im Mittelalter*. 2 Theile, (a new edition, in his *Historical Works*, Th. 4. u. 5. Göttingen, 1822). Th. 1, s. 316 ff. Dr. H. A. Erhard, *Gesch. des Wiederaufblühens wissenschaftl. Bildung, vornehmlich in Teutschland bis zum Anfange der Reform*. 3 Bde. Magdeburg, 1827-'32. 8.

or (especially the Medici at Florence, Cosmo from 1429 to 1464, and Lorenzo from 1469 to 1492; Alphonso V., king of Aragon and Naples, from 1442 to 1458; Pope Nicolas V., from 1447 to 1455), and thus even in the fifteenth century learning was widely extended and highly esteemed in Italy.

Especially was the cultivation of the taste, to be obtained from the ancient writers, universally valued, without considering that, on the one hand, the servile admiration and imitation of antiquity, in which the newly-awakened love for it found its expression among the humanists, necessarily endangered their attachment to the Church; while, on the other hand, fresh impulses and facilities for making hazardous investigations into Church doctrines and opinions would be furnished by the scientific knowledge of ancient learning. The Italian humanists anxiously avoided every thing which looked as though their learning had any points of contact with theology. Laurentius Valla, teacher at Naples and Rome (1456), was the only one² who showed, in a few cases, the dangerous influence which researches into antiquity might exercise upon Church opinions. The new Platonists, who took their rise from the Platonic Academy³ founded by Cosmo de Medici, with the help of Gemistius Pletho, at Florence in 1440, adopted in Neoplatonism a philosophical syncretism, exposed to the most manifold superstitions, which for the most part coincided with the Church system.⁴ Nevertheless, by reason of its independent princi-

² With regard to him, see Tiraboschi, *Storia della Letteratura Italiana* VI., ii. p. 301 ss. Heeren, *Th.* 2, s. 243 ff. How he was pronounced a heretic by the clergy on account of certain philosophical works, in which he defended Epicureanism and maintained offensive doctrines with regard to free will, he records himself in his *Apologia pro se et contra calumniatores ad Eugenium P. IV.* Then, he denied the genuineness of the correspondence between Christ and Abgarus, and declared the commonly received account of the origin of the Apostles' creed to be false. Most remarkable is his work, *De ementita Constantini Donatione Declamatio ad Papam.*—Opera. Basil., 1543. fol.

³ K. Sieveking, *Gesch. d. platon. Academie zu Florenz.* Göttingen, 1812. Heeren, *Th.* 2, s. 41.

⁴ Tennemann's *Gesch. der Philosophie.* Bd. 9, s. 138 ff. The men most distinguished in this line were Marsilius Ficinus, teacher in the Platonic Academy at Florence, († 1459; see J. G. Schelhorn, *De Vita, Moribus et Scriptis Mars. Fic.*, in his *Amoenitatt. Liter.*, i. p. 37), and Joannes Picus, count of Mirandula († 1494; his life, by his nephew, Jo. Franc. Picus, is prefixed to the works of both. Basil. 1573 and 1601. 2 Bde. fol. *Meiners Lebensbeschreibungen*, Bd. 2, s. 3 ff.). Jo. Picus was the first to introduce the Jewish Cabbala also into this syncretism. He says of the Cabbalistic writings, *Apologia*, *Opp.* i. p. 82: *Hos ego libros non mediocri impensa mihi cum comparasem, summa diligentia, indefessis laboribus cum perlegissem, vidi in illis (testis est Deus) religionem non tam Mosaicam, quam Christianam; ibi Trinitatis mysterium, ibi verbi incarnatio, ibi Messiae divinitas, ibi de peccato originali, de illius per Christum ex-*

ple, and its internal vitality, it was by no means unlikely to cause danger to the Church.⁵ In opposition to this Platonism, the genuine Aristotelian system also recovered some adherents,⁶ and led them into a dangerous skeptical tendency.⁷ This skepticism, supported partly by some isolated attempts at historical criticism, partly by disregard for every thing which did not belong to the

piatione, de coelesti Hierusalem, de casu Daemonum, de ordinibus Angelorum, de purgatoriis, de inferorum poenis eadem legi, quae apud Paulum et Dionysium, apud Hieronymum et Augustinum quotidie legimus. In his vero, quae spectant ad philosophiam, Pythagoram prorsus audias et Platonem, quorum decreta ita sunt fidei Christianae affinia, ut Augustinus noster immensas Deo gratias agat, quod ad ejus manus pervenerint libri Platoniorum.

⁵ This was especially displayed in the 900 theses which John Picus, when twenty-four years old, in 1486, sent out to the whole world, to be discussed in Rome. He himself records the impression which this step made in Rome, *Apologia*, *Opp.* i. p. 76: Aliqui philosophiam et literas omnino carpere, illud etiam (ut viderentur scioli) quandoque addentes, ejectum Adam de Paradiso, quod per scientiam boni et mali aequalem se Diis facere voluit: exterminandos pari exemplo de Christi curia, qui volunt sapere plus quam oportet.—Ex his autem, qui sapientiam, i. e. theologiae studium, profitebantur, quidam fuisse, qui conviciis forte levioribus non contenti, non jam audacem me, non temerarium, non gloriosum, sed magum, sed impium, sed novum in Christi Ecclesia haeresiarcham praedicarent. The following thirteen Theses were designated as objectionable. *Opp.* i. p. 42: I. Christus non veraciter, et quantum ad realem praesentiam descendit ad inferos, ut ponit Thomas et communis via, sed solum quoad effectum. II. Peccato mortali finiti temporis non debetur poena infinita secundum tempus, sed finita tantum. III. Nec crux Christi, nec ulla imago adoranda est adoratione laetiae, etiam eo modo, quo ponit Thomas. IV. Non assentior communi sententiae theologorum dicentium, posse Deum quamlibet naturam suppositare, sed de rationali tantum hoc concedo. V. Nulla est scientia, quae nos magis certificet de divinitate Christi, quam Magia et Cabala. VI. Si teneatur communis via de possibilitate suppositionis in respectu ad quaecunque creaturam, dico, quod sine conversione panis in corpus Christi, vel paneietatis annihilatione potest fieri, ut in altari sit corpus Christi secundum veritatem sacramenti Eucharistiae: quod sit dictum loquendo de possibili, non de sic esse. VII. Rationabilius est credere Origenem esse salvum, quam credere ipsum esse damnatum. VIII. Dico probabiliter, et nisi esset communis modus dicendi theologorum in oppositum, firmiter assererem: assero tamen hoc dictum in se esse probabile, et est quod, sicut nullus opinatur aliquid ita esse praecise, quia vult sic opinari, ita nullus credit aliquid esse verum praecise, quia vult credere id esse verum. IX. Qui dixerit, accidens existere non posse, nisi inexistat, Eucharistiae poterit sacramentum tenere, etiam tenendo, panis substantiam non remanere, ut tenet communis via. X. Illa verba, “Hoc est corpus, etc.,” quae in consecratione dicuntur, materialiter tenentur, non significative. XI. Miracula Christi non ratione rei factae, sed ratione modi faciendi suae divinitatis argumentum certissimum sunt. XII. Magis improprie dicitur de Deo, quod sit intellectus vel intelligens, quam de anima rationali, quod sit Angelus. XIII. Nihil intelligit actu et distincte anima, nisi se ipsam.

⁶ The controversy with regard to the pre-eminence of Plato or Aristotle, may be seen in Tennemann, *Bd.* 9, s. 54 ff. On the Aristotelians see s. 63 ff.

⁷ The representative of this skepticism is Petrus Pomponatius, teacher of philosophy at Padua and Bologna, † 1526. In his works *De Immortalitate Animae*, *De Fato*, *Libero Arbitrio*, *Praedestinatione et Providentia*, he maintains the immortality of the soul, the eternity of the world, and providence, as philosophical problems, but he never forgets to add, that he submits to the faith of the Church; see Tennemann, *Bd.* 9, s. 64 ff.

province of philology, was shared by many of the Italian humanists, and worked among them an unbelief which not unfrequently infringed upon the most generally admitted truths of religion,⁸

⁸ Marsilius Ficinus, in Praef. ad Plotinum: Nos ergo in theologis superioribus apud Platonem et Plotinum traducendis et explanandis elaboravimus, ut hac theologia in lucem prodeunte et poetae desinant gesta mysteriaque pietatis impie fabulis suis annu-merare, et Peripatetici quam plurimi, id est philosophi pene omnes, ammonentur, non esse de religione saltem communi tanquam de anilibus fabulis sentiendum. Totus enim ferme terrarum orbis a Peripateticis occupatus in duas plurimum sectas divisus est, Alexandrinam et Averroicam. Illi quidem, intellectum nostrum esse mortalem existimant, hi vero unicum esse contendunt. Utrique religionem omnem funditus aequè tollunt, praesertim quia divinam circa homines providentiam negare videntur, et utrobique a suo etiam Aristotele defecisse, cujus mentem hodie pauci—ea pietate, qua Theophrastus olim et Themistius—interpretantur. Si quis autem putet, tam divulgatam impietatem, tamque acerbis munitam ingeniis, sola quadam simplici praedicatione fidei apud homines posse deleri, is a vero longius aberrare palam re ipsa procul dubio convincetur. Majore admodum hic opus est potestate, id autem est vel divinis miraculis ubique patentibus, vel saltem philosophica quadam religione, philosophis eam libentius audituris quandoque persuasura. These two errors were so widely diffused that even the general Lateran Council, A.D. 1513, thought it best to declare itself against them; see Sess. VIII. (Conc. ed. Labbei et Cossartii, xiv. p. 187): Cum diebus nostris, quod dolenter referimus, zizaniae seminari, antiquus humani generis hostis, nonnullos perniciosissimos errores a fidelibus semper expostos in agro Domini supereminare et augere sit ausus, de natura praesertim animae rationalis, quod videlicet mortalis sit, aut unica in cunctis hominibus; et nonnulli temere philosophantes, secundum saltem philosophiam verum id esse, asseverent: contra hujusmodi pestem opportuna remedia adhibere cupientes, hoc sacro approbante Concilio damnamus et reprobamus omnes asserentes animam intellectivam mortalem esse, aut unicum in cunctis hominibus, et haec in dubium vertentes.—Cumque verum vero minime contradicat, omnem assertionem veritati illuminatae fidei contrariam omnino falsam esse definimus, et ut aliter dogmatizare non liceat, districtius inhibemus: omnesque hujusmodi erroris assertionibus inhaerentes—ut detestabiles et abominabiles haereticos et infideles vitandos et puniendos fore decernimus. Insuper omnibus et singulis philosophis in universitatibus studiorum generalium—districtè praecipiendo mandamus, ut cum philosophorum principia aut conclusiones, in quibus a recta fide deviare noscuntur, auditoribus suis legerint seu explanaverint, quale, hoc est de animae mortalitate aut unitate, et mundi aeternitate, ac alia hujusmodi, teneantur eisdem veritatem religionis Christianae omni conatu manifestam facere, et persuadendo pro posse docere, ac omni studio hujusmodi philosophorum argumenta, cum omnia solubilia existant, pro viribus excludere atque resolvere. See the stories told in Italy, even in the higher circles, about the popes, in Jo. Fr. Pici de Fide et Ordine credendi, Theorema IV. Opp. II. p. 177: alium meminimus Pontificem creditum et ordinatum, quem tamen praestantes viri putarent, nec Pontificem eum esse, nec esse posse, utpote qui nullum Deum credens omnem infidelitatis culmen excederet; pessimaque ejus opera in coëmmo Pontificatu, in omnigenis sceleribus exercendis id ipsum testabantur, sed et pessima quoque dicta confirmabant. Namque fassum eum affirmabatur domesticis quibusdam, nullum se Deum aliquando, etiam dum pontificiam sedem teneret, credidisse: et alium audivi Pontificem summum, qui vivens familiari cuidam aperuerat, apud se animarum immortalitatem minime creditam, mortuus vero eidem per vigiliam apparuit divino judicio manifestans, se, quam mortalem crediderat animam, immortalem tum maximo cum damno et perpetuis cum ignibus experiri. He says something of the same kind in his *Vita Savonarolae*, in Batesius, p. 112. See § 153, note 5. Accordingly, the expression which Leo X. is said to have allowed himself to use before his private secretary, Peter Bembo (*Mornaeci Hist. Papatus. Salmur. 1611, p. 820*): Quantum nobis nostrisque ea de Christo fabula profuerit, satis est omnibus saeculis notum, is at least not

but nevertheless concealed itself beneath an outward adherence to the Church. Only scholasticism, though in fact a main support of the Church, might be assailed without disguise, and held up to ridicule for its barbarism⁹ and its reverence of a perverted

without analogous cases. Erasmi Responsio Nervosa ad Albertum Pium, Principem Carpensem, in v. d. Hardt. Hist. lit. Reform. I. p. 173: Qui divina derideant, facilius invenies in Italia apud tui ordinis homines, atque adeo in illa laudatissima Roma, quam apud nos. Idem, lib. xxvi. ep. 34. ad Augustinum Eugubinum (Opp. ed. Cleric. III., ii. p. 1382): At ego Romae his auribus audivi quosdam abominandis blasphemis debachantes in Christum, et in illius Apostolos, idque multis mecum audientibus, et quidem impune. Ibidem multos novi, qui commemorabant, se dicta horrenda audisse a quibusdam sacerdotibus aulae Pontificiae ministris, idque in ipsa Missa, tam clare, ut ea vox ad multorum aures pervenerit. Id. ad Guolfgangum Fabricium Capitonem (l. c. III., i. p. 189): Omnia mihi pollicentur, rem (bonarum literarum) felicissime successuram: unus adhuc scrupulus habet animum meum, ne sub obtentu priscae literaturae renascentis caput erigere conetur Paganismus, ut sunt et inter Christianos, qui titulo pene duntaxat Christum agnoscunt, caeterum intus gentilitatem spirant: aut ne renascentibus Hebraeorum literis Judaismus meditetur per occasionem reviviscere, qua peste nihil adversius, nihilque infensius inveniri potest doctrinae Christi. Sic enim fert natura rerum humanarum, ut nullius unquam boni tanta fuerit felicitas, quin hujus praetextu mali quippiam simul conaretur irrepere. Compare Henke in Villers Versuch über den Geist und den Einfluss der Reformat. Luthers, übers. v. Cramer. 2te Aufl. Hamb. 1828. Abthl. 2, s. 60 ff.

⁹ Hermolaus Barbarus, Ep. ad Jo. Picum Mirandulac (in Angeli Politiani Epistt. lib. ix. Ep. 3), speaks the general opinion of the humanists on this head: Neque enim inter auctores latinae linguae numero Germanos istos et Teutonas (i. e. barbarians), qui ne viventes quidem vivebant, nedum ut extincti vivant, aut si vivunt, vivunt in poemam et contumeliam. Appellantur enim vulgo sordidi, rudes, inculti, barbari. Quis malit sic esse, quam prorsus non esse? Atenim utile aliquid dixerunt, valere ingenio, doctrina, bonarum rerum copia: non nego penitus, quod et possum negare: sed sermo nitidus et elegans, saltem purus et castus, qualis vel in auctoribus Christianis graecis latinisque perspicitur, laudem et memoriam sempiternam scriptoribus conciliat, nisi quis pictorem, et excusorem, et statuarium, et caeteros opifices laudari posse judicet hoc solo, quod magni constet et preciosa sit materia, circa quam versentur. Picus in his reply endeavors to defend the schoolmen (l. c. Ep. 4): Perdiderim, ego inquam, apud Thomam, Joannem Scotum, apud Albertum, apud Averroem meliores annos, tantas vigiliis, quibus potuerim in bonis literis fortasse nonnihil esse? He tries to prove, non defuisse illis sapientiam, si defuit eloquentia, quam cum sapientia non conjunxisset, tantum fortasse abest culpa, ut conjunxisset sit nefas. Hermolaus replies to this (l. c. Ep. 5): Illud sane plurimum me delectat, quod sub specie defensionis exitialiter jugulas quos defendis: primum quod hostes eloquentiae tueri se nisi per eloquentes viros non possunt, quasi mancipia, quasi bruta, deinde quod, si te patrono, te vindice, te advocato non elabuntur, neque collectari, neque tergiversari praeterea poterunt. Proinde ab amicis, quos habeo Patavii, certior factus sum, apologiam tuam, quae Scytharum et Teutonum est inscribi coepta,—molestissimam accidisse majori eorum parti quos defendis, aliis aliter factum tuum interpretantibus.—Ad quae si qui sunt ex illis paulo minus asini, volebam dicere ἀμωσοι, auriculas tantum movent: caeteri diffugiunt, respuunt, detestantur. Quorum e numero unus aliquis a Gymnasio Patavino (nihil confingo, Pice, ridiculam omnino, sed veram historiam denarro) audaculus et insolens, cujusmodi fere sunt, qui literas humaniores et odio et ludibrio habent, Picus, inquit iste, quisquis est, grammaticus opinor, parvo pedi calceos magnos circumdedit.—Ecquis est, inquit, tam stolidus,—qui patronum hunc egregium cum altero, quisquis est, nefario grammatista colludere non intelligat? etc.

Aristotle. Paul Cortesius, an apostolic secretary, was the first to endeavor to clothe the Catholic doctrinal system in an ancient Roman garb:¹⁰ but by so doing he only furnished a proof, that servile imitation of the ancients might lead to insipidity as well as encourage a concealed infidelity.¹¹

The study of antiquity assumed a very different attitude with regard to theology in Germany, as soon as it penetrated thither. It found its first reception in the schools of the Brethren of the Common Life.¹² As with them every thing was valued principally in proportion to its influence upon religion, so they recognized from the first the advantage of the new study to religious knowledge. This view, fully corresponding with the deep religious sense of the German people, continued to be maintained by most of the German humanists.¹³ Following the example of the first of their

¹⁰ Paulus Cortesius in Sententias. Qui in hoc opere eloquentiam cum theologia conjunxit. Romae, 1512, fol.

¹¹ Erasmus, Ep. ad Jo. Vergaram, 1527 (Opp. III., i. p. 1015), says with regard to this tendency: Praeterea fervet illic (Romae) Paganismus quorundam, quibus nihil placet nisi Ciceronianum: ac non Ciceronianum appellari multo probrosius esse ducunt quam appellari haeticum. Hos dictu mirum quam infensos habeam, quod non exprimam Ciceronem, quem haud scio an quisquam eorum exprimat. Ego certe nec affecto, et si affectarem tractans rem Christianam, ridiculus essem.

¹² Herm. Hamelmann (Superintendent at Oldenburg), Relatio Hist. quomodo hominibus Westphalis potissimum debeatur, quod lingua latina et politiores artes per Germaniam sint restitutae priori nitore. Lemgov. 1580 (in his Opp. genealogico-historica. Lemgov. 1711. 4. p. 321) relates: cum Thomas a Kempis—suscepisset curam scholae Daventriensis, ecce in ea erant discipuli *Rodolphus Agricola*, *Mauritius Comes Spiegelbergicus*, *Rodolphus Langius*, *Antonius Liber Susatensis*, *Ludovicus Dringenbergius Paderbornensis*, *Alexander Hegius* et similes. Illos praeceptor, postquam audiret reflorescere studia in Italia,—plerosque hortatur ut se in Italiam reciperent, imo fuit suasor ditioribus tribus, ut Comiti Mauritio et utrique Rodolpho. These persons, then, were the first to introduce from Italy into Germany the humanist culture. Undoubtedly the place assigned to Thomas a Kempis in this statement is entirely untrue (Delprat over de Broederschap van G. Groote, p. 280), however the general import of this tradition is unquestionably true. Compare Meiners, Bd. 2, s. 308 ff.

¹³ This partly appears from the reproaches which Trithemius, De Laudibus S. Annae, c. 3, utters against them: Commoneo vos, o viri eruditione et scientia literarum insignes, devotionem simplicium non spernere, cultum sanctissimae matris Annae quasi novum reprehendere, sed potius pro posse imitari.—Sunt namque inter vos, quod pace bonorum dixerim, qui typho superbiae inflati omnia devotionis simplicium exercitia despiciunt, Sanctorum miracula et exempla velut deliramenta contemnunt, nihilque sanctum admittendum existimant, quod Philosophorum argumentis non probant, revelationes omnes a Deo devotis hominibus ostensas mendacia vel somnia mulierum reputant, legendas Sanctorum fabulas appellunt, et dum eruditionem suam temere praedicant, magna Dei opera impudenter oppugnant. Tractatus quoque sanctorum patrum et devotorum hominum, qui Tullianam prae se non ferunt eloquentiam, tanquam eruditione carentes abjiciunt, et caelestis eruditionis verba propter eruditionem simplicium contemnunt.—Rara est in eruditis devotio, quia, dum in profunditate suae acquisitae doctrinae confidunt, a simplici devotione longius recedunt.—Temeraria igitur ora obstruite, male disertas

number, Rudolph Agricola at Heidelberg, † 1485,¹⁴ they did not allow themselves, like the Italians, to be led away into indifference by their closer insight into the corruptions of the Church: but faithful and fearless they gave utterance to their improved knowledge, in order to introduce the required reform. The art of printing, discovered at Mayence in the year 1440,¹⁵ rendered efficient assistance to the new cultivation of literature in general, and particularly to the interchange of thoughts on this subject. Thus, John Reuchlin, from 1502 judge of the Swabian league, 1520 Professor at Ingolstadt, † 1521,¹⁶ though blinded in many respects by his Neoplatonism,¹⁷ draws attention to the lack of Scriptural knowledge in his time, and the means of amendment,¹⁸ and cen-

linguas cohibete, et nolite contra Dominum loqui mendacium, devotionem nolite lace-
rare simplicium, ne vobis grave reputetur in scandalum.

¹⁴ Jo. Saxo Holsat. Orat. de Vita Rud. Agricolae (in Melanchthonis Declam., t. i. p. 602) contributes from the epistolary notices of Goswin of Hales, a former amanuensis of John Wessel (see § 153, note 17), much about the confidential intercourse of this man with Rudolph Agricola: e. g. Goswin relates, se familiaribus item et apertis eorum sermonibus saepius interfuisse, in quibus deplorarent Ecclesiae tenebras, reprehenderent profanationem in Missis, et coelibatum: etiam de justitia fidei disputarent, quid sit, quod Paulus toties inculcat, homines fide justos esse, non operibus; illos aperte rejecisse Monachorum opinionem, quae contrarium fingeret; item sensisse de humanis traditionibus, errare eos, qui affingunt illis opinionem cultus, et non posse violari judicant.

¹⁵ See especially C. A. Schaab's *Gesch. der Erfindung der Buchdruckerkunst durch Joh. Gensfleisch gen. Guttenberg zu Mainz*, pragmatisch aus den Quellen gearbeitet. 3 Bde. Mainz, 1830-31. 8.

¹⁶ Ph. Melanchthonis Oratio continens historiam Jo. Capnionis Phorcensis (in ej. Declamat. t. iii.). Vita Jo. Reuchlini descripta a J. H. Majo. Francof. et Spirae, 1687. 8. E. J. Schnurrer's *Nachrichten von ehemal. Lehrern der hebr. Literatur in Tubingen. Ulm, 1792.* 8. s. 6 ff. Meiners Bd. 1, s. 44 ff. Erhard, Bd. 2, s. 147 ff. Jo. Reuchlin u. s. Zeit von D. E. Th. Mayerhoff. Berlin, 1830. 8 (comp. Förstemann's review in the *Berliner Jahrb. f. wissenschaftl. Kritik*, 1832, Juni, s. 923 ff.). [Joh. Reuchlin, eine biog. Skizze, v. Dr. Lamey. Pforzheim, 1855. Barbam, R's., *Life and Times.* Lond.]

¹⁷ Compare his works, *De Verbo Mirifico* and *De Arte Cabbalistica*; see Erhard, Bd. 2, s. 242 ff. Mayerhoff, s. 96 ff.

¹⁸ In particular, by his work, *De Rudimentis Hebraicis*, libb. iii., Phorcae, 1506, fol. (Lexicon and Grammar), he laid the basis of the study of the Hebrew language among Christians. On his departure from the received interpretations, he says, Praef. in lib. iii. p. 548: At gravius insurgent, credo, invidi contra dictionarium nostrum, in quo multorum frequentier interpretationes taxantur. Proh scelus, exclamabunt, nihil indignius patrum memoria, nihil admissum crudelius, cum ille homo audacissimus tot et tam sanctos viros divino spiritu afflatus labefactare contendat. Hieronymi beatissimi scriptura Gelasio Papa teste recepta est in Ecclesia: venerabilis pater Nicolaus de Lyra ordinarius expositor Bibliae omnibus christifidelibus vir integerrimus probatur. Jamjam exortus est aliquis fumulus (Reuchlin), qui plurimis in locis illos imperite transtulisse notat. Quorum imminetibus clamoribus haec pauca respondeo, mihi licere quod eisdem illusterrimis luminibus licuit. Hieronymus, vir sanctus, LXX. carpit interpretes non semel, bis, terve, sed saepissime numero:—quos tamen Ptolemaeus Alexandriae Rex divina credidit virtute transtulisse.—Nicolaus item de Lyra divum Hieronymum in translatione sua ostendit reprehensibilem: ipsemet vero Nicolaus, ut aequalem mensuram

sures the defects in the style of preaching.¹⁹ But above all men, Desiderius Erasmus (from 1516 at Basle, † 1536)²⁰ obtained a clear insight into the corruption of the constitution and doctrine of the Church, and knew how to disseminate his thoughts with unusual success among the already important circle of his educated contemporaries,²¹ in works full of talent, and attractive from

pateretur, simile a rev. Burgensi Episcopo frequentibus cum notis, invito etiam nescio quo fratre Doringo ferre coactus est. Sed quid pluribus erit opus? Ille idem divus Hieronymus in translatione sua seipsum errasse fatetur in commentariis super Isaiam, cap. xix.—Cur igitur in iis, quae ad interpretandi modum artemque grammaticam et ad veritatem idiomatis spectant, me quoque non deceret in lucem producere, quid cum doctissimis Hebraeorum sentirem, quippe ad quos etiam eodem Hieronymo teste confugiendum est, quoties in vetere Testamento controversia movetur. Quanquam enim Hieronymum sanctum veneror ut Angelum, et Lyram colo ut magistrum; tamen adoro veritatem ut Deum.

¹⁹ Liber Congestorum de Arte praedicandi. Phorcae, 1504. 4.

²⁰ Compendium Vitae Erasmi, written by himself and sent to Conr. Goclenius, and Erasmi Vita, by Beatus Rhenanus, in the dedication of Erasmus's works to the Emperor Charles V., both at the beginning of Erasmi Opp., ed. Cleric., t. i., and in Batesii Vitae Selectorum Virorum, p. 187 ss.—Vie d'Erasmus par Burigny, 2 voll. à Paris, 1757. 8 (in German with corrections and additions by Henke. Halle, 1782. 2 Bde. 8). Erasmus v. Rotterdam nach s. Leben und Schriften von S. Hess. Zwei Halften, Zürich, 1790. A. Müller's Leben des Erasmus v. Rotterdam. Hamburg, 1828. 8. Erhard, Bd. 2, s. 461 ff. Erasmi Opp. ed. B. Rhenanus. Basil. 1540, ix. voll. fol. ed. (Jo. Clericus) Lugd. Bat. 1703 ss., xi. voll. fol. [Knight's Life of Erasmus. Cambr. 1726. Jortin's Life, 2. 4. 1758-60. Charles Butler's. Lond. 1825. Erasmus, warum blieb E. Katholik? Eberhardi, in Zeitschrift f. d. Hist. Theol., 1839, s. 99-151. Erasmus und Luther, von Dr. W. Chlebus, Zeitschrift f. d. Hist. Theol., 1845, s. 3-82. The Eclectic, Lond. 1854, on Life of Erasmus. Christian Examiner, vol. 49, Life of Erasmus by C. T. Brooks. Nisard, Etudes sur la Renaissance, 8. Par. 1855.]

²¹ The Colloquia Familiaria belong to the period after the commencement of the reformation, and to the state of mind of Erasmus as influenced thereby. He states himself the aim of the Enchiridion, Ep. ad Jo. Coletum (Opp. III., i. p. 95): Enchiridion non ad ostentationem ingenii aut eloquentiae conscripsi, verum ad hoc solum, ut mederer errori vulgo religionem constituentium in ceremoniis, et observationibus pene plusquam Judaicis rerum corporalium; ea quae ad pietatem pertinent mire negligentium. How he effected his purpose may appear from the following example. The fourth canon for the Christian life which he laid down in his Enchiridion is (Opp. t. v. p. 25): Ut totius vitae tuae Christum velut unicum scopum praefigas, ad quem unum omnia studia, omnes conatus, omne otium ac negotium conferas. Christum vero esse puta non vocem inanem, sed nihil aliud, quam caritatem, simplicitatem, patientiam, puritatem, breviter quidquid ille docuit. Diabolum nihil aliud intellige, quam quidquid ab illis avocatur. Thereupon he says, among other things: Sunt qui certos Divos certis quibusdam colunt ceremoniis. Alius Christophorum singulis salutat diebus, sed non nisi conspecta ejus imagine: quo tandem spectans? Nempe huc, quod sibi persuaserit, sese eo die a mala morte tutum fore. Alius Rochum quendam adoratur: sed cur? Quod illum credat pestem a corpore depellere. Alius Barbarae, aut Georgio certas preculas admurmurat, ne in manus hostium veniat. Hic jejunit Apolloniae, ne doleant dentes. Ille visit divi Job simulacra, ut scabie careat. Nonnulli de lucro certam portionem pauperibus nuncupant, ne merces naufragio intercidant. Hieroni cereolus accenditur, ut res quae perit recipiatur. In summa, ad hunc modum, quot res sunt quas vel timemus vel cupimus, totidem iis Divos praeficimus, qui et ipsi diversis nationibus diversi sunt, ut id apud Gallos valeat Paulus, quod apud nostrates Hieron, neque passim id valeat Jacobus aut Joannes, quod illo

the beauty of their style, such as the *Enchiridion Militis Christiani* (1503), and *Moriae Encomium* (1508). At the same time,

atque illo loco. Quae quidem pietas, nisi a respectu commodorum atque incommodorum corporalium ad Christum referatur, a Deo Christiana non est, ut non ita multum absit a superstitione eorum, qui quondam Herculi decimam bonorum partem vovebant, ut discescerent, aut Aesculapio gallum, ut a morbo revalescerent, aut qui Neptuno taurum caedebant, ut feliciter navigarent. Nomina quidem commutata sunt, sed finis utrisque communis. In the *Encomium Moriae*, Folly says, e. g. (Opp. t. iv. p. 443): Illud hominum genus haud dubie totum est nostrae farinae, qui miraculis ac prodigiis gaudent mendaciis, vel audiendis vel narrandis.—Atque haec quidem non modo ad levandum horarum taedium mire conducunt, verum etiam ad quaestum pertinent, praecipue Sacrificis et Concionatoribus. His rursus adfines sunt ii, qui sibi stultam quidem, sed tamen jucundam persuasionem induerunt, futurum, ut, si ligneum aut pictum aliquem Polyphemum Christophorum adpexerint, eo die non sint perituri.—Nam quid dicam de iis, qui sibi fictis scelorum condonationibus suavissime blandiuntur, ac Purgatorii spatia veluti clepsydris metiuntur, saecula, annos, menses, dies, horas tanquam e tabula mathematica citra ullum errorem dimetientes. Aut de iis, qui magicis quibusdam notulis ac preculis, quas pius aliquis impostor, vel animi causa, vel ad quaestum excogitavit, freti nihil sibi non pollicentur, opes, honores, voluptates,—denique proximum Christo apud Superos concessum, quem tamen nolint nisi admodum sero contingere, h. e. cum hujus vitae voluptates invitos eos ac mordicus retinentes tamen deseruerint, tum succedant illae Coelitum deliciae. Hic mihi puta negotiator aliquis, aut miles, aut iudex abjecto ex tot rapius unico nummulo vitae Lernam semel expurgatam putat, totque perjuriam, tot libidines, tot ebrietates, tot rixas, tot caedes, tot imposturas, tot perfidias, tot proditiones existimat velut ex pacto redimi, et ita redimi, ut jam liceat ad novum seculum orbem de integro reverti. Quid autem stultius iis, imo quid felicius, qui septem illis sacrorum Psalmorum versiculis quotidie recitatis plus quam summam felicitatem sibi promittunt? Atque hos magicos versiculos Daemon quispiam, facetus quidem ille, sed futilis magis quam callidus, divo Bernardo creditur indicasse, sed arte circumventus miser. Et haec tam stulta, ut me ipsam propemodum pudeat, tamen approbantur, idque non a vulgo modo, verum etiam a religionis professoribus. Quid jam, nonne eodem fere pertinet, cum singulae regiones suum aliquem peculiarem vindicant Divum, cumque in singulos singula quaedam partiuntur, singulis suos quosdam culturae ritus attribuant, ut hic in dentium cruciatu succurrat, ille parturientibus dexter adsit, alius rem furto sublatam restituat, hic in naufragio prosper adfulgeat, ille gregem tueatur: atque item de caeteris. Nam omnia percensere longissimum fuerit. Sunt qui singuli pluribus in rebus valeant, praecipue Deipara Virgo, cui vulgus hominum plus prope tribuit, quam Filio. Verum ab his Divis quid tandem petunt homines nisi quod ad stultitiam attinet? Agedum inter tot anathemata, quibus templorum quorundam parietes omnes, ac testudinem ipsam refertam conspicias, vidistisne unquam qui stultitiam effugerit, qui vel pilo sit factus sapientior? Alius enatavit incolumis. Alius ab hoste perfossus vixit.—Alius a marito deprehensus elusit. Nullus pro depulsa stultitia gratias egit. Adeo suavis quaedam res est nihil sapere, ut omnia potius deprecentur mortales, quam Moriam. Sed quid ego hoc superstitionum pelagus ingredior?—Usque adeo omnis omnium Christianorum vita istiusmodi delirationibus undique scatet: quas ipsas tamen Sacrifici non gravatim et admittunt et alunt, non ignari, quantum hinc lucelli soleat accrescere. Inter haec, si quis odiosus sapiens exoriatur, succinatque id, quod res est, non male peribis, si bene vixeris; peccata redimes, si nummulo addideris odium malefactorum, tum lacrymas, vigiliis, precationes, jejunia, ac totam vitae rationem commutaris; Divus hic tibi favebit, si vitam illius aemulaberis: haec, inquam, atque id genus alia, si sapiens ille obganniat, vide a quanta felicitate repente mortalium animos, in quem tumultum retraxerit? P. 450: Sic sculptus est hominis animus, ut longe magis fucis, quam veris capiatur.—Si quis sit Divus fabulosior et poeticus, quod si exemplum requiris, finge hujus generis Georgium, aut Christophorum, aut Barbaram; videbitis hunc longe reli-

in his theological works, he endeavored to furnish the basis and

giosius coli, quam Petrum, aut Paulum, aut ipsum etiam Christum. P. 463: Porro Theologos silentio transire fortasse praestiterit, καὶ ταύτην καμαρίαν οὐ κινεῖν, nec hanc anagyrim tangere, utpote genus hominum mire superciliosum atque irritabile, ne forte turmatim sexcentis conclusionibus adoriantur, et ad palinodiam adigant, quod si recusem, protinus *haereticam* clamitent. Nam illico solent hoc terrere fulmine, si cui sunt parum propitii. Sane quamquam non alii sunt, qui minus libenter agnoscant meam in se beneficentiam, tamen hi quoque non mediocribus nominibus obstricti sunt, dum felices sua philautia, perinde quasi ipsi tertium incolant coelum, ita reliquos mortaleis omneis ut humi reptantes pecudes e sublimi despiciant, ac prope commiserantur, dum tanto magistralium definitionum, conclusionum, corollariorum, propositionum explicitarum et implicitarum agmine septi sunt, tot exuberant κρησφύγετοις, ut nec Vulcaniis vinculis sic possint irretiri, quin elabantur distinctionibus, quibus nodos omneis adeo facile secant, ut non Tenedia bipennis melius: tot nuper excogitatis vocabulis, ac prodigiosis vocibus scatent.—In quibus omnibus tantum est eruditionis, tantum difficultatis, ut existimem ipsis Apostolis alio spiritu opus fore, si cogantur hisce de rebus cum hoc novo Theologorum genere conserere manus. Paulus fidem praestare potuit: at idem cum ait: *fides est substantia rerum sperandarum, argumentum non apparentium*, parum magistraliter definiuit. Idem ut caritatem optime praestitit, ita parum dialectice vel dividit, vel finit in priore ad Cor. epistola c. xiii. etc. With regard to the unprofitable questions of the schoolmen, compare his Annot. in 1 Tim. i. 6, above, § 144, note 7. P. 481: Principum quidem institutum summi Pontifices, Cardinales, et Episcopi jam pridem gnauiter aemulantur, ac prope superant. Porro si quis perpendat, quid linea vestis admoneat, niveo candore insignis, nempe vitam undiquaque inculpatam; quid sibi velit mitra bicornis,—puta Novi pariter et Veteris Instrumenti absolutam scientiam;—haec, inquam, atque id genus multa si quis perpendat, nonne tristem ac sollicitam vitam egerit? At nunc belle faciunt, cum sese pascunt, caeterum ovium curam aut ipsi Christo mandant, aut in Fratres, quos vocant, ac vicarios rejiciunt. Neque vel nominis sui recordantur, quid sonet Episcopi vocabulum, nempe laborem, curam, sollicitudinem. Verum in irretiendis pecuniis plane Episcopus agunt, οὐδ' ἀλασκοπή.—Jam summi Pontifices, qui Christi vices gerunt, si conentur ejusdem vitam aemulari, nempe paupertatem, labores, doctrinam, crucem, vitae contemptum, si vel Papae i. e. patris nomen, vel Sanctissimi cognomen cogitent: quid erit in terris afflictius? aut quis eum locum omnibus emat facultatibus; emptum gladio, veneno omni que vi tueatur? Quantum his abstulerit commoditatum, si semel incessiverit sapientia? Sapientia dixi? imo vel mica salis illius, cujus meminit Christus.—At nunc fere, si quid laboris est, id Petro et Paulo relinquitur, quibus abunde satis est otii. Porro si quid splendoris aut voluptatis, id sibi sumunt. Atque ita fit mea quidem opera, ut nullum paene hominum genus vivat mollius, minusque sollicitum, ut qui abunde Christo satisfactum existiment, si mystico ac paene scenico ornatu, cerimoniis, Beatitudinum, Reverentiarum, Sanctitatum titulis, et benedictionibus ac maledictionibus Episcopus agant. Priscum et obsoletum, nec horum omnino temporum, miracula edere: docere populum, laboriosum: sacras interpretari litteras, scholasticum: orare, otiosum: lacrymas fundere, miserum ac muliebre: egere, sordidum: vinci, turpe parumque dignum eo, qui vix Reges etiam summos ad pedum beatorum admittit oscula: denique mori, inamabile: tolli in crucem, infame. Restant sola haec arma ac benedictiones dulces, quarum meminit Paulus (Rom. xvi. 18), atque harum quidem sunt sane quam benigni, interdictiones, suspensiones, aggravationes, anathematizationes, ultrices picturae, ac fulmen illud terrificum, quo solo nutu mortalium animas veli ultra tartara mitunt. Quod ipsum tamen sanctissimi in Christo patres, et Christi vicarii in nullos torquent acrius, quam in eos, qui instigante Diabolo patrimonium Petri minuere atque arrodere conantur. Cujus cum haec vox sit in Evangelio: *reliquimus omnia, et sequuti sumus te*, tamen hujus patrimonium appellant agros, oppida, vectigalia, portitoria, ditiones. Pro quibus dum zelo Christi accensi, ferro ignique dimicant, non absque plurimo Christiani sanguinis dispendio, tum demum Ecclesiam Christi sponsam sese credunt apostolice defendere, fortiter profligatis, ut vocant, hostibus. Quasi

direction for an inward purification of the Church.²² His friend,

vero ulli sint hostes Ecclesiae perniciosiores, quam impii Pontifices, qui et silentio Christum sinunt abolescere, et quaestuariis legibus alligant, et coactis interpretationibus adulterant, et pestilente vita jugulant. P. 485: Jam vero vulgus Sacerdotum, nefas esse ducens, a Praesulum suorum sanctimonia degenerare, euge, quam militariter pro jure decimarum ensibus, jaculis, saxis, omnique armorum vi belligerantur: quam hic oculati, si quid ex veterum litteris possint elicere, quo plebeculam territent, et plus quam decimas deberi convincant. At interim non venit in mentem, quam multa passim legantur de officio, quod illi vicissim praestare populo debeant. Nec saltem admonet eos vertex rarus, Sacerdotem omnibus hujus mundi cupiditatibus liberum esse oportere, neque quidquam nisi coelestia meditari. Sed homines suaves se suo officio probe perfunctos ajunt, si preculas illas suas utcumque permurmurarint, quas me Hercule demiror si quis Deus vel audiat, vel intelligat, cum ipsi fere nec audiant, nec intelligant, tum cum eas ore perstrepunt.

²² To this number belong, besides his works upon the New Testament, his editions of Cyprian and Jerome, and his translations from the works of Origen, Athanasius, and Chrysostom; especially also the *Ratio verae theologiae*, *Ecclesiastes s. de ratione concionandi*, and commentaries on many of the Psalms, collected in his works, ed. Clerici T. v. We may first take his excellent remarks on the development of dogmas and institutions in the Christian Church, as an indication of the degree of his theological perception, Annot. ad Matth. xi. 30, *jugum meum suave*: Quemadmodum apud Judaeos legem per se molestam aggravabant hominum constitutiones, ita cavendum est etiam atque etiam, ne Christi legem, per se blandam ac levem, gravem et asperam reddant humanarum constitutionum ac dogmatum accessiones. Quae sic primum obrepunt, ut vel tanquam pusilla negligantur, vel pietatis specie commendata libenter amplectantur etiam homines probi magis quam providi. Semel recepta paulatim gliscunt augescuntque, donec in immensum aucta jam nolentes premant et obruant, seu consuetudinis, cujus violenta tyrannus est, praesidio, seu Principum auctoritate, quod temere receptum est in suum emolumentum abutentium, mordicusque retinentium. Quam pura, quam simplex fides a Christo nobis tradita, quam huic simile symbolum, sive ab Apostolis ipsis, sive a viris apostolicis proditum! Huic deinde multum adjunxit Ecclesia, dissidiis Haeticorum dissecta vexataque: quorum etsi quaedam sunt, quae citra fidei dispendium poterant omitti, tamen pleraque videbantur etiamnum ad rem pertinere. Tot jam erant symbola, quot homines, nihilo melius bonae fidei signum, quam cum in contractibus res multis ac verbosis syngraphis agitur, quae cum ad excludendas captiones adhibeantur, quo circumspectius scriptae sunt, hoc plus captionum solent fere gignere. Postremo res eo paulatim deducta est, ut Scholasticorum aliquot placita, quos articulos vocant, aut homunculorum quorundam nova quaedam ad fastum commincentium vel opiniones, vel somnia propemodum aequentur articulis fidei apostolicae. Atque in his nec scholae diversae, nec ejusdem scholae mystae inter se consentiunt: neque apud ipsos perpetua sunt, sed pro tempore mutantur. Et tamen ita primum irreperunt, ut in scholis tantum haberentur probabiles opiniones. Mox scholae parietes egressae in libros, et in publicas adeo conciones eruperunt. Ac saepenumero fit, ut quod semel utcumque prodidit definiendi temeritas, confirmet et augeat tuncdi pertinacia. Sunt autem pleraque hujus generis, ut impium sit homini de his definire. Qualia fere sunt, quae de ratione essentiali divinae, deque distinctione Personarum philosophamur.—His proxima sunt, quae de ratione mysteriorum, velut e coelo petita, pronunciamus: cum magis ad pietatem faciat ex his excerpere, quae ad vitae sanctimoniam conducant. Verum haec pronuncianti temeritas a Veteribus orta nunc longius progressa est, quam ut ferri possit. Then he comes to the onus humanarum constitutionum, to the number of the superior clergy, qui religionis imagine personati, ventris agunt negotium, to the mass of church laws concerning clothing, fasts, festivals, vows, marriage, confession, which serve for the oppression of the people and the enrichment of the clergy. In templis vix vacat Evangelium interpretari. Concionis bona pars ad Commissariorum (retailers of indulgences) arbitrium consumenda est. Nonnunquam et sacrosancta Christi doctrina

Thomas More, supplied no less important glimpses of the improve-

aut supprimenda, aut ad illorum rem detorquenda. Ad haec qui modeste pii sunt, taciti secum ingemiscunt. Qui populi malis aluntur, et quorum interest Christi gregem—quam maxime servum esse et obnoxium, adeo non reclamant, ut modis omnibus exagèrent. Accedunt iis, qui vel ambiunt praemium aliquod obsequii, vel timent poenam libertatis. Ita dum nemo succurrit, res paulatim eo prolabitur, ut pene nihil jam pudeat.—Nec ulla superest medendi spes, nisi si Christus ipse vertat, aut certe excitet Pontificum ac Principum animos ad ea quae verae sunt pietatis: aut Theologi et Concionatores, non seditiosis clamoribus, sed sobrie placideque quae Christo digna sunt, magno consensu doceant et inculcent.—Tumultus ubique vitandus: et praestat ferre Principes impios, quam novatis rebus gravius malum accersere (on this principle Erasmus afterward passed judgment upon the reformation of Luther). Ann. ad 1 Cor. vii. 39, he inquires: an liceat ut matrimonia quaedam dirimantur, non temere, sed gravibus de causis, neque per quoslibet, sed per Ecclesiae praefectos, aut iudices legitimos, et ita dirimantur, ut liberum sit utrique cui velit jungi, aut alteri certe, qui divortio non dederit causam. Scio quaedam esse ejus generis, ut nefas sit cen dubia vocare in disputationem.—Quaedam ita recepta sunt auctoritate Ecclesiae, ut pro re nata possint mutari. He supports this last statement with the following examples, while seeking to prove the lawfulness of divorce from the practice of Christian antiquity, and from Holy Writ: In Actis Apostolorum solenni celebrique Concilio decretum ac promulgatum est, ut qui ex Paganismo cooptarentur in Christianos, abstinerent ab idololatriis, a suffocato animante, a sanguine, et a stupro.—Et tamen quod ibi decretum est, adeo est antiquatum, ut nunc judaizare crederetur, qui abhorreret a gallina suffocata, aut fartis sanguine distentis.—Paulus vetat Episcopum fieri qui neophytus sit, aut percussor, aut vinolentus. At hodie Romanus Pontifex vel heri baptizatum, vel piratam publicum admittet ad honorem episcopalem, si videatur, nihil deterritus Paulina constitutione. In synaxi transsubstantiationem sero definitivè Ecclesia: diu satis erat credere, sive sub pane consecrato, sive quocumque modo adesse verum corpus Christi: ubi rem propius contemplata est, ubi exactius expendit, certius praescripsit. Non erant haeretici, qui olim credidissent Spiritum Sanctum a Patre duntaxat procedere, et haud scio, an maxima pars Christianorum primitus ita crediderit: expensa re definit Ecclesia, quod hodie sequimur. Idem videtur accidisse in conceptione b. Virginis, si tamen hoc Ecclesia sic definit, ut haereticus sit habendus qui dubitet.—Nemo priscorum audebat clare pronuntiare, Spiritum Sanctum esse Patri Filioque homousion ne tum quidem, quum quaestio de Filio tanta contentione per universum orbem ageretur.—Nunc audemus profiteri. Afterward also he discusses whether marriage is a sacrament? Jam vero quod de sacramento afferunt, cujusmodi sit, videamus, per quod volunt omne matrimonium semel contractum esse indissolubile. Neque enim hic Augustinus, qui tria bona ponit in matrimonio, quum tertium sacramentum vocat, sentit unum e septem sacramentis: quod ipsum subnotare videtur Petrus Lombardus Dist. xxxi. imo haud scio, an hoc sacramentum septimum veteribus fuerit cognitum. Primum quod Dionysius enumerans nominatim singula, et singulorum vires, ritus ac ceremonias explicans, de conjugio nullam facit mentionem.—Deinde quum tot voluminibus tractatum sit de matrimonio vel a Graecis vel a Latinis nullus est locus unde liqueat, illos conjugium inter septem sacramenta commemorare.—Verum cur haec recenseo, quum Durandus (see above, § 116, note 1) fateatur, matrimonium a recentioribus Theologis denique numerari coeptum inter ea, quae proprie dicuntur Ecclesiae sacramenta? Porro quod Paulum sequenti veteres matrimonium aliquoties vocant sacramentum, id sentiunt, opinor, in copula viri et uxoris, quoniam est arctissima amicitia, repraesentari typum quandam et imaginem Christi, sponsam Ecclesiam sibi copulantis. On the general services of Erasmus, see the letter of John Turzo, bishop of Breslau, to Erasmus, dd. 1st December, 1519 (Erasmii Opp. III., i. p. 522): At tu quomodo tibi non injurios videri possis, qui laudes, quibus te universus populus orbis verissime prosequitur,—averseris? Debentur profecto tibi longe majora, praesertim cum tui unius patrocinio omnium honestissimarum disciplinarum nitor, multo jam barbariei situ et squalore obtenebratus, resplendescat, tum sinceræ quoque illius theo-

ments to be desired in the Church, in his Utopia (1516).²³ It

logiae puritas, et sanctissima studia prope ad interitum redacta, te parente, te duce veluti renata toto orbe reforescant.

²³ Thomas Morus, aus den Quellen bearbeitet von D. G. Th. Rudhart. Nürnberg, 1829. 8. [Cf. Walter, Sir Thos. More. Lond., 1830. Sir James Mackintosh, Life of More. Edinb. Rev., xiv.; Wesminster, xi.; Foreign Review, v.; North American, viii.] De optimo Reipublicae Statu deque nova insula Utopia. In the description of this ideal state there is a section, De Religionibus Utopiensium, lib. 11 (ed. Glasguae, 1750. 8. p. 227): Religiones sunt non per insulam modo, verum singulas etiam urbes variae, aliis solem, lunam aliis, aliis aliud errantium siderum Dei vice venerantibus. Sunt, quibus homo quispiam, cujus olim aut virtus aut gloria enituit, non pro Deo tantum, sed pro summo etiam Deo suspicitur. At multo maxima pars, eademque longe prudentior nihil horum, sed unum quoddam numen putant, incognitum, aeternum, immensum,—per mundum hunc universum virtute, non mole, diffusum: hunc parentem vocant, origines, auctus, progressus, vices, finesque rerum omnium huic acceptos uni referunt, nec divinos honores alii praeterea ulli applicant. Quin caeteris quoque omnibus, quanquam diversa credentibus, hoc tamen cum istis convenit, quod esse quidem unum censent summum, cui et universitatis opificium et providentia debeatur, eumque communiter omnes patria lingua Mithram appellant.—Caeterum paulatim omnes ab ea superstitionum varietate desiscunt, atque in unam illam coalescunt religionem, quae reliquas ratione videtur antecellere.—At posteaquam acceperunt a nobis Christi nomen, doctrinam, mores, miracula,—non credas quam pronis in eam sectam affectibus etiam ipsi concesserint.—Haud pauci nostram in religionem coierunt, Lymphaeque sacra sunt abluti. Verum quoniam in nobis—nemo—sacerdos erat, caeteris initiati ea tamen sacramenta desiderant, quae apud nos non nisi sacerdotes conferunt: intelligunt tamen optantque ita ut nihil vehementius. Quin hoc quoque sedulo jam inter se disputant, an sine christiani Pontificis missu quisquam e suo numero delectus sacerdotii consequatur characterem: et electuri sane videbantur, verum quum ego discederem, nondum elegerant. Quin hi quoque, religioni christianae qui non assentiunt, neminem tamen absterrent, nullum oppugnant imbutum, nisi quod unus e nostro coetu me praesente coërcitus est. Is quum recens ablutus, nobis contra suadentibus, de Christi cultu publice majore studio quam prudentia dissereret, usque adeo coepit incallescere, ut jam non nostra modo sacra caeteris anteferet, sed reliqua protinus universa damnaret, profana ipsa, cultores impios ac sacrilegos, aeterno plectendos igni vociferaretur. Talia diu concionantem comprehendunt, ac reum non spretae religionis, sed excitati in populo tumultus, agunt, peraguntque, damnatum exilio mulctant. Siquidem hoc inter antiquissima instituta numerant, ne sua cuiquam religio fraudi sit. Utopus enim jam inde ab initio—in primis sanxit, uti, quam cuique religionem libeat sequi liceat; ut vero alios quoque in suam traducat, hactenus niti possit, uti placide ac modeste suam rationibus adstruat, non ut acerbe caeteras destruat.—Haec Utopus instituit non respectu pacis modo,—sed quod arbitratus est, uti sic decerneretur, ipsius etiam religionis interesse, de qua nihil est ausus temere definire, velut incertum habens, an varium ac multiplicem expetens cultum Deus aliud inspiret alii. Certe vi ac minis exigere, ut quod tu verum credis idem omnibus videatur, hoc vero et insolens et ineptum censuit. Tum si maxime una vera sit, caeterae omnes vanae, facile tamen praevидit (modo cum ratione ac modestia res agatur) futurum denique, ut ipsa per se veri vis emergat aliquando atque emineat: sin armis et tumultu certetur, ut sunt pessimi quique maxime pervicaces, optimam et sanctissimam religionem ob vanissimas inter se superstitiones, ut segetes inter spinas ac frutices, obrutum iri. Itaque hanc totam rem in medio posuit, et quid credendum putaret, liberum cuique reliquit: nisi quod sancte aut severe vetuit, ne quis usque adeo ab humanae naturae dignitate degeneret, ut animas quoque interire cum corpore, aut mundum temere ferri sublata providentia putet. Atque ideo post hanc vitam supplicia vitis decreta, virtuti praemia constituta credunt: contra sentientem ne in hominum quidem ducunt numero, ut qui sublimem animae suae naturam ad pecuini corpusculi vilitatem dejecerit: tantum abest, ut inter cives ponant, quorum instituta moresque (si per metum liceat) omnes

was not to be wondered at that the schoolmen, as the guardians

floccifactorum sit.—Quamobrem sic animato nullus communicatur honos, nullus magistratus committitur, nulli publico muneri praeficitur:—caeterum nullo afficiunt supplicio, quod persuasum habeant, nulli hoc in manu esse ut quicquid libet sentiat.—Verum, ne pro sua disputet sententia, prohibent, atque id duntaxat apud vulgus: nam alioquin apud sacerdotes gravesque viros scorsum non sinunt modo, sed hortantur quoque, confisi fore, ut ea tandem vesania rationi cedat.—Gratum Deo cultum putant naturae contemplationem, laudemque ab ea. Sunt tamen, hique haud sane pauci, qui religione ducti literas negligunt, nulli rerum cognitioni student, neque otio prorsus ulli vacant, negotiis tantum bonisque caeteris officiis statuunt futuram post fata felicitatem promereri. Itaque alii aegrotis inserviunt, alii vias reficiunt,—nec in publicum modo, sed privatim quoque ministros ac plus quam servos agunt: nam quicquid usquam operis est asperum, difficile, sordidum,—hoc illi sibi totum libentes hilaresque desumunt; caeteris otium procurant, ipsi perpetuo in opere ac labore versantur: nec imputant tamen, nec aliorum sugillant vitam, nec suam efferunt. Hi quo magis sese servos exhibent, eo majore apud omnes in honore sunt. Eorum tamen haereses duae sunt: altera coelibum, qui non Venere modo in totum abstinent, sed carniū esu quoque;—altera laboris hand minus appetens, conjugium praefert, ut cujus nec aspernantur solatium, et opus naturae debere se et patriae liberos putant. Nullam voluptatem refugiant, quae nihil eos ab labore demoretur; carnes quadrupedum vel eo nomine diligunt, quod tali cibo se validiores ad opus quodque ceaseant. Hos Utopiani prudentiores, at illos sanctiores reputant: quos, quod coelibatum antefereunt matrimonio, asperamque vitam placidae anteponunt, si rationibus niterentur, irriderent, nunc vero, quum se fateantur religione duci, suspiciunt ac reverentur.—Sua lingua Buthrescas (i.e. βουθρήσκους) vocant, quod verbum latine Religiosos licet interpretari. Sacerdotes habent eximia sanctitate, eoque admodum paucos.—Unus reliquis praeficitur. Eliguntur a populo, idque caeterorum ritu magistratum, occultis, ad studia vitanda, suffragiis: electi a suo collegio consecrantur. Hi rebus divinis praesunt, religiones curant, ac morum veluti censores sunt.—Caeterum ut hortari atque admonere illorum est, ita coercere atque in facinorosos animadvertere Principis atque aliorum est magistratum, nisi quod sacris interdicit quos improbe malos comperiunt. Nec ullum fere supplicium est quod horreant magis: nam et summa perculluntur infamia, et occulto religionis metu lacerantur, ne corporibus quidem diu futuris in tuto: quippe ni properam poenitentiam sacerdotibus approbent, comprehensi impietatis poenam senatui persolvunt. Pueritia juvenusque ab illis eruditur, nec prior litterarum cura, quam morum ac virtutis habetur.—Sacerdotibus (ni foeminae sint: nam neque ille sexus excluditur, sed rarius, et non nisi vidua natuque grandis eligitur) uxores sunt popularium selectissimae. Neque enim ulli apud Utopienses magistratui major habetur honos; usque adeo, ut, si quid etiam flagitii admiserint, nulli publico iudicio subsint. Deo tantum ac sibi relinquuntur.—Religio quoniam non est ibi apud omnes eadem, et universae tamen ejus formae, quanquam variae ac multiplices, in divinae naturae cultum, velut in unum finem diversa via commigrant; idcirco nihil in templis visitur auditurque, quod non quadrare ad cunctas in commune videatur. Si quod proprium sit cujusquam sectae sacrum, id intra domesticos quisque parietes curat. Publica tali peragunt ordine, qui nulli prorsus ex privatis deroget: itaque nulla Deorum effigies in templo conspicitur, quo liberum cuique sit, qua forma Deum velit e sua religione concipere: nullum peculiare Dei nomen invocant, sed Mithrae duntaxat, quo vocabulo cuncti in unam divinae majestatis naturam, quaecumque sit illa, conspirant: nullae concipiuntur preces, quas non pronuciare quivis inoffensa sua secta possit. All this can not be the merry pleasantry of a cheerful spirit, as Rudhardt thinks, s. 156. The Utopians were not supposed to be perfect men, but their institutions, according to the author's intention, were to be as excellent as is possible among imperfect men. Those principles of the author which are earnestly meant can be easily recognized throughout the work, as also their application to the existing state of affairs. The Utopia concludes: facile confiteor permulta esse in Utopiensium republica, quae in nostris civitatibus optarim verius quam sperarim.

of the traditional state of the Church, should be distrustful and indignant about the humanists, from whom they had to endure so much ridicule and the Church so many complaints. This dislike had already manifested itself in various but usually awkward ways,²⁴ when Reuchlin's dispute with John Pfefferkorn and the

